ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS VII - VOLUMEN VII

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDGCCCXV

Annus VII - Vol. YII Die 15 Ianuarii 1915 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

DE ROMANA SANCTI THOMAE ACADEMIA

BENEDICTUS PP. XV

Non multo post editam Encyclicam Epistolam *A eterni Patris* de philosophia christiana ad mentem Angelici Doctoris instauranda, decessor Noster fel. rec. Leo XIII ad Antoninum S. R. E. cardinalem De Luca, sacri consilii studii regundis praefectum, die xv octobris anno MDCCCLXXIX litteras *Iampridem* dedit, quibus promovendae propagandaeque Thomae Aquinatis doctrinae propriam in urbe Roma Academiam, eiusdem sancti viri nomine patrocinioque insignem, instituit. Etenim <(considerando experiendoque intellexerat, teterrimum quod « adversus Ecclesiam ipsamque humanam societatem modo ge- « ritur bellum, citius feliciusque, opitulante Deo, componi non « posse quam rectis sciendi agendique principiis per philosophi- « eas disciplinas ubilibet restitutis ; ideoque ad summam totius « causae pertinere sanam solidamque ubique locorum reflore- « scere philosophiam'»; praecipue vero, ut planum est, in urbe principe catholici nominis, quae quia domicilium ac sedes est

Pontificatus Maximi, ob eam causam ab adolescentibus clericis, discendi cupidis, ex omni terrarum loco celebrari solet, ac propterea debet optimae cuiusque institutionis et disciplinae laude ceteris antecellere. Ergo sapientissimus Pontifex romanam, quam diximus, a se conditam Academiam omni gratia complexus, reditibus instruxit, beneficiis ornavit, privilegiis auxit, quorum quidem illud potissimum, ut liceret ei laurea doctorali suos donare alumnos, qui, communi philosophiae curriculo emenso, scholas dein horum perfectioni studiorum in sacris Urbis athenaeis constitutas atque academicos coetus, explorato cum fructu, biennium fréquentassent. Cum autem ab Academia condita satis praeteriisset temporis, cumque eo spatio ad res, quarum causa instituta erat, vel scriptis in dies certos vulgandis, vel publicis de philosophia sermonibus et disputationibus habendis, vel alumnis spei bonae ad studia sustentandis, non parum profecisse videretur, litteris apostolicis *Quod iam inde* die ix maii MDCCCXCV Academiae leges ac statuta sollemniter Leo comprobavit. Tam utile institutum proximus decessor Noster sanctae memoriae Pius X admodum sibi probari ostendit per apostolicas litteras *In praecipuis laudibus,* die XXIII ianuarii anno MCMIV datas, quibus, ad christianam sapientiam contra recentiorum errores ac praesertim contra *Neo-rationalismum* seu *Modernismum* defendendam magnopere interesse professus ducem religiose sequi Thomam, quidquid auctoritate Leonis actum pro Academia erat, id omne confirmavit. Nos vero, cum, aeque ac Decessores Nostri, persuasissimum habeamus de illa tantum philosophia Nobis esse laborandum quae sit *secundum Christum,* (Colos. II, 8), ac propterea ipsius philosophiae studium ad principia et rationem Aquinatis omnino exigendum esse, ut plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus

veritatis, hanc S. Thomae Academiam, non minus quam illis, Nobis esse curae volumus appareat. Itaque eo consilio, ut magis magisque vigeat, in diesque* exsistat fructuosior, nova quaedam curavimus praescribenda de studiis, de disputationibus, de doctrinae quoque experimentis, quae alumni dent, ut vel doctoris , lauream adipisci, vel ad numerum sodalium academicorum adscribi possint: quas Nos praescriptiones et probavimus iam et hic ratas habemus. Posthac vero tres S. R. E. Cardinales Academiae praesidebunt; quorum primus semper esto sacri Consilii studiis regundis Praefectus *pro tempore.* Denique, ut ne illud quidem adiumenti genus desit ad sodalium et alumnorum diligentiam fovendam, de reditibus Academiae aliquid secerni iubemus, ab eius praesidibus definiendum, quod utrisque, praemii loco, distribuatur.

Haec autem, quae statuta a Nobis Motu Proprio sunt, firma et rata esse volumus, contrariis quibusvis non obstantibus. Eademque fore, ut Deus *scientiarum Dominus* ad incrementum doctrinae catholicae, ipso Angelico Doctore deprecante, convertat plane confidimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxxi decembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

DECRETUM

PRECES PRO PACE CERTIS DIEBUS DICENDAE PRAESCRIBUNTUR

La Santità di N. S. BENEDETTO XV, afflitta all'aspetto del turbine di guerra che schianta giovani vite, getta nella desolazione famiglie e città e travolge Nazioni fìorentissime; considerando che il Signore, il quale *castigando sanat et ignoscendo conservat,* si commuove alle preghiere de' cuori contriti ed umiliati; mentre invita ed esorta clero e popolo a fare qualche opera di mortificazione espiatoria pei peccati, che provocano i giusti flagelli di Dio, ha stabilito che in tutto il mondo cattolico siano rivolte al Signore umili preci per impetrare dalla sua misericordia la sospirata pace.

A tal uopo Sua Santità ordina che in ciascuna chiesa Metropolitana, Cattedrale, Parrocchiale e Regolare di Europa, il giorno 7 febbraio prossimo, Domenica di Sessagesima, e nelle diocesi fuori dell'Europa il 21 di marzo, Domenica di Passione, siano celebrate apposite funzioni coll'ordine seguente:

Al mattino, dopo la Messa conventuale o parrocchiale, si esporrà solennemente il Ssmo Sacramento e, fatta l'incensazione, si canterà il salmo 50 *Miserere mei, Deus,* seguito dall'antifona : *Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster;* col ***it/.*** *Fiat pax in virtute tua,* rJ. *Et abundantia in turribus tuis,* e l'Orazione *pro pace : Deus, a quo sancta desideria,* .etc.

Il Ssmo Sacramento rimarrà esposto alla pubblica adorazione tutto il giorno; ed è desiderabile che anche i fanciulli facciano proporzionatamente la loro parte.

Nella sera, prima della reposizione del Ssmo, si reciterà il santo Rosario e quindi l'unita preghiera composta appositamente da Sua Santità per impetrare la pace. Seguirà il canto delle Litanie dei Santi, secondo l'ordine prescritto per l'esposizione delle XL ore nel Rituale romano tipico del 1913. Immediatamente dopo

le Litanie, si canterà: *Parce, Domine, parce populo tuo; ne in aeternum irascaris nobis,* con i versicoli e le orazioni solite a recitarsi dopo la Processione *in quacumque tribulatione,* come nel Rituale romano, aggiuntavi l'orazione *pro pace : Deus, a quo sancta desideria,* etc.

Si chiuderà la funzione con la benedizione del Ssmo Sacramento *more solito.*

Affinchè poi il Signore sparga più copiosamente la sua grazia, il Sommo Pontefice esorta i fedeli ad accostarsi in questa occasione al Sacramento della Penitenza e a ricevere la Ssrha Eucaristia, concedendo a tutti coloro, che confessati e comunicati assisteranno alle funzioni del mattino o della sera, o pregheranno per qualche spazio di tempo avanti al Ssmo Sacramento esposto, l'Indulgenza plenaria.

Dal Vaticano, 10 gennaio 1915.

PIETRO CARDINAL GASPARRI,
Segretario di Stato.

PREGHIERA

Sgomenti dagli orrori di una guerra che travolge popoli e nazioni, ci rifugiamo, o Gesù, come a scampo supremo, nel vostro amantissimo Cuore; da Voi, *Dio delle misericordie,* imploriamo con gemiti la cessazione dell'immane flagello; da Voi, *Re pacifico,* affrettiamo con voti la sospirata pace.

Dal vostro Cuore divino Voi irradiaste nel mondo la carità, perchè, tolta ogni discordia, regnasse fra gli uomini soltanto l'amore; mentre eravate su questa terra, Voi aveste palpiti di tenerissima compassione per le umane sventure. Deh! si commova adunque il Cuor vostro anche in quest'ora, grave per noi di odi così funesti, di così orribili stragi!

Pietà vi prenda di tante madri, angosciate per la sorte dei figli; pietà di tante famiglie, orfane del loro capo; pietà della misera Europa, su cui incombe tanta rovina!

Inspirate Voi ai reggitori e ai popoli consigli di mitezza, componete i dissidi che lacerano le nazioni, fate che tornino gli uomini a darsi il bacio della pace, Voi, che a prezzo del vostro Sangue li rendeste fratelli. E come un giorno al supplice grido dell'Apostolo Pietro:

salvaci, o Signore, perchè siamo perduti, rispondeste pietoso, acquetando il mare in procella, così oggi, alle nostre fidenti preghiere, rispondete placato, ritornando al mondo sconvolto la tranquillità e la pace.

Voi pure, o Vergine santissima, come in altri tempi di terribili prove, aiutateci, proteggeteci, salvateci. Così sia.

VERSIONES AUTHENTICAE

I

DÉCRET

Affligé à la vue de la guerre qui broyé tant de jeunes vies, qui jette dans la désolation les familles et les cités, et qui entraîne dans son tourbillon des Nations florissantes; considérant que le Seigneur, qui *castigando sanat et ignoscendo conservat,* se laisse toucher par les prières des cœurs contrits et humiliés; désireux de faire parler plus haut encore que le fracas des armes la voix de la foi, de l'espérance et de la charité, qui, seules, ont la force divine d'unir les hommes en un seul coeur et une seule âme, - Sa Sainteté Benoît XV invite, Il exhorte le clergé et le peuple à des œuvres de mortification pour expier les péchés qui provoquent les justes châtiments de Dieu: et II a décidé, en même temps, que, dans tout le monde catholique, d'humbles prières seront adressées à Dieu pour obtenir de sa miséricorde la paix tant désirée.

Dans ce but, Sa Sainteté ordonne que, le dimanche de la Sexagésime, 7 février prochain, pour l'Europe, - et, pour tous les autres diocèses du monde, le dimanche de la Passion, *°2i* mars, - l'on célèbre, dans toutes les églises métropolitaines, cathédrales, paroissiales, et dans toutes celles des religieux, des cérémonies spéciales, réglées de la manière suivante:

Le matin, après la messe conventuelle ou paroissiale, on exposera solennellement le Très Saint-Sacrement. L'encensement effectué, on chantera le psaume 50 *Miserere mei, Deus,* suivi de l'antienne: *Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster* avec les **f.** *Fiat pax in virtute tua,* **Rf.** *Et abundantia in turribus tuis,* et Poraison *pro pace: Deus, a quo sancta desideria,* etc.

Le Très Saint-Sacrement restera ensuite exposé à l'adoration publique toute la journée, et il est désirable que les enfants y participent dans la mesure convenable.

Le soir, avant de terminer l'exposition du Très Saint-Sacrement, on récitera le chapelet, et ensuite la prière ci-jointe qui a été composée spécialement par le Souverain Pontife pour obtenir la paix. Suivra le chant des Litanies des Saints, conformément à l'ordre prescrit pour l'exposition des XL heures dans le Rituel liturgique romain de 1913. Immédiatement après les Litanies, on chantera: *Parce, Domine, parce populo tuo; ne in aeternum irascaris nobis* et les versets avec les oraisons que l'on a coutume de réciter après la procession *in quacumque tribulatione,* comme dans le Rituel romain, en y ajoutant l'oraison *pro pace: Deus, a quo sancta desideria,* etc.

On terminera la cérémonie par le chant du *Tantum ergo* et par la bénédiction du Très Saint-Sacrement, *more solito.*

Afin d'ailleurs que le Seigneur répande ses grâces avec plus d'abondance, le Souverain Pontife exhorte les fidèles à s'approcher en cette occasion du Sacrement de Pénitence et à recevoir le Très Sainte Eucharistie: Il accorde l'Indulgence plénière à tous ceux qui, s'étant confessés et ayant communié, assisteront aux cérémonies du matin ou à celles du soir, ou prieront durant un certain laps de temps devant le Très Saint-Sacrement exposé.

Du Vatican, 10 janvier 1915.

. PIERRE CARDINAL GASPARRI,

Secrétaire d'Etat

PRIÈRE

Attristés par les horreurs d'une guerre qui entraîne dans son tourbillon les nations et les peuples, nous nous réfugions, ô Jésus, dans Votre Cœur très aimant comme dans un suprême asile; de Vous, *Dieu des miséricordes,* nos gémissements implorent la cessation de l'épouvantable fléau ; de Vous, *Roi pacifique,* nos vœux sollicitent le retour si désiré de la paix.

De Votre Cœur divin, Vous fites rayonner dans le monde la charité, afin que, toute discorde cessant, l'amour seul régnât entre les hommes; durant Votre vie mortelle, ici-bas, Votre Cœur palpita d'une très tendre compassion pour les disgrâces humaines. Oh! que ce Cœur s'émeuve donc encore en cette heure-ci, chargée, pour nous, de haines si funestes et de si horribles carnages!

Prenez pitié de tant de mères, angoissées pour le sort de leurs fils ; pitié de tant de familles, orphelines de leur chef; pitié enfin de la malheureuse Europe que menace une si vaste ruine!

Inspirez Vous-même aux gouvernants et aux peuples des conseils de douceur, résolvez les conflits qui déchirent les nations, faites que les hommes se donnent de nouveau le baiser de la paix, Vous qui, au prix de Votre Sang, les avez rendus frères. Et comme, un jour, au cri suppliant de l'Apôtre Pierre: *sauvez-nous, ô Seigneur, nous périssons,* vous répondîtes avec pitié, en calmant la tempête de la mer: de même, aujourd'hui, à nos confiantes prières, répondez par le pardon, en rétablissant dans le monde bouleversé la tranquillité et la paix.

Vous aussi, ô Vierge Très Sainte, comme Vous le fites en d'autres temps de terribles épreuves, aidez-nous, protégez-nous, sauvez-nous. Ainsi soit-il.

II

DEGREE

His Holiness our Sovereign Lord, Pope Benedict XV, in deep affliction at the sight of a war which destroys thousands of young li ves, brings misery to families and cities, and rushes flourishing nations to the brink of ruin, yet hearing in mind that Almighty God, Whose prerogative it is to heal by chastisement and through pardon to preserve, is moved by the prayers which spring from contrite and humble hearts, desires ardently that above the clang of arms may be heard the voice of Faith, Hope and Charity, alone capable of welding together the hearts of m en in one mind and one spirit. Therefore, while He exhorts the clergy and the faithful of the whole world to works of mortification and piety in expiation for the sins by which we have called down upon ourselves the just wrath of God, the Holy Father has ordained that throughout the Catholic Ghurch solemn prayers shall be offered in order to obtain from the mercy of Almighty God the peace which ali desire.

For this purpose it is hereby decreed that in every Metropolitical, Cathedral, Parochial, and Conventual Church in all European countries, on the 7nd day of February next (being the Sunday called Sexagesima) and in ail diocèses situated outside of Europe on the 21 st day of March (being Passion Sunday) there s hall b e celebra ted specialreligious functions in the following order:

In the morning, immediately after the Conventual or Parochial Mass, the Most ßlessed Sacrament shall be exposed with ali solemnity, and duly incensed; after which the Psalm *Miserere mei, Deus* (Ps. 50) shall be sung with the Antiphon: *Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster,* followed by the f. *Fiat pax in virtute tua,* **r**J. *Et abundantia in turribus tuis;* and the Collect *Deus, a quo sancta desideria,* etc.

The Most Blessed Sacrament shall then remain exposed to public vénération tili evening; and it is désirable that arrangements be made whereby children also should take due part in the public adoration.

In the evening, previously to the déposition of the Most Blessed Sacrament, the third part of the Rosary is to be recited followed by the annexed prayer, expressly composed by His Holiness in order to obtain the benefit of peace; then the Litanies of the Saints, according to the form prescribed for the dévotion of the Forty Hour's Prayer in the Rituale Romanum of the year 1913. Immediately after the Litanies shall be sung the *Parce, Domine, parce populo tuo; ne in aeternum irascaris nobis* with the versicles and Prayer usually recited after the Procession *in quacumque tribulatione* as in the Rituale Romanum, with the addition of the Collect *Deus, a quo sancta desideria.* The sacred function shall conclude with the *Tantum Ergo* and Bénédiction of the Most Blessed Sacrament, *more solito.*

In the hope that Almighty God may pour forth in yet greater abundance His Divine Grace, the Sovereign Pontiff exhorts the Faithfui to approach the Sacrament of Penance and to receive Holy Communion, and grants to ali those who, after Confession and Communion, shall assist at one or other of the sacred functions as above ordered or shall pray for some time before the Most Blessed Sacrament while solemnly exposed, a Plenary Indulgence.

B'rom the Vatican, January lOth, 1915.

PETER CARDINAL GASPARRI,

Secretary of State.

PRAYER

Dismayed by the horrors of a war which is bringing ruin to peoples and nations, we turn, O Jesus, to Thy most loving Heart as to our last hope. O God of Mercy, with tears we invoke Thee to end this fearful

scourge; O King of Peace, we humbly implore the peace for which we long. From Tay sacred Heart Thou didst shed forth over the world divine Gharity, so that discord might end and love alone might reign among men. Düring Thy life on earth Thy Heart beat with tender compassion for the sorrows of men; in this hour made terrible with burning hate, with bloodshed and with slaughter, once more may Thy divine Heart be moved to pity. Pity the eountless mothers in anguish for the fate of their sons; pity the numberless families now bereaved o f their fathers; pity Europe over which broods such havoc and disaster. Do Thou inspire rulers and peoples with eounsels of meekness, do Thou heal the discords that tear the nations asunder; Thou Who didst shed Thy Precious Blood that they might live as brothers, bring men together once more in loving harmony. And as once before to the ery of the Apostle Peter: *Save us, Lord, we perish* Thou didst answer with words of mercy and didst stili the raging waves, so now deign to hear our trustful prayer, and give back to the world peace and tranquillity.

And do thou, O most holy Virgin, as in other times of sore distress, be now our help, our protection and our safeguard. Amen.

III

DEKRET

Seine Heiligkeit Papst Benedict XV sieht mit tiefer Betrübnis die Schrecken des Krieges, der, wie ein gewaltiger Sturmwind hereingebrochen ist und nun jugendliehe Leben dahinrafft, Familien und Städte in tiefste Trauer stürzt und die blühendsten Völker in ihrem Bestände erschüttert. Der Heilige Vater weiss aber wohl, dass Gott der Herr, der durch Züchtigung heilt und durch Verzeihung bewahrt, sich durch das Flehen zerknirschter und gedemütigter Herzen bewegen lässt.

Darum ladet Seine Heiligkeit den Klerus und das Volk ein und ermahnt sie dringend, Werke der Busse zu verrichten, um die Sünden zu sühnen, die Gottes gerechtes Strafgericht herausfordern, und bestimmt daher, dass in der ganzen katholischen Welt aus demütigen Herzen inständige Gebete verrichtet werden, um von Gottes Barmherzigkeit den ersehnten Frieden zu erlangen.

Zu diesem Zwecke ordnet der Heilige Vater an, dass in den Metropolitan- und Kathedralkirchen sowie in allen Pfarr- und Klosterkirchen

am 7. Februar, dem Sonntag Sexagesima, und in den Diözesen ausserhalb Europas am 21. März, dem Passionssonntage, in folgender Weise kirchliche Feiern stattfinden:

Am Morgen nach der Convent- oder Pfarrmesse soll das Allerheiligste feierlich ausgesetzt und nach der Incensation der 50. Psalm *Miserere mei, Deus* gesungen werden mit folgender Antiphon: *Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster,* und dem Versikel und Responsorium *Fiat pax in virtute tua,* R\ *M abundantia in turribus tuis* sowie der O ration um Frieden : *Deus, a quo sancta desideria...*

Das Allerheiligste soll den ganzen Tag über zur öffentlichen Anbetung ausgesetzt bleiben und es ist zu wünschen, dass auch die Kinder in entsprechender Weise daran teilnehmen.

Abends bevor das Allerheiligste reponiert wird, soll der hl. Rosenkranz gebetet und das beiliegende Gebet verrichtet werden, das der Heilige Vater eigens verfasst hat, um den Frieden zu erflehen. Dann soll die Allerheiligenlitanei gesungen werden, wie es in der typischen Ausgabe des Römischen Rituale von 1913 für die Aussetzung beim 40-stündigen Gebete angeordnet ist. Unmittelbar nach der Litanei singe man: *Parce, Domine, parce populo tuo; ne in aeternum irascaris nobis* mit den Versikeln und Orationen, die man nach Anordnung des Römischen Rituale nach der Procession in Zeiten von Heimsuchungen *(in quacumque tribulatione)* zu singen pflegt, und füge das Gebet um den Frieden *Deus, a quo sancta desideria...* bei.

Die Feier soll mit dem sakramentalen Segen wie üblich geschlossen werden.

Damit aber der Herr um so reicheren Gnadensegen spende, ermahnt der Papst die Gläubigen, bei dieser Gelegenheit sich dem Richterstuhle der Busse zu nahen und die hl. Eucharistie zu empfangen. Der HI. Vater gewährt allen, die nach Empfang der hl. Sakramente der Busse und des Altars dem Gottesdienste am Morgen oder am Abende beiwohnen oder eine Zeit lang vor ausgesetztem Allerheiligsten beten, einen vollkommenen Ablass.

Gegeben im Vatikan, am 10. Januar 1915.

PETRUS KARDINAL GASPARRI,

Staatssekretär.

GEBET

In der Angst und Not eines Krieges, der die Völker und Nationen in ihrem Bestände bedroht, fliehen wir, o Jesus, zu Deinem, so liebevollen Herzen, als zu unserm sichersten Zufluchtsorte. Zu Dir, o Gott der Barmherzigkeit, flehen wir mit Inbrunst: wende ab diese schreckliche Geissei! Zu Dir, o Friedenskönig, rufen wir in inständigem Gebete: gib uns bald den ersehnten Frieden ! .

Von Deinem göttlichen Herzen aus Messest Du auf der ganzen Welt die heilige Liebe erstrahlen, damit jegliche Zwietracht schwinde und unter den Menschen nur die Liebe herrsche. Dein Herz schlug, da Du auf Erden weiltest, voll zarten Mitleids für alle menschliche Not. Ach, möge Dein Herz sich unserer erbarmen auch in dieser Stunde, die schwer auf uns lastet mit ihrem verhängnissvollen Hasse und dem entsetzlichen Blutvergiessen !

Erbarme Dich so vieler Mütter, die in Angst und Sorge sind um das Schicksal ihrer Söhne, erbarme Dich so vieler Familien, die ihres Hauptes beraubt sind; erbarme Dich des unglücklichen Europa, über das so schweres Verhängnis hereingebrochen ist!

Gib Du den Herrschern und den Völkern Gedanken des Friedens ein; lass aufhören den Streit, der die Nationen entzweit; mach, dass die Menschen in Liebe sich wieder zusammenfinden; gedenke, dass Du sie um den Preis Deines Blutes zu Brüdern gemacht! Einst hast Du auf den Hilferuf des Apostels Petrus : « Rette uns, o Herr, denn wir gehen zu Grunde » voll Liebe gehört und den empörten Meereswogen Ruhe geboten; o so lass Dich auch heute versöhnen, erhöre gnädig unser vertrauensvolles Gebet und gib der stürmisch bewegten Welt wieder Ruhe und Frieden.

Und Du, Allerseligste Jungfrau, wie früher in den Zeiten grösster Not, so hilf uns auch jetzt ! Beschütze uns und rette uns. Amen.

IV

DEGRETO

Su Santidad el Papa Benedicto XV, afligido ante el torbellino de la guerra que troncha vidas juveniles, sume en la desolación familias y ciudades y trastorna las naciones más florecientes; considerando que el Señor, el cual *castigando sanat et ignoscendo conservat,* se conmueve

por las oraciones de los corazones contritos y humillados; deseando que más fuerte que el fragor de las armas sea la voz de la fe, de la esperanza y de la caridad, que son las únicas que tienen virtud divina para unir á los hombres en un solo corazón y en una sola alma, mientras invita y exhorta al clero y al pueblo á hacer alguna obra de mortificación expiatoria por los pecados que provocan el justo castigo de Dios, ha dispuesto que en todo el mundo católico sean dirigidos al Señor humildes ruegos para alcanzar de su Misericordia la suspirada paz.

A este fin ordena que en todas las iglesias Metropolitanas, Catedrales, Parroquiales y Regulares de Europa, el próximo día siete de febrero, Domingo de Sexagésima, y en las Diócesis de fuera de Europa el ventiuno de Marzo, Domingo de Pasión, sean celebradas especiales funciones según el orden siguiente:

Por la mañana, despues de la Misa Conventual ó Parroquial, se expondrá solemnemente el Ssmo. Sacramento, y después de la incensación, se cantará el salmo 50: *Miserere mei, Deus,* seguido de la antífona *Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster;* con el f. *Fiat pax in virtute tua,* RJ\ *Et abundantia in turribus tuis;* y la oración *Pro pace: Deus a quo sancta desideria,* etc.

EI Ssmo. Sacramento quedará expuesto á la pública adoración todo el día, y es de desear que hasta los niños tomen la parte que puedan.

Por la tarde, antes de la reserva del Ssmo., se rezara el santo Rosario; después la adjunta oración, compuesta expresamente por Su Santidad, para impetrar la paz; seguirá el canto de las Letanías de los Santos, según el orden prescrito para la exposición de las XL horas en el Ritual Romano típico de 1913. Inmediatamente después de las Letanías, se cantará: *Parce, Domine, parce populo tuo; ne in aeternum irascaris nobis* con los versículos y las oraciones que se acostumbran despues de la Procesión *in quacumque tribulatione,* como está en el Ritual Romano, añadiendo la oración *Pro pace: Deus a quo sancta desideria,* etc.

Se terminará la función con el canto del *Tantum ergo* y con la bendición del Ssmo. Sacramento, *more solito.*

Y para que el Señor derrame más copiosamente su gracia, el Sumo Pontífice exhorta a los fieles a que se acerquen en esta ocasión al Sacramento de la Penitencia y a recibir la Santísima Eucaristía, concediendo la Indulgencia Plenaria a todos aquellos, que, habiendo con-

fesado y comulgado, asistan a las funciones de la mañana ó de la tarde, ó rueguen por algún espacio de tiempo delante del Ssmo. Sacramento expuesto.

Del Vaticano, 10 Enero 1915,

PEDRO CARDENAL GASPARRI,

Secretario dé Estado.

ORACIÓN

Espantados por los horrores de una guerra que trastorna pueblos y naciones, nos acogemos, o Jesús, como i refugio supremo, á vuestro amantísimo Corazón; de Vos, *o Dios de las misericordias,* imploramos con gemidos el fin del durísimo azote; d£ Vos, *Rey pacifico,* esperamos con ansia la suspirada paz.

De vuestro Corazón diyino irradiasteis sobre el mundo la caridad, para que, disipada toda discordia, reinase entre los hombres solamente el amor; mientras andabais entre los mortales, tuvisteis latidos de ternísima compasión para las humanas desventuras. Ah! conmuévase, pues, vuestro Gorasón también en esta inora, llena para nosotros de tan funestos odios y tan horribles estragos.

Tened piedad de tantas madres angustiadas por la suerte de sus hijos; piedad de tantas familias privadas de su jefe; piedad de la desgraciada Europa, á la que sobrevienen tantas ruinas.

Inspirad á los gobernantes y á los pueblos sentimientos de compasión, componed las discordias que desgarran las naciones, haced que los hombres vuelvan a darse el ósculo de paz, Vos que les hicisteis hermanos con el precio de vuestra sangre. Y así como un día al grito suplicante de F Apóstol Pedro « Salvadnos, Señor, que perecemos », respondisteis piadoso calmando la tempestad del mar, así ahora responded propicio á nuestras confiadas oraciones, devolviendo al mundo alborotado la tranquilidad y la paz.

Vos también, o Virgen santísima, como en otros tiempos de terrible prueba, ayudadnos, protegednos, salvadnos. Asi sea.

V

DECRETO

A Santidade de N. Senhor o Papa Bento XV, afflicto á vista da guerra que, como tormenta impetuosa, devasta edades juvenis, lança na desolaçao familias e cidades, e conturba Naçoes florentissimas, conside.-rando que aqueüe Senhor, que *castigando sanat et ignoscendo conservat,* se deixa commover com as supplicas dos coracöes contritos e humilhados; ao mesmo tempo que convida e exhorta o clero e o povo a praticarem alguma obra de mortificaçao expiatoria pelos peccados que provo^-cam os justos flagellos de Deus, determinou que em todo o mundo catholico se dirijam ao Senhor humildes preces, para impetrar da sua misericordia a suspirada paz.

Para tal firn ordena Sua Santidade, que em todas as egrejas Metropolitanas, Gathedraes, Parochiaes e Regulares da Europa, no dia 7 do próximo Fevereiro, Domingo da Sexagesima, e ñas Diocèses fora da Europa, no dia 21 de Marco, Domingo da Paixäo, se celebrem accommodadas funcçoes pelo ordern seguiate : De manna, depois da Missa conventual ou parochial, expor-se-ha solemnemente o SS. Sacramento e, feifa a incensaçao, cantar-se-ha o psalmo 50 *Miserere mei, Deus,* seguido da antiphona: *Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster;* com os f. *Fiat pax in virtute tua,* RJ\ *Et abundantia in turribus tuis,* e a Oraçao *pro pace : Deus a quo sancta desideria,* etc.

O SS. Sacramento ficará exposto á publica adoraçâo durante todo o dia; e é para desejar que -tambera as erianças tomem nella a sua parte proporcionada.

De tarde, antes do encerramento do Santissimo, recitar-se-ha o santo Rosario e em seguida a oraçao adiante publicada, composta expressamente por Sua Santidade para impetrar a paz. Seguir-se-ha o canto das Ladainhas dos Santos, segundo a ordern prescripfa para a exposiçao das XL horas no Ritual romano typico de 1913. Logo depois das Ladainhas cantar-se-ha: *Parce, Domine, parce populo tuo; ne in aeternum irascaris nobis,* com os versículos e as oraçôes que se costumami recitar depois da Processäo *in quacumque tribulatione,* como no Ritual romano, ajunctando-se lhes a oraçao *pro pace : Deus, aquo sancta desideria,* etc.

Terminará a funcçâo com a bençao do SS. Sacramento *more solito.*

Finalmente, para que o Senhor mais copiosamente derrame a sua graça, o Summo Pontifice exhorta os fiéis a approximarem-se nesta occasiao dos sacramentos da Penitencia e da Communhäo, concedendo a todos os que, confessados e commungados, assistirem ás funcçoes da manhä ou da tarde, ou orarem por álgum tempo diante do SS. Sacramento exposto Indulgencia plenaria.

Vaticano, 10 de Janeiro de 1915.

PEDRO GARDEAL GASPARRI,

Secretario de Estado.

ORAÇÃO

- Consternados pelos horrores de uma guerra que arrasta no seu torvelinho povos e nações, refugiamos-nos, ó Jesus, como em asylo supremo, no vosso amantíssimo Coração; de Vós, *ó Deus das misericordias,* imploramos com gemidos o termo do terrível flagello; de Vós, *ó Bei* ***pacifico,*** sollicitam nossos votos que torne em breve a suspirada paz.

Do vosso Coração divino irradiastes no mundo a caridade, afim de que, extinctas as discordias, reinasse entre os homens somente o amor; emquanto vivestes sobre esta terra, o vosso Coração vibrou de ternís-sima compaixão pelas humanas desventuras. Ah! commova-se elle também nesta acerba hora, carregada para nós de ódios tão funestos, de tão horríveis carnificinas!

Piedade Vos toque de tantas mães, angustiadas pela sorte de seus filhos; piedade de tantas familias, orfans de seu chefe; piedade da infeliz Europa, sobre a qual impende ruina tão grande! lnspirae aos Imperantes e aos povos sentimentos de mansidão; harmonisae as Nações que a discórdia dilacera; fazei que os homens voltem a dar-se o osculo da paz, Vós que, á custa do vosso Sangue, os fizestes irmãos. E assim como um dia ao grito supplicante do Apostolo Pedro: *salvae-nos, ó Senhor, que perecemos,* respondestes compadecido, acalmando o mar procelloso, assim hoje respondei, aplacado, ás nossas supplicas cheias de confiança, restituindo ao mundo revolto a tranquillidade e a paz,

E Vós também, ó Virgem Santíssima, como em outros tempos de terríveis provações, ajudae-nos, protegei-nos, salvae-nos. Assim seja.

VI

ДЕКРЕТЪ

Его Свят-вйшество Папа Бенедиктъ XY огорченный ужасами войны, косящей молодыя жизни, распространяющей отчаяше среди семействъ и городовъ и доводящей до гибели цвйтунце народы, *ЖЖКЯ.* въ тоже время въ виду, что Господь, который наказуя изц-вляетъ и прощая сохраняетъ, трогается мольбами сокрушенныхъ и смиренныхъ сердец^,' желая, чтобы громъ битвъ былъ заглушенъ возгласами в-вры, надежды и любви, которыя однъ только имйготъ божественную силу возсоединять людей въ одно сердце и одну душу и «приглашая и убеждая духовенство и народъ совершать дъяшя плотеумерщвлетя для искуплетя гръховъ, вызывающихъ праведный бичь Божш, *постановила,* чтобы во всемъ католическомъ мир-в были обращены къ Господу смиренный молитвы, да ниспошлетъ Его милосерд!е горячо желаемый миръ.

Съ этою ц-влью Его Святъйшество приказываетъ, чтобы во вевхъ Митрополичьихъ, Каеедральныхъ, Приходскихъ и Монастырскихъ церквахъ въ Европе 7 Февраля (н. с.) въ воскресенье шестидесятницы *(Dominica Sexagesimae),* а въ епарх1яхъ внв-европейскихъ 21го Марта (н. с), въ страстное воскресенье *(Dominica de Passione)* были совершены особенныя богослужешя въ сл'вдующемъ порядкв: Утромъ, послй общинной или приходской литургш *(conventualis vel parochialis)* будутъ торжественнымъ образомъ выставлены Святые Дары и посл-в окаждешя пропоется псаломъ 50ый ^v^ помилуй мя Боже " съ посл.'вдующимъ антифономъ „ Даруй, о Господи миръ въ наши дни, поелику нвтъ другаго кто сражался бы за насъ, кром-в Тебя, Боже нашъ " *(Da pacem, Domine, in diebus nostris, etc.)* со стихомъ: „ Да будетъ миръ окрестъ ст-внъ твоихъ " *(Fiat pax in virtute tua),* отвътомъ: „ И обшие въ чертогахъ твоихъ " *(Et abundantia in turribus tuis)* и молитвой о миръ: Боже, отъ кого исходятъ святыя пожелашя и т. д. *(Deus, a quo sancta desideria, etc.).*

Святые Дары останутся затЪмъ выставлены для публичнаго поклонетя весь день; и желательно было бы, чтобы въ поклоненш этомъ принимали участ!е также и двти.

Вечеромъ передъ сокрытаемъ Св. Даровъ будутъ прочтены: Св. Розар1умъ, загвмъ молитва нарочно составленная Его Святейшеством^ о ниспосланш мира и потомъ пропЬты Литанш Святымъ согласно порядку предписанному при сорокочасовомъ поклоненш Святымъ Дарамъ

Римскимъ Ритуаломъ (типическое издате 1913**го** года). Немедленно послт» Литатй пропоется „ Помилуй, Господи, помилуй народъ Твой, неужели въчно будешь гнйваться на насъ " *(Parce, Domine, parce populo tuo; ne in aeternum irascaris nobis)* и стихи съ обычными посл-в процессш при какихъ либо бъдств1яхъ молитвами (согласно съ Римскимъ Ритуаломъ) съ присовокуплешемъ молитвы о мир-в: „ Боже отъ кого исходятъ святыя пожелатя и т. д. и

Богослужете закончится благоеповетемъ Святыми Дарами въ обычномъ порядкв.

Наконецъ, дабы Господь болгЬе обильно излилъ свою благодать, Святой Отецъ убедительно проситъ в*врныхъ приступить по этому случаю къ Таинетвамъ покаятя и причащетя и даруетъ всвмъ испов-Ьдывавшимоя и причастившимся, которые кромт, того будутъ присутствовать при утреннемъ и вечернемъ богослуженш и помолятся въ течети нвкотораго времени предъ выставленными Святыми Дарами полный отпускъ *(Indulgentia plenaria).*

Дано въ Ватикане 10 января н, с. 1915 г.

Кардиналъ

ПЕТРЪ ГАСПАРРИ,

Государственный Секретарь.

МОЛИТВА

Потрясенные, ужасами войны, захватывающей народы и государства, къ Тебъ о Господе Спасителю Христе, къ Твоему любвеобильному сердцу прибъгаемъ; Тебя *Господа Милосердья* воздыхая умоляемъ, да прекратится этотъ лютый бичь. На Тебя, *Царя мира,* уповаемъ, ожидая скораго ниспослашя горячо желаемаго мира. Йзъ нъ-дръ Твоего Вожественнаго сердца, Ты излилъ въ м1ръ любовь, дабы всякая вражда изчезла и одно лишь cornacie царствовало среди людей. Во время смертной жизни Твоей на этой земл-в Сердце Твое билось нъжнъйшимъ сострадатемъ къ б'вдств1ямъ человечества. Да тронетея-же Оно сострадашемъ и въ этотъ роковой для насъ часъ пагубной ненависти и ужасной р^зни. Умилосердствуйся надъ матерями, дрожащими за судьбу сыновъ своихъ; умилосердствуйся надъ столькими сиротами; умсижосердетвуйея надъ несчастной Европой надъ которой тяготъетъ такое горе.

Пошли, о Господи^ царямъ и народамъ духъ кротости,, пркмжри расжри раздирающая народы, ед'Ьлай чтобы люди вновь дали другъ

другу поцелуй мира, Ты который ц^ной Крови Своей едвлалъ ихъ братьями. И какъ однажды на молящш крикъ Апостола Петра „• Спаси насъ, Господи, мы погибаемъ " Ты милосердно отв'Ьтилъ .успокоивъ бурное море, такъ и теперь смилостившись услыши наши полныя упованья молитвы, даруя взволнованному Міру спокойствіе и миръ.

И къ Теб£, о Пресвятая Дйво, какъ й въ прОшедппя времена тяжелыхъ испытанш, прйбъгаемъ) помоги намъ, защити насъ, спабй насъ. Аминь.

VII

DEKRET

jego Świątobliwość Papież Benedykt XV, zasmucony widokiem zawieruchy wojennej, która druzgoćze młode: życia, pogrąża w Boleści rodziny i miasta, i rozbija narody w pełnym rozkwicie, — mając fia uwadze, źe Pan, który karząc uzdf&wia, i przebaczajj£ć zachowuje ***(castigando sanat, et ignoscendo conservat)i*** daje się; Wzruszyć modłami ***sefć*** skruszonych **i** upokorzonych, – **Wzywa i** zachęca Duchowieństwo i łdd do umartwień, żadosyć czyniących za grzechy, które Wywołują sprawiedliwe kary Boże, i postanowił; żeby na całym świecie Katolickim zwracały się do Pana pokorne modły dla wybłagania u Jego miłosierdzia upragnionego pokoju.

W tym celu Jego Świątobliwość rozkazuje, żeby w każdym Kościele Metropolitalnym, Katedralnym, Parafialnym i Zakonnym Europy w dzień 7. Lutego r. b., t. j. w Niedzielę in Sexagesima, a w Dyecezyach pozaeuropejskich - w dzień **21.** Marca, - t. j. w Niedzielę Męki Pańskiej, - zostały odprawione specyalne nabożeństwa w następnym porządku :

Rano, po Mszy konwentualnej lub parafialnej zostanie wystawiony uroczyście Przenajświętszy Sakrament, i po okadzeniu zostanie odśpiewany Psalm **50** ***Miserere-*** *Mei,* ***Deus,*** ż następującą po nim atltyfońą: ***Da -petunt, Dómiiiś^ iii diebus nostris***v ***quia non śst ałms qui pugnet pro nobis nisi tu, Deus noster,*** oraz wierszem • ***Fiat pax in iiirtiite tua,*** Resp. ***Et abundantia in turribus tim i*** i modlitwą; ***prcr pace: Deus, a quo sancta desideria,*** i t, d.

Przenajświętszy Sakrament zostanie wystawiony dla publicznej adoracyi przez dzień cały, i jest pożądanem, żeby także dzieci w odpowiedniej mierze wzięły udział w nabożeństwie.

Wieczorem, przed schowaniem Przenajświętszego Sakramentu, zostanie odmówiony Różaniec Św., a po nim załączona tutaj modlitwą, ułożona umyślnie przez Jego Świątobliwość, dla wybłagania pokoju.

Potem nastąpi odśpiewanie Litanii do Wszystkich Świętych podług porządku przepisanego dla 40 - godzinnego nabożeństwa w Rytuale Rzymskim typ. roku 1913.

Bezpośrednio po Litanii należy odśpiewać: ***Parce, Domine, parce populo tuo, ne in aeternum irascaris nobis, oraz*** wiersze z modlitwami, odmawianemi zwykle po Processyi ***in quacumque tribulatione,*** jak w Ryt. Rzymskim, z dodatkiem modlitwy ***pro pace: Deus, a quo sancta desideria,*** i t. d.

Zakończonćm zostanie nabożeństwo Błogosławieństwem Przenajświętszym Sakramentem ***more solito.*** -

Aby Pan Bóg obfitszej raczył udzielić łaski, Ojciec Święty zachęca wiernych do przystąpienia przy tej zręczności do Sakramentu Pokuty, i do przyjęcia Najświętszej Eucharystyi, udzielając tym wszystkim, którzy, przystąpiwszy do Spowiedzi i Kommunii, wezmą udział w nabożeństwach porann£m lub wieczornćm, lub też się pomodlą przez czas jakiś przed wystawionym Przenajświętszym Sakramentem, Odpustu zupełnego.

Z Watykanu, 10. Stycznia, 1915.

PIOTR Kardynał GASPARRI,
Sekretarz Stanu,

MODLITWA

Przerażeni okropnościami wojny, która rozbija ludy i narody,
uciekamy się, o Jezu, jako do ostatecznego ratunku, do Twego Najmiłościwszego Serca; Ciebie, « Boże miłosierdzia », jęcząc błagamy o odwrócenie okrutnej klęski; Ciebie, « Królu pokoju », przynaglamy prożbami o pokój upragniony.

Tyś rozegrzał promieniami Twego Boskiego Serca miłość na świecie, aby, po usunięciu wszelkiej niezgody, między ludźmi tylko miłość panowała; Tyś miał, będąc na tej ziemi, drgnienia najczulszego współczucia względem bied ludzkich. O, niech się więc wzruszy Serce Twoje i w tej godzinie, ciężkiej dla nas, przez tyle tak zgnbnej nienawiści, przez tak okropny krwi rozlew!

Zlituj się nad tylu matkami, stroskanemi o los synów, zlituj •nad tylu rodzinami pozbawionemi głowy; zlituj nad nieszczęsną Europą, przez tak wielką nawiedzoną ruinę!

Natchnij Pannjących i narody zamiarami pokojowemi, załagodź spory rozdzierające narody, zrób, żeby ludzie znowu sobie dali pocałunek pokoju, - Ty, któryś ceną Krwi Swojej ich braćmi uczynił I jak niegdyś, na krzyk błagalny Piotra Apostoła: « Panie, zachowaj nas, giniemy », odpowiedziałeś miłościwie, uspokajając morze wzburzone, - tak dzisiaj racz odpowiedzieć przejednany na nasze pełne ufności błagania, oddając światu wzburzonemu ciszę i pokój.

Ty także, o Najświętsza Dziewico, jak w innych czasach strasznych doświadczeń, dopomóż nam, broń nas, i wybaw. Amen.

EPISTOLA

AD R. D. SAC. EUGENIUM COUET, MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS SSMI SACRAMENTI ET CONSOCIATIONIS SACERDOTUM ADORATORUM, DE COGENDO CANADENSI SACERDOTUM ADORATORUM COETU.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetamur plane cleri ex Italia exemplum ad aemulam Ganadensem clerum excitasse virtutem, subiiciendo nimirum eidem consilium cogendi, ad proximum annum, Sacerdotum Adoratorum coetum, saluberrimumque coeptum non gratulatione solum, dilecte Fili, sed et commendatione Nostra votisque prosequimur optimis. Qui enim^iihil avemus magis quam ut Eucharistiae cultus promoveatur in dies inter catholicos universos, non possumus non vehementer desiderare ut sacerdotes omnes, Altaris ministri, eucharisticae adorationi ita assuescant, ut inde recedant *tamquam leones ignem spirantes, facti diabolo terribiles.* Re sane vera, vix quicquam esse

arbitramur, quod magis valeat ad studium in iisdem acuendum divinae gloriae, quam iugis divinae caritatis commentatio, Mens in ea quippe impletur gratia, ac Christi, amoris victimae, invitamenta ita ad redamandum provocant, ut nihil magis libeat, quam ut caritas Dei in omnium corda diffundatur. Sit igitur felix, sit faustus Sacerdotum Canadensium conventus, et adauctus per eos Eucharistiae cultus atque usus, illud fidelibus singulis afferat futurae gloriae pignus, quod Nos paterna caritate iisdem desideramus. Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, iisque omnibus qui conventui adparando adlaborant quique eidem intererunt peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx mensis decembris **mgmxiv**, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

S. CONGREGATIO CONCILII

PAPIEN.

CIRCA MISSAM PRO POPULO

DUBIA

Ordinarius Papiensis haec dubia de Missa pro populo applicanda, ad sacram Congregationem Concilii pro opportuna solutione detulit, nimirum:

I. Utrum, post immutationes definitive nuper in festorum quorumdam celebratione inductas, obligatio pro parochis adhuc maneat applicandi missam pro populo' sequentibus diebus: die 19 martii in festo S. Iosephi,, feria iv ante dominicam tertiam post Pascha in festo Patrocinii eiusdem S. Iosephi, feria quinta post dominicam primam post Pencosten in festo Ssmi Corporis Christi, et die 24 iunii in festo S. Ioannis Baptistae?

IL Utrum, quum in dioecesi Papiensi festum S. Bartholomaei Ap., ob perpetuum impedimentum ex festo Dedicationis ecclesiae cathedralis die %& augusti occurrente, perpetuo, tamquam in sedem propriam, in posteram diem ***%b*** augusti fuerit translatum, missa pro populo hac ipsa die applicari debeat, an potius die M augusti?

III, utram, attento quod in Papiensi dioecesi, diebus festis suppressis, missa pro populo celebranda, ex apostolico indulto, ad mentem episcopi applicatur, tolerari possit quod parochi, non ipsa die qua tenerentur, neque per se, sed per alium sacerdotem, missam ut praefertur applicandam celebrent?

Et, sacra eadem Congregatio, die 16 decembris 1914, ad proposita dubia rescripsit:

Ad Ï. Affirmative, excepta feria iv ante dominicam tertiam post Pascha, qua festum Patrocinii S. Iosephi celebratur.

Ad II. Missam pro populo, in casu, celebrandam esse die 25 augusti.

Ad III. Affirmative.

O. GIORGI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

m COLLECTI PRO REF GRAVI IMPERATA

DUBIA

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia, pro opportuna solutione, nuper proposita sunt; nimirum r

Ex decreto S. R. C, n. *B&fâ,.Otodim.* 7 augusti 1875, ad III, episcopus potest praecipere, ut collecta *pro te gravi,* si revera sit *pro re gr mi,* dicatur etiam in duplicibus primae classis,* quaeritur:

Ï. Quando episcopus praescribit collectam *pro re gravi* etiam in duplicibus primae classis, collecta dicendane erit in omnibus et singulis duplicibus primae classis f

II. Si episcopus collectam *pro re gravi* simpliciter praecipiat absque ulla mentione duplicium primae classis, quibus diebus collecta omittenda erit ?

Et sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, re sedulo perpensa, propositis quaestionibus ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, exceptis sequentibus diebus; nempe: Nativitas Domini - Epiphania Domini - Feria V in Coena Domini - Sabbatum Sanctum - Pascha Resurrectionis - Ascensio Domini - Pentecostes - Festum Ssmae Trinitatis et Festum Ssmi Corporis Christi.

Ad II. In omnibus duplicibus primae classis, in vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, et in Dominica Palmarum.

Atque ita rescripsit ac servari mandavit, die 23 decembris 1914.

SCIPIO CARD. TECCHI, *Pro-Praefectus.*

L. © S.

\ Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

MELEVITANA *(Meliten.)*

NULLITATIS MATRIMONII (GALLA-MULLEN)

Cum constet ex multiplici inquisitione in archiepiscopali episcopali curia Melevitana (Meliten.) peracta, virum conventum, Gulielmum Mullen, ex insula Melitensi (Malta) oriundum, reperiri non posse, imo circa triginta abhinc annos non comparuisse, infrascriptus S. R. Rotae Auditor, Ponens in hac causa, per praesens edictum, praefatum Gulielmum Mullen peremptorie citat ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem, in suo domicilio (113, *Via delle Quattro Fontane, Boma)* die 3 mensis martii p. v., hora nona cum dimidio antemeridiana, ut de suo proposito suisque conclusionibus in hac causa respondeat, ulterius declarando, si non compareat, processum continuatum et terminatum iri in eius contumacia.

Ordinarii locorum et quicumque fideles, qui notitiam habeant de loco commorationis praefati Dñi Gulielmi Mullen, curare debent, quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

Datum Romae, die 30 decembris anni 1914.

S. Many, *Ponens.*

TRIBUNAL DE LA S. ROTE ROMAINE

Citation par ***edit***

MELEVITAN A *(Meliten.)*

NULLITATIS MATRIMONII (GALLA-MÜLLEN)

Gomme il résulte de plusieurs enquêtes faites dans la curie archiepiscopale episcopale de Malte, que le mari défendeur, William Mullen, originaire de Malte, ne peut être trouvé, et qu'il a disparu depuis environ trente ans, l'Auditeur de Rote soussigné, Ponent en cette cause, cite péremptoirement, par le présent édit, le même William Mullen à comparaître, personnellement ou par procureur, en son domicile *(113, Via delle Quattro Fontane, Borne),* le 3 mars prochain à neuf heures et demie du matin, pour être interrogé sur ses intentions et ses conclusions dans la présente cause, déclarant en outre que, s'il ne comparaît pas, le procès canonique sera continué et terminé en sa contumace.

Les Ordinaires des lieux et les fidèles, qui auraient connaissance du lieu de la résidence du dit Mr William Mullen, doivent faire en sorte, dans la mesure du possible, qu'il soit averti de la présente citation.

Donné à Rome, le 30 décembre 1914.

S. Many, *Ponent.*

Ex Cancellaria S. R. R., 30 decembris 1914.

Ioannes Ladelei,

Notarius S. B. Botae.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

80 dicembre 1914. — Mons. dott. Giovanni Bujanovié, professore di teologia nella regia università di Zagabria.

Mons. Giuseppe Musto, della diocesi di Aversa.

Prelati Domestici di S. 8.;

19 dicembre 1914. — Mons. Achille Berthelin, canonico della diocesi di Troves.

— Mons. dott. Stefano Székely, consigliere aulico di S. Maestà Apostolica, della diocesi di Gran Varadino.

— Mons. Emanuele Giorgio da Fonseca, rettore del collegio portoghese in Roma.

20 dicembre. — Mons. Guglielmo V. Nolan, della diocesi di Sioux-Falls.

— Mons. Emanuele A. Bouska, domiciliato nella stessa diocesi.

— Mons. Giuseppe Como, canonico coadiutore della Metropolitana di Torino.

— Mons. Oscar Matzenauer, canonico della cattedrale di Vácz.

22 dicembre. — Mons. Paolo de Mathiers, della diocesi di Coirà.

— Mons. Francesco Mazzacuva, canonico onorario della cattedrale di Reggio Calabria.

30 dicembre. — Mons. Carlo Jenne, scolastico del Capitolo cattedrale, della diocesi di Pölten.

— Mons. Agostino Vurglich, della diocesi di Veszprimia.

31 dicembre. — Mons. Bernardo J. Mulligan e Mons. Taddeo Hogan, della diocesi di Trenton.

5 gennaio 1915. — Mons. dott. Alberto Méndez y Núñez, canonico teologo della cattedrale di Avana.

— Mons. Guglielmo Enrico Mahoney e Mons. Giacomo G. Hackett, della diocesi di Auckland.

— Mons. Francesco Abascal y Venero, protettore del Seminario Conciliare della diocesi di Avana.

S-

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato eli conferire Je seguenti onorificenze :

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 dicembre 1914. — Ai sig. barone Carlo Ricci des Ferres, di Torino.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio. Magno, classe civile:

30 dicembre 1914. — Ai signori: barone Romano Giann.otti, di Torino; marchese Filippo Çrispplti, presidente della Società per gl' interessi di Roma, e marchese Gaetano De Felice, di Roma.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

30 dicembre 1914, Ai signori: avv. Giacinto Bricarelli, di Torino, presidente dell'Unione elettorale regionale e cittadina, e marchese Ludovico Almerici, di Cesena.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 dicembre 1914. — Ai sig. Stefano Guglielmo Nicola Arntz, della diocesi di Bois-le-Duc.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

22 dicembre 1914. — Al sig. Carlo Gehrig, dell' archidiocesi di Vienna.
30 dicembre. — Al sig. Eduardo Marzo, maestro di musica sacra, domiciliato a New York.

MAGGIORDOMATO M SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

30 settembre 1914. — Mons. Francesco Cafferata, della diocesi di Livorno.
15 ottobre. — Mons. Giovanni Freiseisen, della diocesi di Bressanone.
— Mons. Vendalino Haidegger, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Haiisle, della medesima diocesi.

15 ottobre 1914. — Mons. Alberto de Hórmann, della medesima diocesi
— Mons. Ignazio Mitterer, della medesima diocesi.
— Mons. Enrico de Schmuck, della medesima diocesi.
31 ottobre. — Mons. Andrea Carpené, della diocesi di Ceneda.

Camerieri d'onore m abito paonazzo di S. 8.:

15 settembre 1914. — Mons. Giovanni Thunnisen, della diocesi di Harlem.
— Mons. Costantino Stefanini, dell' archidiocesi di Bologna.
15 ottobre. — Mons. Eugenio Hillmann, della diocesi di Bressanone.
— Mons. Federico Moli, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Raffi, della medesima diocesi.
— Mons. Pietro Schwingshakl, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S, S. :

25 settembre 1914. — Il sig. conte Enrico Giacobazzi, dell' archidiocesi di Bologna.
28 settembrß. — Il sig. cav. Giuseppe Visibelli, dell'archidiocesi di Firenze.
31 ottobre. — Il sig. visconte Patrizio de Wall, della diocesi di St-Claude.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

15 ottobre. 1914. — Mons. Luigi Pozzobon, della diocesi di Ceneda. * -
— Mons. Giuseppe Kerle, della diocesi di Bressanone.

NECROLOGIO

3 gennaio 1915. — Mons. Enrico Ludovico Prospero Bougouin, vescovo di Perigueux.

11 gennaio. — Mons. Patrizio Guglielmo Riordan, arcivescovo di San Francisco in California.

Annus Til - Vol. Til Die *22* Ianuarii 1915 Num. *2*

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO DIEI 22 IANUARII 1915

VENERABILES FRATRES

Convocare vos hodierno die visum est Nobis ob eam causam, ut de supplendo episcoporum ordine sollemniter coram vobis ageremus. Complures enim ex orbe catholico ecclesiae sunt proximo tempore suis viduatae pastoribus ; in iis autem nonnullae reperiuntur, quibus, pro ipsarum dignitate, in hoc amplissimo coetu consulere aequum putamus.

Antea vero, cum frequentes vos hic adesse conspiciamus, venerabiles Fratres, qui propter singularem, quam habetis Nobiscum coniunctionem, omnium cogitationum curarumque Nostrarum estis iure participes, temperare Nobis non possumus, quin de illa aegritudine animi, qua Nos opprimi intelligitis, aliquid aliud in animos vestros effundamus. Scilicet menses continuantur mensibus, necdum spes ulla ostenditur fore,*ut calamitosissima haec dimicatio, vel potius trucidatio brevi conquiescat. Cuius tanti mali si non, ut vellemus, properare finem possumus, utinam Nobis liceat dolores, qui ex eo consequuntur, mitigare. Equidem ad eam rem hucusque, quantum erat in Nobis, laboravimus ; item, quoad res postulaverit, laborare non desistemus.

Hoc amplius conari in praesens officii Nostri conscientia prohibemus Romani quidem Pontificis, ut qui constitutus a Deo sit summus legis aeternae interpres et vindex, maxime est edicere nemini unquam ulla ex causa fas esse violare iustitiam; id quod Nos apertissime edicimus, quaslibet iuris violationes, ubicumque demum factae sint, magnopere reprobantes. At vero ipsis bellantium contentionibus pontificiam miscere auctoritatem hoc sane neque conveniens foret, nec utile. Profecto quisquis est prudens rerum aestimator, videt Apostolicam Sedem in hoc certamine, quamvis sine maxima cura esse non possit, tamen nullius partis esse debere : cum Pontifex romanus, ut vicem quidem gerens Iesu Christi, qui pro universis et singulis hominibus mortuus est, omnes quotquot dimicant, debeat sua caritate complecti ; ut Parens autem catholici nominis, utrobique filios habeat frequentissimos, de quorum omnium salute aeque debet esse sollicitus. Non igitur in eis respiciat oportet rationes ipsorum proprias, quibus inter se dividuntur, sed commune vinculum Fidei, quo copulantur. Si secus faciat, non modo causam pacis nihil adiuvet, sed etiam, quaesita in Religionem invidia, ipsam domesticam Ecclesiae tranquillitatem et concordiam magnis perturbationibus obiiciat.

Verum, neutris addicti partibus, utrasque tamen, ut diximus, habemus Nobis curae ; atque horríficos huius belli motus summa sollicitudine atque anxietate prosequimur, praesertim cum timendum sit, ne forte vis inferendae impetus omnem quandoque modum excedat. Utique natura fit, ut ubicumque filiorum in communem Ecclesiae Parentem pietas fuerit exploratio!*, illic studiosior quodammodo eius mens animusque versetur: cuius rei, quod, exempli causa, ad dilectam Belgarum gentem attinet, argumento sunt eae quoque litterae, quas haud ita pridem ad Cardinalem Archiepiscopum Mechliniensem dedimus.

Liceat hoc loco eorum, qui in alienos fines pugnando transierint, obtestari humanitatem, ne iis regionibus plus vastationis inferatur, quam ad easdem occupandas necesse sit; neve, quod maius est, incolarum animi in iis quae habent carissima, ut

aedes sacras, ut sacrorum administros, ut iura religionis et Fidei, gratuito vulnerentur. Iis vero, quorum terras nostis occupant, facile existimamus, quam durum sit externis esse subiectos. Sed caveant velimus, ne, prae libertatis recuperandae studio, gubernationem praesertim ordinis publici impediendo, suam conditionem faciant multo deteriorem.

Ceterum, venerabiles Fratres, tantarum premente mole miseriarum, non succumbendum est animo; sed, quo rerum obscurior videtur exitus, eo vel maiore *adeamus cum fiducia ad thronum gratiae ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno* (HEBR., 4, 16). Insistendum nimirum, uti iam diximus, humilibus ad Deum precibus, qui sicut humanarum rerum est dominator et arbiter, sic voluntates hominum deducere, unde velit, et quo velit, impellere unus invicta virtute potest. Neque enim sine nutu permissuque divino pax dicenda est tamquam evolasse ex orbe terrarum; scilicet, ut gentes humanae, quae suas omnes curas defixissent in terras, oblivionem neglectumque Dei mutuis caedibus inter se vindicarent. — Accedunt identidem alia rerum eventa, quae homines cogant « humiliari sub potenti manu Dei » (I. PETR., 5, 6) ; cuius generis id quod proximis diebus evenit, scimus omnes quam horrendum fuerit et quam luctuosum.

• Iam vero, quoniam deprecatio communis acceptior Deo est ac fructuosior, bonos, quotquot sunt, exhortamur, ne desinant quidem apud se quisque divinam implorare clementiam, sed potissime id faciant, publicas in sacris aedibus preces frequentando. Nos autem, propterea ut uno eodemque tempore quam maximus concentus comprecantium exsistat, duas, ut nostis soL lemnes supplicationes indiximus, unam Europae catholicae in diem septimum mensis proximi, alteram catholico orbi reliquo in diem vicesimum primum mensis martii. Primae supplicationi Nosmet ipsi ad sancti Petri in Vaticano interesse constituimus; nec dubitamus quin vos ibidem, venerabiles Fratres, Nobiscum adfuturi sitis.

Faveat communibus Ecclesiae votis, adiutrix christianorum

sanctissima Deipara, et sui patrocinii suffragio impetret a Filio, ut, mentibus ad veritatis lumen, animis ad iustitiae cultum revocatis, pax Christi révisât orbem terrarum, atque constanter posthac cum hominibus permaneat.

Sed iam ad episcoporum cooptationem deveniamus.

VERSIO AUTHENTICA

Venerabili Fratelli,

Nell'intento di provvedere, con la dovuta solennità, alle diocesi vacanti, Ci piacque di convocarvi oggi alla Nostra presenza. Non poche infatti son le Chiese che in questi ultimi tempi restaron vedove dei loro pastori, e fra esse ve ne ha di tali da ben meritare, per la loro importanza e dignità, che Ce ne occupiamo in questo consesso.

Ma, innanzi tutto, al vedere qui radunati voi, o venerabili Fratelli, i quali, per quel vincolo di specialissima unione che a Noi vi stringe, avete giustamente con Noi comuni i pensieri e le sollecitudini, non possiamo fare a meno di versare nuovamente ne'vostri cuori alcunché di quell'ambascia da cui sapete oppresso l'animo Nostro. Purtroppo i mesi si succedono ai mesi senza che ne arrida una lontana speranza che questa funestissima guerra, o piuttosto carneficina, abbia presto a cessare. Se non Ci è dato di affrettar la fine di sì grave flagello, oh potessimo almeno attenuarne le dolorose conseguenze! A tale scopo invero - e voi ben lo sapete - Ci adoperammo sinora per quanto era in Noi, nè mancheremo di adoperarci in avvenire, fintantoché il bisogno io richiegga.

Fare oggi più di questo, non Ci è consentito dall'Apostolico officio. Il proclamare che a nessuno è lecito, per qualsivoglia motivo, ledere la giustizia, non v'ha dubbio che appartenga massimamente al Romano Pontefice, come a Colui, che da Dio è costituito supremo interprete e vindice della legge eterna; e Noi senza ambagi lo proclamiamo, riprovando altamente ogni ingiustizia, da qualunque parte possa essere stata commessa. Ma coinvolgere l'autorità pontificia nelle contese stesse dei belligeranti, non sarebbe per fermo nè conveniente nè utile. Chiunque giudichi ponderatamente, non può al certo non vedere che la Sede Apostolica in questa lotta immane, pure essendo nella più grande preoccupazione, ha da mantenersi perfettamente imparziale ; poiché il Romano

Pontefice, in quanto è Vicario di Gesù Cristo eh' è morto per tutti e singoli gli uomini, deve abbracciare • in uno stesso sentimento di carità tutti i combattenti; in quanto poi è Padre comune dei cattolici, ha da una parte e dall'altra dei belligeranti gran numero di -figli, della cui salvezza dev' essére ugualmente e indistintamente sollecito. È quindi necessario ch'Egli riguardi in essi non gl' interessi speciali che li dividono, ma il comune vincolo della Fede che li affratella; se facesse altrimenti, non solo non gioverebbe punto alla causa della pace, ma, eh'è peggio, creerebbe avversioni ed odi alla religione ed esporrebbe a gravi turbamenti la stessa tranquillità e concordia interna della Chiesa.

Però, pur non tenendo per nessuna delle due parti, dell'una e dell'altra, come abbiam detto, ugualmente Ci preoccupiamo; mentre con angosciosa ansietà teniam dietro alle terribili fasi di questa guerra, tanto più eh' è a temersi non forse la violenza nel!' attacco trascenda talvolta ogni misura. Ben s'intende che, ovunque più vivo si nota nei figli l'affetto riverente verso il com un Padre dei fedeli, là, com' è naturale, il pensiero Ci torna più insistentemente: e di ciò, per quanto, ad esempio, riguarda il diletto popolo Belga, testimone è anche quella lettera che indirizzammo teste al Cardinale Arcivescovo di Malines.

E facciamo qui appello ai sentimenti di umanità di coloro che varcarono i confini delle nazioni avversarie, per iscongiurarli, che le regioni invase non vengano devastate più di quanto sia strettamente richiesto» dalle ragioni dell'occupazione militare, e che, ciò che più monta, non siau feriti, senza vera necessità, gii animi degli abitanti in ciò che han di più caro, come i sacri templi, i ministri di Dio, i diritti della religione e della fede. Riguardo poi a quelli che veggono la loro patria occupata dal nemico,, intendiamo benissimo quanto debba riuscir loro gravoso lo star soggetti allo straniero. Ma non vorremmo che la bramosìa di ricuperare la propria indipendenza, li spingesse specialmente ad intralciare il mantenimento dell'ordine pubblico, e a peggiorare perciò di gran lunga la loro condizione.

Dèi resto, o venerabili Fratelli, non perchè tante e sì gravi angustie ci turbano, dobbiamo per questo abbatterci di animo ; anzi, quanto più buio si presenta l'avvenire, con tanto maggiore *fiducia accostiamoci al trono di grazia; affin di ottenere misericordia, e grazia trovare per opportuno sovvenimento* (Hebr. 4, 16). E quindi necessario, come già prescrivemmo, rivolgere insistenti ed umili preci al Signore, che, com'è padrone ed arbitro sovrano degli eventi umani, così può ai suoi infallibili disegni indirizzare egli solo, per quelle vie che meglio gli piacciano, i voleri degli uomini. Non paia che senza un divino consiglio la pace abbia

esulato dal mondo; permette Iddio che le genti umane, le quali avevan posto ogni pensiero nelle cose di questa terra, si puniscano, le une le altre, con mutue stragi, del disprezzo e della noncuranza con che lo han trattato. — Altri eventi poi si aggiungono di quando in quando a costringere gli uomini ad umiliarsi « *sotto la potente mano di Dio* » (I, Petr. 5, 6); come quello di questi ultimi giorni, che tutti sappiamo quanto sia stato orrendo e luttuoso.

Pertanto, poiché la preghiera in comune è più accettevole a Dio e più fruttuosa, esortiamo tutti i buoni a propiziare la divina clemenza col pregare in privato, ma specialmente coli' intervenire ne' sacri templi alle pubbliche preghiere. E perchè un immenso coro di voci supplichevoli salga simultaneamente al cielo, abbiamo indetto, come vi è noto, due solenni funzioni espiatorie, una da farsi dai cattolici di tutta Europa ai 7 del prossimo febbraio, l'altra da tenersi nel resto del mondo cattolico ai 21 di marzo. Alla prima abbiamo stabilito di assistere Noi medesimi in S. Pietro in Vaticano, e siamo certi che voi non mancherete, o venerabili Fratelli, di prendervi parte con Noi.

Ascolti e secondi i comuni voti della Chiesa la Vergine santissima, Aiuto dei Cristiani, e colla sua intercessione ottenga dal suo Divin Figlio che, tornate le menti al culto della verità e gli animi a quello della giustizia, la pace di Cristo riapparisca al mondo e ponga d'ora innanzi stabile sede fra gli uomini.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

CONSISTORIUM SECRETUM

Die 22 ianuarii 1915 in palatio apostolico Vaticano habitum est Consistorium secretum, in quo sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV Emo et Revmo Dno cardinali Antonio Vico Officium commisit Camerarii sacri Collegii et Emo ac Revmo Dno cardinali Petro Gasparri, iure optionis, assignavit titulum presbyteralem S. Laurentii in Lucina, facta ei potestate retinendi, tamquam commendatario, titulum S. Bernardi in Thermis.

In eodem Consistorio sanctissimus Dominus noster has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Titulari archiepiscopali ecclesiae Chalcedonense praefecit R. P. D. Andream Caron, hactenus archiepiscopum Ianuensem;

Metropolitanae ecclesiae Ianuensi R. P. D. Ludovicum Gavotti, hactenus episcopum Casalensem;

Cathedrali ecclesiae Cremonensi R. P. D. Ioannem Cazzani, hactenus episcopum Caesenatensem ;

Cathedrali ecclesiae Taurinensi R. P. D. Antonium Fester, hactenus episcopum titularem Paleopolitanum ;

Titulari episcopali ecclesiae Thapsensi R. P. D; Valentinum Garcia et Barros, episcopum olim Palentinum;

Cathedrali ecclesiae Bergomensi R. P. D. Aloisium Mariam Marelli, hactenus episcopum Bobiensem;

Titulari episcopali ecclesiae Thermensi R. P. D. Aloisium Capotosti, hactenus episcopum Mutilanum;

Titulari episcopali ecclesiae Rhetimensi R. P. D. Americum Bevilacqua, hactenus episcopum Alatrinum ;

Cathedrali ecclesiae S. Clodoaldi R. P. D. Iosephum Franciscum Busch, hactenus episcopum Leadensem ;

Cathedrali ecclesiae Derthonensi sac. Simonem Petrum Grassi, parochum loci vulgo *Verdello* in dioecesi Bergomensi;

Cathedrali ecclesiae Fulginatensi R. P. D. Carolum Sica, canonicum archipresbyterum ecclesiae S. Eustachii in Urbe et officialem Secretariae Status S. S.;

Titulari episcopali ecclesiae Sasimorum sac. Aloisium Zaffarami, archipresbyterum S. Terentiani in dioecesi Tudertina, deputatum in Administratorem Apostolicum eiusdem dioeceseos;

Cathedrali ecclesiae Bobiensi sac. Petrum Calchi-Novati, parochum loci *Saronno* in dioecesi Mediolanensi, sacrae theologiae et iuris canonici doctorem ;

Cathedrali ecclesiae Albinganensi sac. Angelum Cambiaso, canonicum S. Mariae de Carignano in urbe Ianuensi;

Cathedrali ecclesiae Elpasensi R. P. Ioannem I. Brown, societatis Iesu, rectorem collegii in urbe Denver;

Cathedrali ecclesiae Bisarchiensi R. P. Petrum Benedetti, procuratorem generalem Missionariorum Ssmi Cordis Iesu, sacrae theologiae doctorem;

Cathedrali ecclesiae Melitensi, R. P. Maurum Caruana, ordinis sancti Benedicti;

Cathedrali ecclesiae Vapincensi, R. P. D. Gabrielem Llobet, vicarium generalem dioecesis Elnensis, sacrae theologiae doctorem;

Cathedralibus ecclesiis Ampuriensi et Templensi R. P. Ioannem Mariam Sanna, provincialem Minorum Conventualium in Sardinia.

Deinde provisiones ecclesiarum Apostolicis sive sub plumbo sive sub anulo Litteris iam factas publicavit.

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

PRAESUMPTAE MORTIS CONIUGIS

In comitiis generalibus habitis ab Emis ac Rmis PP. Cardinalibus huius S. Congregationis die 28 novembris et die 18 decembris 1914 propositae fuerunt duae quaestiones *praesumptae mortis coniugis.*

I

Species facti. Mulier A. C. anno 1868 in quadam Americae paroecia nupsit in facie Ecclesiae viro M. V. Iste, anno sequenti, acceptis a quadam femina litteris, instanter rogavit uxorem ut cum ipso transmigraret in urbem S. Ibi vir uxori sub iuramento aperuit se iam cum alia muliere matrimonio esse copulatum. Tunc ipsam reliquit, promittens tamen se esse rediturum; sed, brevi spatio temporis elapso, litteris ei in perpetuum valedixit.

Derelicta mulier interim agnovit virum sub ficto nomine novas nuptias alibi attentasse, et ex illo tempore alteri viro adhaesit: ex huiusmodi concubinatu plures procreati sunt liberi.

Nunc vero ambo conscientiae stimulis exagitati enixe orant ut sibi liceat matrimonii sacramentum celebrare. Praetermissa enim quaestione de nullitate matrimonii mulieris A. C. cum viro M. V. ex capite impedimenti ligaminis (quia factum antecedentis matrimonii fulcitur tantummodo attestatione viri M. V.) oratoribus persuasum est praedictum virum M. V. iampridem e vivis decessisse. Eamdem gratiam effusis lacrimis efflagitant eorum filiae, ut tandem aliquando monasterium ingredi possint, unde eas hactenus arcuit turpis parentum conditio.

Argumenta. Ex multis peractis investigationibus haec in favorem praedicti obitus habentur rationum momenta.

In primis argumentum sat probabile mortis viri M. V. eruitur ex diuturnitate temporis elapsi. Matrimonium celebratum fuit anno 1868; hinc elapsi sunt 46 anni quin ulla de ipso habeatur notitia, licet investigationes peractae sint in dissitis locis in quibus ipse commoratus est. Nunc aetatetn supra septuagenariam ipse attigisset; quod improbabile apparet inspectis speciatim pravis eiusdem moribus.

Nec deest argumentum positivum, iurata scilicet depositio filii quem oratrix e marito suscepit et post ipsius fugam in lucem edidit.

Cum ipse patrem suum olim perquireret in urbe C, a certo quodam P. R. didicit illum esse mortuum et quidem in urbe T. Ibi a quadam T. V., persona uti apparet fide digna, audivit patrem suum, aliquot mensibus ante, in navícula ad balneum exiisse, sed haud amplius visum fuisse : *era entrato,* en verba depositionis, *in un canotto a bagnarsi e non era più riapparso;* solas ipsius repertas fuisse vestes: *solamente avevano trovato i panni sopra il ponte,* uti idem filius alia occasione addidit. Nominati tamen testes P. R. et T. V. non amplius in respectivis illis locis inveniuntur, nec scitur eorumdem actualis residentia, proinde citari non potuerunt.

Ceterum idem filius deponit se per biennium alias adhuc inquisitiones instituisse quoad exsistentiam patris, sed incassum.

II

Species facti. Mulier A. G. anno 1881 in urbe T. nupsit cuidam D. M. tunc aetatis 22 annorum : sed eum, utpote vino ac adulterinis amoribus deditum (uti ipsa asserit), post octo annos vitae communis deseruit.

Ille autem, sub finem anni 1889, trans mare in urbem B. se contulit, neque ullum umquam de se nuntium misit.

Interim uxor alii viro se adiunxit, quocum vitam concubinariam ducit.

Tandem, aeternae suae saluti consulere percupiens, casum auctoritati ecclesiasticae exposuit. Haec S. Congregatio Curiae dioeceseos mandavit, ut processum de praesumpto obitu coniugis D. M. instrueret ad tramitem Instructionis S. C. S. Off., anni 1868.

Absoluto demum processu, praefata Curia quum propria auctoritate sententiam ferre non auderet, illius Acta ad H. S. C. transmisit pro opportuna decisione.

Argumenta. Ante omnia advertendum est, oratricem in praesenti casu omnem effugere suspicionem mendacii. Nam ecclesiastica eius unionis sanatio nullum ipsi commodum temporale afferei

Nam teste sacerdote regulari P. S., qui laudabili zelo eius causam pro viribus promovit: « Omnes incolae loci ubi mulier habitat eam « putant legitimo matrimonio copulatam omnes quibus nota est eam « pro vera uxore semper habuerunt, ac etiamnum habent ».

Ad demonstrandam autem mortem eius mariti, argumenta efferuntur tam *negativa* quam *positiva.*

Prioris generis sunt: *diuturnitas temporis ex quo vir disparuit* et *inutilitas indagationum:*

1) *Diuturnitas disparitionis:* Vir assertive defunctus[1] patriam liquit a viginti quinque circiter annis: « Mense octobri anni 1889 navem con» scendit in isto portu T., ... mense vero decembri eiusdem anni appulit « ad portum B. ».

Ad tam diuturnam absentiam eo magis attendi debet, quod eius regionis incolae etsi numerosi in illam terrae partem emigrant, ibi tamen non ultra duos vel tres annos remanere solent, et postea in patriam revertuntur.

2) *inutilitas indagationum:* scilicet inde ab annis ,1900 et 1901 vir ille exquisitus est ubicumque supponi poterat ipsius praesentia, idque ope « consulum » respectivae nationis in longinquis illis regionibus residentium: at nusquam detectum fuit illius vel vestigium.

Posterioris autem generis argumenta sunt testimonia tum *de visu,* tum *de auditu,* tum *de fama.*

I. Testis *de visu* comparuit quidam B. C. « homo - uti asseritur - « probus, fide dignus, irreprehensibilis ». Qui, praevio obstrictus iureiurando, coram tribunali eccl. T., 4 mart. 1912, deposuit: *se maritum oratricis vidisse mortuum.*

Et quidem narrat: qua *occasione* mortuum viderit, quo *tempore,* quo *loco,* quae mortis fuerit *causa,* demum quomodo certus sit de *identitate* eiusdem, quem vidit, mortui cum marito oratricis.

Qua *occasione:* « Hoc didici in urbe B. (in quam videlicet vir emigra-« vit) ab aliquibus hominibus gentis meae: qui, cum de morbo tunc in «illa urbe grassante loquerentur, praeter alias victimas nominarunt « etiam certum quemdam D. M., cuius cadaver ego (postea) vidi ».

Quo *tempore* et *loco :* « Id, ait, evenit anno 1897, mense aprili, in « urbe B., in regione quam habitant nautae nationis meae, et quae voca-« tur B., prope ad mare ».

Quae fuerit *causa* mortis: « Pestis illa erat febris typhoidea ».

Quomodo certus sit de viri *identitate:* De ea certus est:

a) ex relatione aliorum, siquidem, iuxta ipsius verba modo relata, illi homines « praeter alias victimas, nominarunt etiam certum D. M. »: quod est nomen viri, de quo agitur.

6) *ex propria recognitione:* vivum enim optime noverat: facile ergo mortuum agnovit.

Vivum optime noverat: «Ego virum D. M. noveram inde ab annis « 1884-85 in urbe T. ».

Facile igitur agnovit mortuum : « Eum recognovi ex vultu, speciatim « ex maculis quas ibidem reliquerat morbus *varióla;* erat staturae mediae, « tunc forte annum agebat circiter trigesimum quartum ».

Hinc de asserta morte se *omnino certum* dicit: « Ego *omnino certus* « sum de morte D. M., ita ut hanc secundum omnem scientiam et con-« scientiam iurare possim ; et attestor me, dum haec depono, nihil aliud « spectare quam manifestationem solius veritatis ».

II. Testes *de auditu* acciti sunt quatuor:

1) *Primus* P. I., 30 dec. 1909, sub religione iurisiurandi deposuit: « Qua-« tuor vel quinque abhinc annis audivi *a pluribus* ab urbe B. (in quam « vir emigraverat) huc reversis, praefatum D. M. mortuum fuisse pluribus « annis ante ». Notetur concordantia temporis mortis indicati ab hoc teste et a praecedenti; qui asseruit se mortui cadaver vidisse «anno 1897 ».

2) *Secundus,* A. G., frater oratricis, qui dicitur" esse « irreprehensi-« bilis, honestus, verax », bis, annis 1909 et 1912, coram iudice ecclesiastico sub vinculo iuramenti auditus est. Qui narrat, *ubi, quando, a quibus* mortem praefati mariti *didicerit,* et *ubi ipsa evenerit.*

Ubi et *quando didicerit :* « Eram in urbe B. (etiam a duobus prio-« ribus testibus designata) abhinc annos fere quindecim ... Audivi loqui « eo tempore de D. M., cum essem in loco quodam publico ».

A quibus didicerit: praefatam mortem audivit tum a quodam F. L., homine eiusdem nationis ac vir de quo agitur, tum ab eius uxore, tum ab aliis, quibus ille notus fuerat et qui in illam urbem navigaverant vel illic commorabantur.

Ubi mors evenerit: audivit ex ea muliere, D. M. mortuum esse « extra urbem B. », in quam procul dubio eius cadaver reportatum fuit, siquidem illud ibi agnovit supra citatus testis de visu.

3) *Tertia,* E. B. ex eadem urbe B. ad quamdam amicam scribens, huic, inter alia, obitum nuntiat viri de quo in casu: « Denique tandem - « ait - certior facta sum de morte mariti Antoniae ».

Scripta fuit haec epistola die 2 sept. anno 1898: ergo nonnisi sexdecim circiter mensibus *post* tempus mortis, quale indicavit supranominatus testis B. C. Congruunt proinde verba huius testis E. B.: « Deni« que tandem certior facta sum ... ».

Ceterum haec epistola in authentico exemplari Actis alligata est.

4) *Quartus,* M. M., qui plures annos in illa regione moratus est, ubi mortuus asseritur vir, de quo in casu. Ignoratur quidem praesens huius testis domicilium, sed « plures testes etiam sub iuramento affirmant, « hunc M. M. mortem (olim) narrasse viri D. M. ».

III. Testes *de fama.* De qua supra nominatus sac. reg. P. S. haec testatur: « Publica opinio constans, diuturna ac longe pateque diffusa non « parum ponderis habet: atqui talis est haec opinio de morte viri D. M.: *« ita quidem ut ii, quibus nota est oratrix, semper crediderint et adhuc « credant, eam esse legitimo matrimonio iunctam:* siquidem iis persuasum « est, eam, post mortem prioris mariti, nupsisse in facie Ecclesiae.

« Plurimi sunt homines eiusdem gentis qui in eamdem regionem « emigrant. Qui tamen non solent uxores ac liberos illuc secum ducere, « sed vadunt ut per duos vçl tres annos illic laborent, et tunc redeant: *« Si ergo falsa fuisset publica haec opinio, facile corrigi potuisset: at « nullus umquam auditus est nuntius contrarius,* nulla nec suscipio ».

Contra allata argumenta inducitur exceptio quod mortis D. M. nulla mentio habeatur nec in libris parochialibus, nec in regestis civilibus. Sed competens auctoritas illius loci, requisita a Curia episcopali quae processum confecit, ita rescribit « accidere potuit quod, grassante illa pesti« lentia, propter nimium laborem illa mors non fuerit libris inscripta, aut « notata fuerit sine nomine. *Huiusmodi omissiones tunc temporis fuerunt « frequentes ».*

Pro utroque casu exposito sequens eminentissimis Patribus submissum fuit dubium : *An oratrici permitti possit transitus ad alteras nuptias.*

Et eminentissimi Patres omnibus mature perpensis pro utroque casu respondendum censuerunt: *Affirmative.*

f ALOISIUS CAPOTOSTI, Ep. Thermen. *Secretarius.*

S. CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS *N.*

REDITUUM MENSAE, SEDE VACANTE

Die 8 februarii 1913

Vacante sede episcopali dioecesis ***N.*** anno 1910, constitutus est Administrator Apostolicus, qui praefatae diócesis regimen tenuit usque ad annum 1912, quo Episcopus successor possessionem cepit. Quum intermedio tempore fructus matürassent nonnullorum redituum, quaesitum est num hi fructus ad Administratorem Apostolicum an potius ad Episcopum successorem spectarent; quod dubium dirimendum, utriusque nomine, ad hanc S. Congregationem Concilii detulit Vicarius generalis praefatae dioecesis.

Pro huius dubii solutione operae pretium visum est recolere in primis ad quem, iure communi spectato, pertineant reditus mensae episcopalis sede vacante. Qua in re fundamentalis habetur decretalis Alexandri III, e. *Cum vos,* 4, *de off. ind. ord.,* ubi praecipitur sede vacante constituendos esse oeconomos, qui debeant « fructus percipere et eos, aut in ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris « personis fideliter reservare ». Huius autem decretalis observantiam sub poena suspensionis urget Bonifacius VIII in cap. *Quia saepe contingit* 40, *de elect.,* in VI, et Clemens V in Conc. Viennen., cap. *Statutum* 7, *de elect.* (Gem.) declarat «statutum super bonis... futuris successoribus reservandis, locum habere in « omni emolumento, quod provenit ex iurisdictione et sigillo curiae ecclesiasticae, *aut alias undecumque,* quod ad praelatos, ecclesiis non vacantibus, « pertineret, consuetudine qualibet contraria non obstante; ita tamen quod in « istis et in similibus rationabiles deducantur expensae ». De qua constitutione duo notanda sunt: I° bona quae praelato successori reservantur, ea esse tantummodo, quae ad praelatum viventem pertinuissent: et ideo, si qua bona aut emolumenta, sede plena, ad vicarium generalem proprio iure spectassent, haec, sede vacante, ad vicarium capitularem pertinere; 2° reditus mensae episcopalis non intelligi nisi deductis rationabilibus expensis, et proinde ex his reditibus in primis constituendum et solvendum esse rationabile stipendium vicario capitulari, aut in genere, ei qui sedem vacantem administraverit.

Quae duo puncta S. Congr. Concilii, ius commune interpretata, semper asseruit et confirmavit, ut constat v. g. ex una Cephaluden. 17 novemb. 1594; ex quadam Nullius, 11 iulii 1626; ex una Agrigent. 17 aprii. 1627, quas recolit Benedictus XV, *De Syn. dioec.* lib. X, cap. 10, n. 4; cfr. etiam Goan., 6 mart. 1847. Hinc apud doctores canonum hac de re doctrina constans et

unanimis effecta est: cfr. Leurenius, *De Vic. Episc.* q. 465, n. i.; Monacelli, *Formular.* I, tit. 1, form. 2, n. 15; De Angelis, *Praelect,* in tit. *de Off. Vicar.*, num. 22, etc.

Notandum tamen est, ius commune hac in re limitatum et etiam immutatum nonnullis in regionibus fuisse, sive per reservationes pontificias, sive per pacta concordata cum potestate civili. Variis enim temporibus Romani Pontifices reservare coeperunt *Camerae Apostolicae* bona e beneficiis, etiam episcopalibus, vacantibus obvenientia. Sic Iulius III, Const. *Cupientes* diei 20 mart. 1554, S. Pius V, Const. *Emanarunt* diei 12 decemb. 1567 pro Hispania; sic etiam, ad normam reg. 2 Cane. Apost., Pius IV, Const. *Cupientes* diei 25 aprii. 1561 pro Italia, etc. De qua reservatione notandum, per fructus a die vacationis colligendos, venire etiam fructus die vacationis inexactos, ad normam Constit. Iulii III *Cum sicut* diei 6 iun. 1550, quam confirmavit Urbanus VIII Const. *Aeternus rerum Conditor,* die 5 aprii. 1628. Animadvertendum praeterea est, omnia bona et iura quae ad Cameram Apostolicam pertinebant, et proinde etiam bona beneficiorum episcopalium vacantium, « eodem modo et forma, « quibus ad Cameram Apostolicam pertinebant, S. Congregationi de Propaganda Fide » addicta et incorporata fuisse a Pio VII, per Constit. *Catholicae fidei* 19 iunii 1817 (Bull. Rom. contin. t. VII, p. 1473).

De pactis autem cum potestate civili concordatis casus de quo agitur nullam disputationein postulabat.

Maximi vero momenti visum est, ad commune ius quod attinet, in comperto ponere quomodo interpretanda sint verba Decretalium « futuris personis « fideliter reservare ». Ea profecto non possunt ita intelligi, ut integrum sit immediato successori fructus durante vacatione collectos in proprios usus *quoscumque* libere convertere. Notissimum enim est omnes beneficiatus, sive maiores sive minores, ex lege generali, non posse de quibuslibet fructibus proprii beneficii pro seipsis impendere nisi quantum necessarium est ad honestam substentationem. Quin immo evidenter patet ex Concilio Lateranensi Pontifice Alexandro III celebrato, ex cap. *Cum in officiis,* 7, *de testam.* et ex cap. *Relatum* 12 eod. tit., bona omnia ex beneficiis provenientia, quae supersint post honestam substentationem beneficiati, spectare *ad ecclesiam.* «Nomine autem « ecclesiae », sunt verba ipsius Alexandri III in cit. cap. *Relatum,* « non epi« scopus vel successor clerici morientis, sed communis congregatio intelli**ge** gitur, quae rerum illarum debet canonicam distributionem et curam habere. « Ubi autem in loco defuncti tantum unus est ordinandus, is ea bona (sicut « et alia ipsius ecclesiae) in Dei timore dispenset ».

Contra, non pauci auctores magnam hac in re confusionem et aequivocationem invexerunt. Hos vero sapienter, more suo, corrigit praeclarus iurisconsultus card. De Luca in discept, centesima de *Beneficiis,* n. 22, ubi ait « Cum « doctores materiam tractando praesupponant huiusmodi fructuum pertinentiam « ad successorem, hinc frequentior opinatio est, non solum ignari ac inferioris « vulgi, sed etiam forte litteratorum ac virorum superioris ordinis, quod

«huiusmodi fructus... ad ecclesiam vel successorem pertinentes, sint ipsius « successoris, cuius fortunae referri solet invenire notabilem cumulum fructuum « decursorum tempore vacationis... Verum... videtur aequivocum clarum...; « siquidem quoad alios [fructus] annorum praecedentium, eos exigere quidem « poterit successor et administrare, *sed ad commodum ecclesiae, in augmentum « eius dotis et bonorum,* cum ita speciem dotis principalis habere videantur, « eodem modo quo hereditatem vel fideicommissum augent fructus, qui decur- « runt intermedio tempore, quo successio, ob non exsistentiam personae vocatae, « seu ob non purificatam conditionem, vacat, sive eamdem hereditatem augent « fructus maturati de tempore mortis testatoris ».

Huic praeclari iurisconsulti doctrinae inhaerendo, quae tum iustitiae, tum canonicae aequitati plane conformis apparet, enunciati fructus investiendi essent favore mensae episcopalis, et consequenter favore hodierni Episcopi et aliorum successorum.

Verum huic conclusioni obstare in casu videbantur supra citatae Constitutiones Pontificiae, quarum vi fructus e bonis ecclesiarum seu beneficiorum vacantium spectabant olim ad Cameram Apostolicam, et nunc spectarent ad sacram Congregationem de Propaganda Fide; aliunde, autem, prae oculis habendae erant peculiares quaedam circumstantiae, in quibus versabatur Episcopus successor.

Quibus praehabitis, quum in plenario coetu diei 8 februarii 1913 causa proposita fuisset, Emi Patres rescribendum censuerunt:

«Attentis omnibus rerum adiunctis in casu concurrentibus, dimidiam « partem fructuum caute et utiliter investiendam esse favore mensae episco- « palis; dimidiam autem tribuendam esse Episcopo successori, *facto verbo « cum Ssiko ».*

O. GIORGI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

IMMUTATUR TITULUS VICARIATUUM APOSTOLICORUM DE VICTORIA NYANZA

Ad preces R. P. D. Henrici Streicher, episcopi titularis Tabracensis et vicarii apostolici Victoriae Nyanzae Septentrionalis, Emi Patres sacri huius Consilii Fidei Propagandae, plenariis in comitiis die 11 vertentis mensis habitis, immutandum esse censuerunt nomen praedicti Vicariatus,

qui in posterum ab *Uganda* (cuius regni territorium magna ex parte praefata Missio comprehendit) nuncupetur; geminus vero Vicariatus Meridionalis, posthac simpliciter a Victoria Nyanza, absque alio addito, denominetur. Quam sententiam Ssmo Dno nostro Benedicto div. prov. Pp. XV, ab infrascripto sacrae eiusdem Congregationis Secretario, in audientia praefati diei, relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobavit ratamque habere dignata est atque praesens decretum fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 15 ianuarii, anno 1915.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*
I* © S .

C. Laurenti, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA

DECLARATIONIS ET EXTENSIONIS INSIGNIUM'

Humiles enixasque preces R. P. Ioannis B. Vitale Barnabitae, parochi ecclesiae Ss. Blasii et Caroli ad Catinarios, et hodierni camerarii parochorum almae Urbis eiusque districtus, supplicia quoque totius Collegii vota depromentis, ab Emo et Rmo dno cardinali vicario Basilio Pompilj commendatas et ab infrascripto cardinali sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefecto relatas, sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV peramanter excipiens, privilegium et usum insignium rochetti et palmatoriae eisdem parochis utriusque cleri, decreto diei 11 novembris proxime elapsi, singillatim concessum, ita declarare atque extendere dignatus est:

I. Ipsi parochi, quoties legitime convocati, *collegialiter* sacris functionibus assistunt vel in processionibus incedunt, etiam coram Summo Pontefice et ubique, rochettum induere valent.

II. Si aliqui tantum parochi pro munere suo conveniunt et sacris adstant, ex. gr. occasione sacrarum missionum, spiritualium exercitiorum et similium, rochettum deferre possunt.

•III. Tandem singuli ex praedictis parochis propria insignia gestare queunt, quando ministerium parochiale exercent in suos parochianos extra respectivam paroeciam, ex. gr. ratione baptismi, matrimonii, exsequiarum et funerum.

Verum ab his postremis Indultis II et III intelligi debent exclusa praedicta insignia semper in Basilicis patriarchalibus, atque etiam in ecclesiis filialibus, quando adest Capitulum patriarchalis Basilicae matricis. Praesenti decreto, de benigna eiusdem sanctissimi Domini nostri concessione, in perpetuum valituro ; cum dispensatione a quavis Apostolici Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Die 23 decembris 1914.

SCIPIO CARD. TBCCHI, S. R. C. *Pro-Praefectus.*

L. ffi S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II

MOLINEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI LUDOVIGAE TERESIAE DE MONT AIGN A C DE CHAUVANCE, FUNDATRICIS PIAE UNIONIS OBLATARUM A SACRO CORDE IESU.

In Normanniae civitate, cui nomen « Le-Havre-de-Grâce », dioecesis Rothomagensis, die 14 maii 1820, ortum duxit Ludovica Teresia de Montaignac der Chauvance e legitimis clarisque genere parentibus Amato et Anna de Ruffin. Ludovicae de Ruffin eius amitae instituenda tradita, brevi virtutibus et bonis artibus profecit, et, post amitae obitum, in civitate Montis Lucii, dioecesis Molinensis, stabile et fixum domicilium habuit. Ad decorem domus Dei et sacrarum suppellectilium nitorem servandum et promovendum, praesertim in ecclesiis pauperibus, speciale opus institui voluit. Anno 1852, in domo a se conducta suaeque familiae aedibus contigua, quasdam pauperes orphanas colligendas curavit, fertile semen ad gignendum procreandum Orphanotrophium successive auctum et constitutum, cuius in sacello Opus ab Adoratione Reparatrice constituit, quo singulis feriis quintis piae feminae sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ab hora octava matutina ad quartam vespertinam

publice expositum, alternis vicibus adorarent. Ampliata deinceps ipsius Orphanotrophii domo et novo exstructo sacello in honorem S. Cordis inibi Pia Unio Oblatarum S. Cordis Iesu erecta est cum primis regulis auctoritate Ordinaria approbatis die 21 decembris 1874. Vertente anno 1879, etiam « Parva schola pueri Iesu » ad ecclesiasticas vocationes excolendas, a Dei famula originem habuit. Quum vero Pia Unio Oblatarum S. Cordis Iesu in dies increscens floreret in variis Galliae dioecesibus, anno 1880 a Capitulo generali, die 17 maii, ad totius Instituti regimen serva Dei electa et praeposita fuit. Quod munus, etsi corpore infirma ac debilis, usque ad obitum tamen exercuit. Ipsum porro Institutum ab Apostolica Sede die 4 octobris 1881 decreto laudibus cohonestatur^ demum anno 1895, decimo ab obitu suae fundatricis, definitivam approbationem obtinuit. Interea Ludovica Teresia, diutinis saevisque doloribus tentata et ad extrema deducta, quum sacramentis morientium refecta esset, inter sodales et filias, pietatis suae sensus effundens erga sacratissimum Cor iesu et Deiparam Virginem, tandem ex corporis vinculo soluta piam animam exhalavit, die 27 iunii anni 1885, non sine opinione sanctitatis. Hinc factum est ut Inquisitiones Ordinariae in ecclesiastica Curia Molinensi super fama sanctitatis vitae adornatae sint. Hisce autem absolutis et Romam ad sacram Rituum Congregationem delatis, quum, servato iuris ordine, omnia in promptu essent ad Causae introducendae discussionem, instante R. P. D. Raphaele Maria Virili, episcopo tit. Troadensi, ipsius causae Postulatore, attentisque litteris postulatoriis tum ex augustis Imperatorum et Regum familiis, tum ex Emis S. R. E. Patribus Cardinalibus, necnon ex Rmis Archiepiscopis et Episcopis, Capitulis, Praepositis Ordinum seu Congregationum aliisque personis ecclesiastica vel civili dignitate praestantibus, Emus ac Rmus dominus cardinalis Vincentius Vannutelli, episcopus Praenestinus, eiusdem.Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito verbo et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative* seu *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 15 decembris 1914.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis

Causae servae Dei Ludovicae Teresiae de Montaignac de Chauvance, fundatricis Piae Unionis Oblatarum a sacro Corde Iesu, die 23 eisdem mense et anno.

SCIPIO CARD. TECCHÎ, *S. R. C. Pro-Praefectus**

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i

VICARIATUS APOSTOLICI SUECIAE

NULLITATIS MATRIMONII (HOOG-LAND-WAERN)

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno undecimo, die 19 mensis augusti 1914, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Iosephus Mori, et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Vicariatus Apostolici Sueciae - Nullitatis matrimonii, *in sede appellationis promotae a defensore vinculi in curia vicariatus apostolici inter* Mariam Hoogland, *actricem appellatam, repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio advocatum Felicem Gualandi, et reum conventum* Leonardum Waern, *interveniente et disceptante in causa defensore matrimonii ex officio apud H. S. T. sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Maria Hoogiand, 24 annis circiter nata et lutheranae sectae addicta, Amstelodami in Hollandia die 14 augusti 1902 matrimonium coram civili magistratu contraxit cum Leonardo Waern qui et ipse lutheranae sectae erat addictus. Cum sponsi nec ratione personae, nec ratione loci lege tridentina tenerentur, matrimonium ex parte formae uti validum est profecto retinendum.

Sponsa cum viro suo cohabitavit usque ad mensem decembris 1908: quo ex tempore ex exortis dissidiis et ex interrupta cohabitatione mulier sollicita fuit obtinere civile divortium, cuius sententia prodiit anno 1912. Cum vero Maria exoptaret novas nuptias cum quodam viro catholico

conciliare, suum matrimonium nullitatis accusavit ex capite defectus consensus apud Curiam vicariatus apostolici Sueciae, in quam regionem sese iam sponsi in antecessum contulerant; eo quod, ut ipsa actrix in libello iudici ecclesiastico oblato declaraverat, Leonardus Waern hac de causa eam in matrimonium duxit ut ipsam uti sociam haberet, quae in recipiendis domi personis officia honoris bene impleret, et proinde ipsam numquam habuisse intentionem cum eo vitam coniugalem agendi.

Curia vicariatus die 21 iunii 1913 protulit sententiam favorabilem actrici, seu declaravit nullitatem accusati matrimonii, licet edisseruerit non satis constare de eius inconsummatione, sub quo aspectu etiam causa fuerat pertractata. Appellante vinculi defensore causa diiudicanda venit apud nostrum tribunal, ad quod pro resolutione remissa fuit a Congregatione super disciplina Sacramentorum; et disceptationi proponitur sub consueta dubitandi formula: ***An constet de nullitate matrimonii in casu.***

In iure. Obiectum formale essentiale matrimonii est ius coeundi mutuum cum relativa obligatione, exclusivum et perpetuum et per se ordinatum ad prolem generandam et postea educandam (Card. Gasparri, ***de matr.,*** n. 7). Item finis primarius matrimonii est procreatio et proinde educatio prolis: mutuum vero adiutorium et solamen et alia eiusdem generis officia non sunt nisi finis secundarius matrimonii (Gasparri, ***ibid.,*** n. 9). Sunt ergo unitas et indissolubilitas proprietates essentiales matrimonii, unitatem theologi appellare solent ***bonum fidei:*** indissolubilitatem vero ***bonum sacramenti*** (Gasparri, ***ibid.,*** n. 10).

Quare si quis in contrahendo matrimonio intentione seria, positiva et praevalenti excluderet obiectum formale essentiale matrimonii, profecto non verum et validum sed irritum matrimonium iniret. Ad rem citatus card. Gasparri, n. 919: « Si contrahens habet quidem intentionem « contrahendi matrimonium, sed simul habet intentionem explicitam ac « positivam sese non obligandi aliquo modo, scilicet non vult tradere « acceptare, sed sua intentione excludit vel limitat eius ordinationem « ad prolem, vel perpetuitatem vel unitatem, dicens non interpretative « tantum sed positive in mente sua: " Volo contrahere matrimonium, « sed nolo tradere alteri parti ius perpetuum et exclusivum „ non est « dubium hunc contrahentem in genere peccare; et insuper matrimonium « est prorsus irritum ex defectu consensus. Nam cum ius sit relativum « obligationi, si pars mente sua excludit aut limitat obligationem matri- « monialem, eo ipso excludit aut limitat matrimoniale ius et ideo deficit

« consensus et matrimonium ». Confer etiam De Lugo, ***de Sacram, in gen.,*** dis. 8, sect. 8.

Hoc etiam rediret, si contrahentes vel saltem unus ex hisce conditionem vel intentionem poneret contra proprietates essentiales matrimonii (S. C. Inquis., 20 maii 1754 et 22 iulii 1840). Quae conditiones indicantur a Gregorio IX in cap. 7, tit. 5, ***de condit, adpositis.*** (Confer Gasparri, 1. c, n. 1000). Verum circa conditiones adversantes tribus bonis matrimonii sedulo perpendenda sunt quae habet Sánchez, ***de matrim.,*** lib. 2, dis. 29, n. 11: « Contrahentem matrimonium debere saltem impli-« cite intendere bonum sacramenti, quod evenit quando non habet inten-« tionem contrariam, non tamen esse opus ut implicite intendat alia « duo matrimonii bona: quare si haberet animum etiam corde retentum « adversum bono sacramenti, quia scilicet intenderet non contrahere « matrimonium nisi ad tempus, non esset verum matrimonium, si tamen « haberet intentionem adversam aliis duobus bonis matrimonii, corde « solo retentam nec in pactum deductam, valeret utique, ut si intenderet « vitare prolem et habitam non educare, debitum negare et adulteran.... « Haec sententia videtur expresse D. Thomae, 4 dist. 31, est. 3 in cor-« pore et D. Bonaventurae ibi art. 1, 9, 3 ubi haec dicit: " Sine bono « sacramenti numquam est sacramentum, at potest esse sine fide et « prole, non tamen esset matrimonium, si in consensu exprimeretur « aliquid contrarium fidei et proli „; ecce qualiter tantum intentionem « contrariam bono fidei et prolis dicunt annullare matrimonium, quando « deducitur in pactum ».

Hisce in iure revocatis principiis, ***ad factum quod attinet*** Patres Domini, perlustratis actis processus, retinuerunt in casu matrimonium esse nullum renunciandum oh defectum necessariae intentionis seu maritalis consensus. t)e intentione siquidem qua contrahentes matrimonium coram civili magistratu iniverunt, Maria actrix haec testatur: « Ante matrimo-« nium convenit inter nos, si unus ex nobis vellet divortium efficere ab « altero contrahente, hic divortio consentiret ». Rogata autem a iudice curnam religiosum, iuxta ritum lutheranum, matrimonium non celebraverint, respondit: « Contenti eramus modo ineundi matrimonii civilis, < quia pro conventione inter nos facta putabamus ritum religiosum a « se alienum sive indecens videri », aliis verbis hoc matrimonium contractum est non cum vera intentione matrimoniali, seu cum animo se perpetuo obligandi, sed tantum ad servandam convenientiam coram civili societate, ut eadem actrix in dato responso declaravit « matrimonium « civile contraximus propter convenientiam », et a iudice interpellata

quid id significaret, respondit: « Propter convenientiam, ut nimirum « coram lege civili et secundum existimationem hominum tamquam « coniuges consideraremur ». Cum actricis depositione concordat etiam viri testimonium ita se habens: « Ego Leonardus Waern hisce declaro: « I° quod cum matrimonium civile cum Maria Hoogland inirem, non « habui intentionem veram pro tota vita valens matrimonium cum ea « contrahere, sed unice hac de causa hoc matrimonium inivi, ut sociam «haberem, quae domi honoris officia erga alios bene implere posset; « 2° quod ei dixi eam esse dimissuram, si ipsa propter pulchritudinem « non iam mihi placeret ».

Neque dicatur in casu limitationem consensus appositam a coniugibus provenisse ab erronea persuasione quam ipsi habebant, utpote sectae protestanticae addicti, de solubilitate matrimonii: nam in proposita specie non solum de simplici errore sermo est, sed recurrit positivus voluntatis actus excludens perpetuitatem et indissolubilitatem vinculi per matrimonium contracti, quod est de se sufficiens ad illud irritandum iuxta causam in *Nicien. - Nullitatis Matrimonii,* die 24 ianuarii 1911, coram Many et *Neo-Eboracen. - Nullitatis Matrimonii,* 1 martii 1913 coram Cattani. Ait enim card. De Lugo: « In casu simplicis erroris habetur « unicus ac sufficiens voluntatis actus, in casu autem intentionis sese « non obligandi habentur duo actus voluntatis, sese mutuo destruentes, « unde illic adest consensus matrimonialis, hic non adest ». Tgitur ex coniugum declaratione matrimonium uti nullum est habendum, et haec declaratio in themate uti sufficiens posset retineri iuxta ea quae tradit Sánchez, lib. cit., dis. 4, n. 1, quia exulat collusionis periculum, nam ut testatur Vicarius apostolicus ex ea vir nullum habet emolumentum, et tantum actrix fuit sollicita de obtinendo civili divortio.

Sed Patres Domini expenderunt praefatam declarationem roborari ex aliis testimoniis. Sane actricis mater, in curia Harlemensi rite excussa, ad iudicis rogationem « Num Leonardus Waern sibi revera declaraverit « se filiam ipsius Mariam hac una de causa in matrimonium ducere « velle, ut mulierem sicuti sociam haberet, quae in recipiendis domi « personis officia honoris bene impleret, nec nullo modo intentionem « habere vitam maritalem cum ea agere? » respondit: « Ita, hanc inten- « tionem ante matrimonium mihi aperuit ». Accedunt testimonia fratris maioris natu actricis illiusque uxoris, qui propositae quaestioni « An « Leonardus Waern ante matrimonium dixerit ad testes, non esse suam « intentionem verum pro tota vita valens matrimonium cum Maria « Hoogland inire? » responderunt: « Hoc dixit nobis et addidit ». Cum igitur simulatus consensus initi matrimonii nedum ex coniugum depo-

sitione sed ex tribus aliis testimoniis septimae manus comprobetur, et cum iuxta Dominicum effatum: «In ore duorum vel trium testium stet « omne verbum », utroque iure (leg. *Ubi numerus* testium ff. *de test.*, cap. *In omni negotio extr. de test,* et cap. *Licet,* eod. tit.) habeatur plena probatio, merito Patres Domini senserunt in casu matrimonii nullitatem sufficienter in probatis exstare; eo vel magis quia in aperto aderat simulationis causa, nempe conservatio socialis convenientiae, ne secus vir appareret concubinarius, cui malo in occursum ivit matrimonii simulacro seu simulatione matrimonii civilis apud magistratum.

Neque demum asseri potest nullitatem matrimonii sanatam fuisse per mutuam renovationem consensus durante coniugum cohabitatione ab anno 1902 usque ad annum 1908: nam coniuges, super hoc interpellati, hanc renovationem omnino denegarunt. Ita Leonardus Waern haec deposuit: « Ego toto tempore, quo cum Maria Hoogland convixi, num- « quam habui intentionem verum pro tota vita valens matrimonium cum « ea inire ». Cui testimonio congruit actricis sequens: « Neque ego, neque « Leonardus Waern umquam significavimus unus ad alterum, quod nos « vellemus considerare nos tamquam coniuges». Coniugum assertionibus fidem adiiciunt testes tum in concordi praedicatione quod illi sint fide digni, tum in referendis iis quae attinent ad eorumdem coniugalem vitam. Rogati enim « An post convixerint coniuges in mutua caritate « et concordia », haec edixerunt responsa: frater actricis maior et ipsius uxor, qui nonnisi de tempore habitationis Amstelodami testari poterant, responderunt : « Quanto tempore domicilium habebant in Hollandia, « numquam sermo esse poterat de mutua caritate ». Frater actricis minor, qui testari poterat de toto tempore cohabitationis coniugum respondit: «Non convixerunt in mutua caritate et concordia». Testis consanguinitate secundi gradus reo convento coniunctus, qui cognovit eum a pueritia, respondit: « Coniuges toto tempore (scilicet ab anno 1906 « quo cognitionem uxoris fecit) semper satis indifferenter seu negligenter « inter sese erant. Post mensem decembris 1908 pax omnino turbata «considerari debet». Uxor huius testis respondit: « Secundum meam « existimationem hi coniuges unus erga alterum non tales sensus habe- « bant, qualibus coniuges uniti esse debent ». Hae depositiones sufficientia praebent indicia de ñon facta a coniugibus revocatione prioris intentionis, quae ceteroquin perseverare praesumitur quoadusque contrarium non demonstretur.

Neque Patres Domini ullum pondus tribuere censuerunt facto quod vir noluit sub iuramento affirmare quod inter ipsos durante cohabitatione copula non intercesserit. Nam actrix, super hoc a iudice inter-

rogata, respondit : « Tentavit (Leonardus Waern) una vel altera vice in « statu magis vel minus inebriato ut copulam mecum haberet; sed ego, « iuramenti mei memor, affirmo hoc non esse factum »: et actrix in ulteriori depositione rationem reddit repulsae, quia sciebat eumdem esse morbo venereo affectum: quod confirmatur ab eiusdem actricis matre, quae ita testata est: « Tempore postremo (Maria) mihi narravit se num- « quam commercium carnale cum Leonardo Waern habuisse. Ille quidem « plures habebat dulcineas ». Ceterum etiamsi haec copula intercessisset, ex animo fornicano fuisset consummata et non intentione maritali, quam semper vir in suis depositionibus exclusit.

Quibus omnibus in facto et in iure perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, confirmata in hoc puncto sententia vicariatus apostolici Sueciensis, declaramus, decernimus, et definitive sententiamus *Constare de nullitate matrimonii inter Mariam Hoogland et Leonardum Waern,* seu proposito dubio respondemus: *Affirmative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum, et praesertim cap. S, sess. XXV, *de reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sunt.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 19 augusti 1914.

Aloisius Sincero, *Ponens.*

I. Mori.

F. Cattani.

L.-8S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 7 novembris 1914.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

II

CAUSAE ACTAE SUB SECRETO

In S. R. Rota, anno 1914, a mense aprili ad mensem decembrem, actae sunt sub secreto *sequentes causae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva:*

I. NULLITATIS MATRIMONII *ex cap. metus et affinitatis ex copula illicita.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* P. Heiner et I. Prior, Auditores de turno, die 6 aprilis, respondendum censuerunt: *Negative ex utroque capite.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

II. NULLITATIS MATRIMONII *ex cap. impotentiae ex parte viri.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. A. Perathoner, I. Alberti, Auditores de turno, et P. Rossetti, *Ponens,* die 16 maii respondendum censuerunt: *Consulendum Ssmo pro dispensatione **a** rato et non consummato.*

III. IURISDICTIONIS PAROCHIALIS.

Proposito dubio: *An sententia Rotalis diei 11 februarii 1912 confirmanda vel infirmanda sit in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, Auditores de turno, die 27 iunii respondendum censuerunt: *Sententiam Rotalem diei 11 februarii 1913 infirmandam esse.*

IV. NULLITATIS MATRIMONII *ex cap. impotentiae ex parte viri.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, Auditores de turno, die 6 iulii, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

V. NULLITATIS MATRIMONII *ex cap. clandestinitatis.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et Í. Mori, Auditores de turno, diei 11 iulii, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

VI. DAMNORUM.

Proposito dubio: *An sententia Rotalis diei 30 martii 1914 sit confirmanda **vel** infirmanda in casu,* RR. PP. DD. Sebastianeiii Decanus, *Ponens,* P. Rossetti et R. Chimenti, Auditores de turno, die 22 augusti, respondendum censuerunt: *Sententiam Rotalem diei 30 martii 1914 esse confirmandam.*

VII. NULLITATIS MATRIMONII *ex cap. simulationis consensus.*

Proposito dubio: *An sententia Rotalis diei 28 ianuarii 1914 sit confirmanda **vel** infirmanda in casu,* RR. PP. DD. F. Heiner, *Ponens,* I. Prior et A. Sincero,

Auditores de turno, die 28 novembris, respondendum censuerunt: *Sententiam Rotalem esse infirmandum,* seu *Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

VIII. SOLUTIONIS.

Propositis dubiis: 1) *An et quaenam summa N. propria vel debeatur* ***a*** *Capitulo vel apud Curiam sit deposita;^) An quae et a quo damnorum refectio debeatur,* etc. RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de turno, die 7 decembris, respondendum censuerunt : 1) *Ad primum ex deductis deberi a Capitulo summam libell.... in reliquis negative,* 2) *Ad secundum negative.*

Ex Cancellaria, 14 ianuarii 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

14 gennaio 1915. — L'Emo signor cardinale Filippo- Giustini, *Protettore della Congregazione delle Suore del Ssmo Sacramento, che hanno la casa madre a Valence-sur-Rhône.*

19 gennaio. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Suore della sacra Famiglia.*

— Il medesimo Erno signor cardinale, *Direttore perpetuo della venerabile Arciconfraternita degli amanti di Gesù e Maria al Calvario.*

— L'Eflio signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore della Congregazione dei Fratelli della Carità.*

20 gennaio. — Mons. Carlo Perosi, reggente della Penitenzieria Apostolica, *Consultore della suprema sacra Congregazione del S. Offizio.*

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

9 novembre 1914. — Mons. Guido de Gentili, della diocesi di Trento.
— Mons. Lodovico Ecchelli, della medesima diocesi.
— Mons. Luigi Sartori, della medesima diocesi.
— Mons. Luigi Brugnolli, della medesima diocesi.
— Mons. Edoardo Endrici, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Niglutsch, della medesima diocesi.
10 novembre. — Mons. Giovanni Bottio, della diocesi di Treviso.
— Mons. Luigi Brusattin, della medesima diocesi.
— Mons. Alessandro da Re, della medesima diocesi.
12 novembre. — Mons. Matteo Cvetko, della diocesi di. Segna.
— Mons. Giovanni Vidas, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Lorbeck, della medesima diocesi.
— Mons. Carlo Smokvina, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Starcëvié, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Franöisкövie, della medesima diocesi.
— Mons. Antonio Loncarié, della medesima diocesi.
18 novembre. — Mons. Geysa Csothi, della diocesi di Veszprimia.
— Mons. Stefano Hanauer, della medesima diocesi.
— Mons. Ladislao Szántó, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Lukcsics, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Vida, della medesima diocesi.
— Mons. Vittorio Radványi, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Pályi, della medesima diocesi.
— Mons. Bernardo Marenco, della diocesi di Fossano.
21 novembre. — Mons. Giovanni Pasquazi, della diocesi di Palestrina.
23 novembre. — Mons. Matteo Polonijo, della diocesi di Veglia.
— Mons. Ferdinando Fischer, del vicariato apostolico di Sassonia.
— Mons. Ansgario Manfroni, del medesimo vicariato apostolica.
26 novembre. — Mons. Melchiorre Formaglio, della diocesi di Padova.
— Mons. Ansgaro Borsiczky, della diocesi di Giavarino.
30 novembre. — Mons. Tommaso Buholzer, della dioc. di Basilea e Lugano.
— Mons. Giulio Müller, della diocesi di Münster.

30 novembre 1914. — Mons. Vincenzo Schembri, della diocesi di Malta.
4 dicembre. — Mons. Antonio Iadanza, della diocesi di Télese o Cerreto.
— Mons. Adolfo Leone, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Battista Cheso, della diocesi di Parma.
— Mons. Alessio Usënicnik, della diocesi di Lubiana.
— Mons. Antonio Zupanciö, della medesima diocesi.
— Mons. Tommaso Zupan, della medesima diocesi.
5 dicembre. — Mons. Lorenzo Perosi, di Roma.
— Mons. Domenico Gobetto, dell'archidiocesi di Torino.
— Mons. Gaetano Vitali, della diocesi di Comacchio.
— Mons. Giuseppe Ronza, dell'archidiocesi di Vercelli.'
7 dicembre. — Mons. Bernardo Giuseppe Eras, della diocesi di Bois-le-Duc.
— Mons. Gian Luigi Barge, della diocesi di Como.
— Mons. Giuseppe Carughi, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Cattaneo, della medesima diocesi.
— Mons. Giov. Battista Gianera, della medesima diocesi.
— Mons. Tommaso Verga, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Sandalgian, del patriarcato Armeno di Cilicia.
— Mons. Tommaso Novella, dell'archidiocesi di Vercelli.
— Mons. Michele Fernicola, dell'archidiocesi di Conzä.
— Mons. Raffaele Acocella, della medesima archidiocesi.
— Mons. Antonio Cestone, della medesima archidiocesi.
— Mons. Gelsomino Onesti, della diocesi di Campagna.
— Mons. Lorentino Magnanini, della diocesi di Arezzo.
— Mons. Agostino Mucci, della diocesi di Arezzo.
10 dicembre. — Mons. Paolo Müller Simonis, della diocesi di Strasburgo.
— Mons. Giovanni de Marcy, della diocesi di'Loreto.
— Mons. Domenico Muriana, dell'archidiocesi di Torino.
— Mons. Leopoldo Capitani, di Roma.
— Mons. Giuseppe Vincenzi, della diocesi di Como.
— Mons. Angelo Fongoli, della diocesi di Foligno.
12 dicembre. — Mons. Giovanni Ferro, del patriarcato di Venezia.
13 dicembre. — Mons. Alfonso Greco, di Roma.
14 dicembre. — Mons. Giovanni Andreucci, della diocesi di Spoleto.
16 dicembre. — Mons. Ferdinando Sandorffy, della diocesi di Alba Reale.
— Mons. Pietro Scarponi, della diocesi di Macerata.
— Mons. Paolo Pimpinella, della diocesi di Gaeta.
— Mons. Giovanni Antonio Peretti, della diocesi di Novara.
— Mons. Luigi Pattaroni, della medesima diocesi.
— Mons. Ubaldo Mannucci, di Roma.
— Mons. Giovanni Lucca.
21 dicembre. — Mons. Pietro Trucco, della diocesi di Fossano.
22 dicembre. — Mons. Giuseppe Pierleoni, della diocesi di Norcia.

22 dicembre 1914. — Mons. Andrea Damen, della diocesi di Bois-le-Duc.
— Mons. Luigi Chiodin, del patriarcato di Venezia.
— Mons. Enrico Benedetti, di Roma.
— Mons. Giorgio Terzibascian, del patriarcato di Costantinopoli.
— Mons. Andrea Alessandrian, del medesimo patriarcato.
— Mons. Antonio Leonardi, della diocesi di Trento.
— Mons. Giuseppe Luigi Delaney, della diocesi di Albany.
23 dicembre. — Mons. Cesare Mambretti, dell'archidiocesi di Milano.
— Mons. Alessandro Marchi, della medesima archidiocesi.
25 dicembre. — Mons. Francesco Rossi Stockalper, di Roma.
— Mons. Giovanni Battista Ogno Serra, di Roma.
— Mons. Enrico Gasparri, di Roma.
— Mons. Giuseppe Bruno, di Rpma.
— Mons. Raffaele Todini, della diocesi di Veroli.
— Mons. Clemente Micara, di Roma.
— Mons. Francesco Marchetti Selva ggiani, di Roma.
— Mons. Emanuele de Sarzana, di Roma.
— Mons. Giambattista Federico Vallega, di Roma.
— Mons. Filippo Cortesi, di Roma.
— Mons. Benedetto Aloisi Masella, di Roma.
— Mons. Alessendro Solari, di Roma.
— Mons. Giuseppe Apap Bologna, di Roma.
13 gennaio 1915. — Mons. Luigi Vason, del patriarcato di Venezia.
— Mons. Enrico Carusi, di Roma.
15 gennaio. — Mons. Sigismondo Gyömörey, della diocesi di Cinque Chiese.
— Mons. Francesco Virag, della medesima diocesi.
— Mons. Dionisio Mosonyi, della medesima diocesi.
— Mons. Vincenzo Maria Aceves, dell'archidiocesi di Guadalajara.
18 gennaio. — Mons. Pietro Bonnilli, dell'archidiocesi di Spoleto.
19 gennaio. — Mons. Enrico Veijs, della diocesi di Ruremonda.
— Mons. Adolfo áelbiky, della diocesi di Leitmeritz.
— Mons. Nazzareno Cignitti, della diocesi di Subiaco.
— Mons. Romolo Molaroni, della diocesi di Pesaro.
— Mons. Roberto Bracci, della medesima diocesi.
— Mons. Achille Garletti, della medesima diocesi. .

Camerieri d'onore m abito paonazzo di S. S. :

7 novembre 1914. — Mons. Giovanni Peiffer, dell' archidiocesi di Colonia.
18 novembre. — Mons. Paolo Csucsay, della diocesi di Veszprimia.
— Mons. Ludovico Ludovici, dell'archidiocesi di Camerino.
— Mons. Giulio Chauffât, della diocesi di Losanna e Ginevra.
— Mons. Emidio Tagnozzi, della diocesi di S. Miniato.
— Mons. Luigi Morelli, dell'archidiocesi di Brindisi.

21 novembre 1914. — Mons. Andrea Kriston, dell'archidiocesi difAgria.

23 novembre. — Mons. Aureliano Schiavone, della diocesi di Larino.

— Mons. Rocco Stuparich, della diocesi di Veglia.

— Mons. Giuseppe Körmendy, della diocesi di Veszprimia.

— Mons. AntonioLéránuth, della medesima diocesi.

— Mons. Giuseppe Bontz, della medesima diocesi.

— Mons. Stefano Fa **ter,** della medesima diocesi.

25 novembre. — Mons. Calogero Licata, di Roma.

26 novembre. — Mons. Paolo Gladich, della diocesi di Giavarino.

— Mons. Stefano Paar, della medesima diocesi.

30 novembre. — Mons. Giuseppe Arnoldo Doebeli, della diocesi di Basilea e Lugano.

— Mons. Enrico Ludovico Keiser, della medesima diocesi.

— Mons. Alberto Meyenberg, della medesima diocesi.

— Mons. Ludovico Rocco Schmid lin, della diocesi di Basilea e Lugano.

— Mons. Francesco de Segesser, della medesima diocesi.

— Mons. Eugenio Folletête, della medesima diocesi.

— Mons. Emilio Nünlist, della medesima diocesi.

— Mons. Giovanni Carosi, della diocesi di Chiusi e Pienza.

— Mons. Anacleto Cristofori, della diocesi di Città della Pieve.

4 dicembre — Mons. Michele Arko, della diocesi di Lubiana.

— Mons. Francesco Dovgan, della medesima diocesi.

— Mons. Eugenio Lampe, della medesima diocesi.

5 *dicembre.* — Mons. Antonio Relia, di Roma.

7 dicembre. — Mons. Stefano Piccinelli, della diocesi di Como.

— Mons. Alfredo Miotti, della medesima diocesi.

— Mons. Nicola La Mattina, della diocesi di Campagna.

9 dicembre. — Mons. Giuseppe Antonelli, di Roma.

— Mons. Carlo Scifoni, di Roma.

— Mons. Aristide Gasparri, di Roma.

10 dicembre. — Mons. Giuseppe Hoptaetter, della diocesi di S. Ippolito.

• *16 dicembre.* — Mons. Carlo Cesca.

— Mons. Oreste Compagnucci, di Roma.

— Mons. Felice Fortina, dèlia diocesi di Novara.

— Mons. Francesco Mazzarella, della diocesi di Alife.

— Mons. Lauro Ferrari, della diocesi di Tortona.

22 dicembre. — Mons. Antonio Kobliha, dell'archidiocesi di Olmütz.

— Mons. Giuseppe Svoboba, dell'archidiocesi di Brunn.

— Mons. Giovanni Battista Donato, della diocesi di Padova.

— Mons. Giovanni Miskgiem, del patriarcato di Costantinopoli.

— Mons. Felice Bevilacqua,, di Roma.

— Mons. Erminio Jasoni, di Roma.

25 dicembre. — Mons. Francesco Stoppa Guioni, della diocesi di Albano.

25 dicembre 1914. — Mons. Pietro Biagioli, di Roma.

— Mons. Francesco Cesarini, di Roma.

— Mons. Giuseppe Temofonte, di Roma.

— Mons. Antonio Simoni, di Roma.

— Mons. Lorenzo Schioppa, di Roma.

11 gennaio 1915. — Mons. Adolfo Massimo Gómez de Faria, del patriarcato di Lisbona.

— Mons. Gioacchino De Gesus Gomes, del medesimo patriarcato.

— Mons. Giovanni Chinaglia, della diocesi di Adria.

— Mons. Nicola Rocco, segretario di nunziatura.

19 gennaio. — Mons. Alfredo Gori, dell'archidiocesi di Lucca.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

9 novembre 1914. — Mons. Gioacchino Bazzanella, della diocesi di Trento.

— Mons. Luigi Rabenser, della medesima diocesi.

18 novembre. — Mons. Giorgio Simon, della diocesi di Veszprimia.

— Mons. Agostino De Razza, della diocesi di Ugento.

5 dicembre. — Mons. Francesco Paolo Grassi, della diocesi di Tricarico.

16 dicembre. — Mons. Emilio Schmitz, di Roma.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

10 novembre 1914. — Il sig. Antonio Bottero, della diocesi di Treviso.

12 novembre. — Il sig. conte Carlo Alberto Joctean, dell'archidiocesi di Torino.

— Il sig. Augusto Leone Kenny, dell'archidiocesi di Melbourne.

18 novembre. — Il sig. Tommaso Grattan Esmonde.

21 novembre. — Il sig. conte Ignazio Sangiust, dell' archid, di Cagliari.

— Il sig. conte Giacomo Masolini, dell'archidiocesi di Bologna.

— Il sig. conte Salvatore de Ciutiis, dell'archidiocesi di Napoli.

23 novembre. — Il sig. barone Adolfo de Schönberg-Thammenhain, di Dresda.

— Il sig. Alessandro de Pereira, di Dresda.

2 dicembre. — 11 sig. conte Gabriele Edoardo Espierre, della diocesi di Lugano.

10 dicembre. — Il sig. Francesco Sardi dei baroni di Rivisondoli, della diocesi di Sulmona.

— Il sig. Carlo Savigny, della diocesi di Fulda.

— Il sig. Luigi Carbery Ritchie, dell'archidiocesi di Filadelfia.

12 dicembre. — Il sig. barone Cristiano de Berckheim, dell'archidiocesi di Friburgo.

16 dicembre 1914. — II sig. Edoardo Agius, dell'archidiocesi di Westminster.

— Il sig. Carlo Guglielmo Clifford, della diocesi di Shrewsbury.

22 dicembre. — Il sig. Carlo Giacomo Scott Spedding, dell' archidiocesi di Westminster.

— Il sig. Leonardo Lindsay, della medesima archidiocesi.

— Il sig. conte Marino Saluzzi di Carigliano, dell'archidiocesi di Napoli.

9 gennaio 1915. — Il sig. Martino Bernardini, dell'archidiocesi di Lucca.

19 gennaio. — 11 sig. conte Paolo Dinet, della diocesi di Moulins.

— Il sig. conte Giuseppe Carlo Moore, dell'archidiocesi di Westminster.,

Camerieri oV onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

5 dicembre 1914. — Il sig. Livio Carimini, di Roma.

16 dicembre. — Il sig. Giacomo Salvatori, di Roma.

22 dicembre. — Il sig. Carlo Bronzuoli, dell'archidiocesi di Firenze.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.: ' '

7 novembre 1914. — Mons. Casimiro Monti, della diocesi di Ischia.

18 novembre. — Mons. Antonio Strausz, della diocesi di Veszprimia.

— Mons. Lodovico Vegele, della medesima diocesi.

23 novembre. — Mons. Francesco Luttor, della medesima diocesi.

7 dicembre. — Mons. Pietro Majolani, della diocesi di Como.

9 dicembre. — Mons. Domenico Facchini, di Roma.

10 dicembre. — Mons. Pietro Tosti, della diocesi di Foligno.

22 dicembre. — Mons. Bartolomeo Clementini, del patriarcato di Venezia.

19 gennaio 1915. — Mons. Armando Cavallini, dell'archidiocesi di Pisa.

Annus VII - Vol. VII Die 8 Februarii 1915 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE "SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

ORATIO PRO PACE A SSMO D. N. PROPOSITA INDULGENTIA CCC DIERUM DITATUR.

Die 21 ianuarii 1915

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp.-XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, benigne concedere dignatus est, ut fideles, corde saltem contrito recitantes orationem per decretum d. d. 10 ianuarii 1915, ad pacem implorandam in praesenti acerbissimo Nationum conflictu, a Sanctitate Sua propositam, indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, quoties id egerint, consequi valeant. Praesenti perdurantibus memoratis rerum adiunctis valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor.*

II

DECRETUM

TRIBUITUR ALTARIS PRIVILEGIUM PRO MISSIS CELEBRATIS IN SUFFRAGIUM EORUM QUI, PRAESENTI BELLO PEREMPTI, IN PURGATORIO DETINENTUR.

Die 28 ianuarii 1915

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, ardenti iugiter caritatis studio permotus erga eos, qui, vita functi, iustas, luunt poenas in Purgatorio degentes, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut Missae omnes, quas a quocumque sacerdote in suffragium animarum illorum, qui in praesenti exitiali bello ceciderunt et cadent, celebrari contigerit, ita illis suffragari possint, ac si in altari privilegiato celebratae fuissent. Praesenti hoc decurrente anno valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. ffi S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Adsessor.*

III

DECRETUM

DEROGATUR A QUADAM CLAUSULA IN FAVOREM SACERDOTUM PIA OBIECTA BENEDICENDUM TEMPORE BELLI.

Die 4 februarii 1915

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne indulsit, ut sacerdotes quilibet, sive saeculares sive regulares, qui ab apostolica Sede, directe aut indirecte, facultatem obtinuerunt pia obiecta benedicendi cum indulgentiarum applicatione, et s. ministerium exercent apud milites nationum, hoc tempore, bello contendentium, vel quomodolibet inter eos versantur, non teneantur clausula quae apponi solet: « de consensu Ordinarii loci « in quo facultas exercetur ». Praesenti valituro hac eadem rerum conditione perdurante. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Adsessor»*

S. CONGREGATIO CONCILII

FOSSANEN.

MEDIAE ANNATAE

Die 12 decembris 1914.

Species facti. Quidam sacerdos anno 1913 provisus de canonicatu et praebenda, per Apostolicas Bullas, in ecclesia cathedrali Fossanensi, solvere recusavit mediam - quae dicitur - annatam sacristiae eiusdem ecclesiae. Quum vero eidem opponeretur a ceteris canonicis praeceptum, in statutis capitularibus explicite contentum, de dimidia annata « quae a quolibet proviso in effectu « *absque exceptione,* intra biennium canonico thesaurario Capituli tradetur, « in ecclesiae usus unice convertenda iuxta praescriptum a Benedicto XIII in « sua Const. *Pius et misericors,* die 28 aprilis 1725 edita », praefatus canonicus provocavit ad verba ipsa Constitutionis Benedicti XIII, in qua dicitur « teneantur solvere et respective deponere mediam annatam pro fabrica ecclesiae... « *dummodo* [beneficia] *collationis, institutionis et provisionis S. Sedis minime « exsistant* »; quibus verbis casum comprehendi, in quo ipse versabatur, canonicus asserebat. Hoc autem argumentum adeo cogens visum est duobus aliis capitularibus qui pariter de beneficio provisi fuerant per Bullas Apostolicas, ut hi, praefato canonico adstipulantes, përsolutam iampridem dimidiam annatam quasi per condictionem indebiti sibi restitui postularent. Ad quem effectum in concione capitulari die 12 augusti 1913 habita, praelecta Constitutione ipsa, proposuerunt ut Capitulum decerneret « di riconoscere la tassativa disposizione della Bolla *Pius et misericors* con la quale vengono completamente « esentati dal pagamento della suddetta mezza annata gli investiti con Bolle « Pontifìcie ». Sed Capitulum per longe maiorem suffragiorum numerum (octo ex undecim) huiusmodi propositionem reiecit; quamobrem tres praefati canonici recursum interposuerunt ad hanc S. Congregationem.

Synopsis disceptationis. Praecipuum argumentum iuridicum, quo innititur petitio recurrentium, suppeditatur a perspicuis Benedictinae Constitutionis supra citatis verbis. Est enim ipsa Constitutio, in qua, iuxta capitularia statuta quae pariter citata sunt, fundatur ius percipiendi dimidiam annatam; in ea vero explicite excipiuntur ab huius praestationis onere provisi per Apostolicas Bullas. Cuius exceptionis causae et rationes (quamvis hae supervacanee in aperta legis significatione quaeruntur) absque difficultate ostendi possunt;

nempe, reverentia debita S. Sedi, quae beneficia sua liberalitate collata, oneris cuiusvis impositione imminui non patitur; item soluta pro Bullarum expeditione Apostolicis officiis summa, quae, aut, ex S. Sedis intentione locum tenere censetur praestationis in aliis casibus faciendae pro fabrica, aut certo non est aggravanda alterius praestationis cumulatione.

Vicissim, praecipuum, quo petitio recurrentium excludi videtur, est tricenaria et amplius consuetudo, in Capitulo Fossanen. vigens, et in statutis capitularibus explicite firmata qua omnes novi canonici, absque ulla exceptione ad solvendam infra biennium a capta possessione dimidiam annatam tenentur; de qua re quilibet provisus iuramentum specificum etiam edere debet in hac forma : « de observandis statutis ac laudabilibus consuetudinibus huius « Rmi Capituli, nec non de solvenda dimidia, ut aiunt, annata eiusdem eccle- « siae sacrario, ut moris est, intra biennium » ; quod iuramentum praefati tres recurrentes iam emiserunt.

Haec quidem consuetudo, in primis, multo antiquior ostenditur ipsa Constitutione Benedictina, quae edita fuit anno 1725. Etenim, in regestis anni 1562 consignata invenitur « obligatio D. Guidi praepositi de solvendo 28 scutorum « *(sic)* auri Capitulo pro grano ab ipso recepto ex fructibus *primi anni* prae- « bendae »; quin immo anno 1570 mentio iam fit « di certi statuti e *lunga «consuetudine* di applicare i frutti del primo anno alia Chiesa»; nec alia immutatio in re facta est, nisi quae iubebatur per Const. *Durum nimis,* S. Pii V, 13 iun. 1570, ut videlicet inde ab anno 1570 non iam fructus *integri anni* ut antea, sed tantum *dimidia* ipsorum pars Ecclesiae sacristiae solveretur; quod observatum in posterum semper constat, etiam in fundatione aliorum canonicatuum in eadem ecclesia (a. 1622 et deinceps). Fatentibus enim iis quoque tribus canonicis, qui causam provocarunt, nemo unus, sive per episcopales, sive per Apostolicas Bullas provisus fuisset, ab hac solutione umquam exemptus fuit nisi ob peculiaria merita et liberalità tes in fabricam ecclesiae iam conlatas; quod ipsum nonnisi ter accidit, praevia explicita capitulari deliberatione et accedente episcopi consensu. Ex actis autem constat, ab anno 1725 quo Constitutio Benedictina prodiit, ex 138 canonicis 76 per Bullas Apostolicas pro visos fuisse, qui *omnes et singuli* dimidiam annatam de more solverunt.

Hac ipsa de causa, quod nimirum consuetudo, de qua agitur multo antiquior sit Constitutione Benedictina, effectum videtur ut ipsa solutio dimidiae annatae, in cathedrali Fossanen., minime sequatur ceteras praefatae legis regulas et praescriptiones : verbi gratia, excluduntur a computatione fructus incerti, quos e contrario Constitutio inclusos vult; solutio autem non urget nisi *intra biennium,* secus ac praescribitur in laudata Constitutione, etc.

Hisce attentis, summa controversiae, mmo tota causa, huc redire videtur : utrum mediae annatae solvendae praescriptum, possit vel sola consuetudine sustineri eaque moderari, etiam post Constitutionem Benedictinam, an potius, post hanc latam, unice ad eius formam s t redigendum.

Si enim primum sumatur, tunc, quum consuetudo in casu non excipiat sed immo positive comprehendat etiam pro visos per Apostolicas Bullas, decernendum erit et hos ad consuetam praestationem teneri ; si alterum, quum clara verba Constitutionis provisos per Apostolicas Bullas ad hoc onus sustinendum non obligent, standum erit pro libertate.

At vero ex narratis quoque elucet, quod ceteroquin plurimis aliis testimoniis comprobatur, ius circa mediam annatam solvendam ortum nonnullis in locis esse ex consuetudine, quam decreta episcoporum et Pontificiae constitutiones (v. g. *Durum nimis,* s. Pii V, 13 iun. 1570; *Ecclesiae Catholicae,* Innoc. XII, a. 1695) approbarunt et moderarunt: cfr. quoque Conc. Trident., cap. 14, sess. 24, *de Ref.* Quum tamen, tempore Benedicti XIII, in Italia quoque et insulis adiacentibus complures- reperirentur ecclesiae in quibus consuetudo laudabilis haec nondum invecta erat, idem Summus Pontifex sua Constitutione *Pius et misericors* d. 28 aprilis 1725 hanc obligationem dimidiae «annatae solvendae cunctis ecclesiis praefatarum ditionum praecepit, statutis pro iisdem ad rem opportunis normis, inter quas et illa invenitur, ut eximerentur ab onere provisi per Bullas Apostolicas. Hanc vero indolem suae Constitutionis, editae quasi *ad supplendam, non ad supplantandam* consuetudinarii iuris in hac re utilitatem, idem Pontifex non obscure innuit hisce verbis: « Teneantur solvere et respective deponere mediam annatam pro fabrica ecclesiae... *« dummodo... aut etiam legitima non vigeret consuetudo solvendi vel dimittendi fructus sex mensium, aut similem non tamen minorem ratam favore « fabricae vel sacristiae; utroque enim in casu, pro fabrica praedicta* nihil *« solvendum aut deponendum erit ».* Quibus imo verbis colligi posse videtur vocabulum «mediae annatae » unice reservari praestationi quae ex hac Constitutione sortiatur originem, et eius adamussim normas sequatur.

Difficultas autem quae exoriri dicitur ex verbis in statutis capitularibus anni 1886 contentis, ubi de dimidia annata sermo est « iuxta praescriptum a « Benedicto XIII in sua Constitutione *Pius et misericors »* nullius momenti videtur: non modo quia haec verba in cunctis antiquioribus *Statutis,* v. g. anni 1838, desiderantur; sed etiam quia in suo contextu nihil aliud exponunt quam *usum* faciendum de fructibus mediae annatae perceptae; integra enim citata verba ita sonant : « Excepta dimidia parte fructuum primi « anni quae a quolibet proviso in effectu absque exceptione intra biennium « canonico thesaurario tradetur, *in ecclesiae usus unice convertenda iuxta « praescriptum a Benedicto XIII in sua Constitutione,* etc » ; consonant igitur hisce magis perspicuis verbis synodi dioecesanae anni 1882 (in qua statuta revisa fuerunt), ubi legitur : « Si quae vero ex reditibus ecclesiae superavit, sive « ex proventibus eleemosynarum, sive ex iure percipiendi mediae annatae,... « prae oculis habenda est Constitutio *Pius et misericors* Benedicti- XIII *in « qua praescribitur modus quo superflua erogari debent »,* etc.

Demum minime praetereunda sunt argumenta quae ad minus opportunitatem imponendi, in casu, etiam provisis de beneficio per Apostolicas Bullas

onus consuetae praestationis demonstrant. Nimirum in praefata cathedrali Fossanensi canonici ordinario nihil praeterea conferunt pro expensis fabricae - nobilis illa quidem et perantiqua - supellectilis, sacrificalem, etc. : quas omnes expensas sustinet sacristia, in hunc usum erogando quidquid iure dimidiae annatae accipit. Quin immo, in obitu cuiusvis canonici, quodcumque funeris emolumentum relaxât sacristia, cuius etiam impensa cera suppeditata, Missa *praesente cadavere* et septima die cantatur; quod privilegium tamquam compensatio existimatur persolutae semel dimidiae annatae.

Porro, quum in plenariis comitiis diei 12 decembris 1914 quaestio solvenda proposita esset sub hac rogandi formula: « An canonici ecclesiae cathe-« dralis Fossanen., de beneficio provisi per Apostolicas Bullas, eximantur ab « onere solvendi dimidiam annatam in casu », Eoli Patres, reformato dubio ut sequitur: «An canonici ecclesiae cathedralis Fossanen., de beneficio provisi « per Apostolicas Bullas, eximantur ab onere solvendi consuetam praestatio-« nem in casu », respondendum censuerunt: « Negative ». Quam resolutionem Ssñms Dnus noster Benedictus div. prov. Pp. XV approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

13 ianuarii 1915. — *Vicarius apostolicus de Loango in Oongo^jjallico, et episcopus titularis ecclesiae Obbensis,* R. P. Leo Girod, congregationis Sancti Spiritus et Immaculati Cordis B. M. V. alumnus.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA

DUBIA

A sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutio reverenter expostulata fuit; nimirum :

i. Si Festum Circumcisionis D. N. I. C. sit titulare alicuius Ecclesiae vel Instituti et recolendum sub ritu duplici primae classis cum octava, diebus % 3 et 4 ianuarii in quibus fit de die infra octavam cum secunda oratione de simplici; et die 7 ianuarii in qua agitur de secunda die infra octavam Epiphaniae cum commemoratione de octava Circumcisionis, quaenam erit tertia oratio dicenda in Missa?

II. Rituale Romanum, edit. typ., tit. IV, cap. II, ubi describitur ordo administrandi sacram communionem communicandis tam extra missam quam ante vel post ipsam, atque etiam intra Missam, ad n. 11 haec habet: « Sacerdos porrigit communicandis Eucharistiam incipiens a mini« stris altaris, si velint communicare ». Item in decreto n. 1074, *Galliarum*, 13 iulii 1658, in proposito dubio: « An in communione intra missam « prius ministrandum sit Ssmum Eucharistiae sacramentum ministro « missae inservienti quam monialibus vel ceteris ibidem praesentibus?» S. R. C. responderi mandavit: « In casu praedicto ministrum sacrificii « non ratione praeeminentiae, sed ministerii, praeferendum esse ceteris « quamvis dignioribus ».

Unde quaeritur: « An vox minister altaris vel sacrificii in his et « similibus documentis S. R. C. restringenda sit exclusive ad ministros « iam in ordinibus minoribus constitutos vel saltem tonsuratos, an « potius voce ministri intelligendi sint omnes quicumque seu laici seu « clerici qui missae inserviunt? ».

Et sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, enunciatis quaestionibus ita respondendum censuit:

Ad I. In casu, tertia oratio erit de Spiritu Sancto.

Ad II. Nomine ministri altaris vel sacrificii missae venit quilibet clericus vel laicus, missae ad altare inserviens, qui praeferendus est ceteris in distributione sacrae Synaxeos; cauto tamen, ut laico inservienti prae-

ferantur clerici, et clericis minoris ordinis alii in maiori ordine constituti, aut personae quae superiori polleant dignitate liturgice attendenda per se (uti regum) vel per accidens (uti sponsorum in missa pro benedicendis nuptiis).

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 30 ianuarii 1915.

SCIPIO CARD. TECCHI, S. R. C. *Pro-Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DECLARATIO

DE ABSOLUTIONE IMPERTIENDA MILITIBUS AD PRAELIUM VOCATIS

Proposito huic sacrae Poenitentiariae dubio:

« An liceat milites ad praelium vocatos, antequam ad sacram Com-
« munionem admittantur, absolvere generali formula, seu communi abso-
« lutione, sine praecedente confessione, quando tantus est eorum nume-
« rus, ut singuli audiri nequeant, doloris actu debite emisso ? » eadem sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis, benigne sic annuente sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV, respondendum esse censuit:

« Affirmative. Nihil vero obstare quominus sic absoluti in praefatis
« adiunctis ad sacram Eucharistiam suscipiendam admittantur. Ne omit-
« tant vero cappellani militum, data opportunitate, eos docere absolu-
« tionem sic impertiendam non esse profuturam, nisi rite dispositi fue-
« rint, iisdemque obligationem manere integram confessionem suo
« tempore peragendi, si periculum evaserint ».

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae in sacra Poenitentiaria, die 6 februarii 1915.

Carolus Perosi, *S.* P. *Regens.*
Iosephus Palica, *S. P. Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

I

LONDONEN.

DISMEMBRATIONIS

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno duodecimo, die 5 augusti 1914, BR. PP. DD. Iosephus Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de turno, in causa* Londonen. - Dismembrationis *inter* Lucianum A. Beaudoin *parochum B. M. Virginis* du Lac, *actorem repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, et advocatum* Angelum D'Alessandri, *uti adhaerentem fisco, interveniente et disceptante Promotore Iustitiae pro legis tutela, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Sacerdos Lucianus A. Beaudoin anno 1891 obtinuit quasi paroeciam seu missionem erectam usque ab anno 1884 in ecclesia B. M. Virgini *du Lac* dicata prope oppidum Walker ville nuncupatum, et multipliciter suum pastoralem zelum explicuit in vasto eius territorio sive scholis catholicis instituendis, sive ecclesiam paroecialem anno 1907 incendio absumptam reaedificando, sive alia pia opera perficiendo. Cum fidelium numerus de die in diem succresceret et praesertim cum intra paroeciae limites brevi mechanicae officinae vulgo *di acciaieria* et aliae id genus statuendae plures aliunde operarios essent advocaturae, rmus actualis antistes dioecesis Londonensis in Ontarii provincia Canadensi, Michael Fallón, de cura et propagatione catholicae religionis valde sollicitus, consilium inire coepit dividendi missionem seu paroeciam eo vel magis quia non pauci catholici praefati oppidi repetitis vicibus fundationem in ipso ecclesiae vel scholae expostulaverant.

Quare antistes Fallón, audito coetu praesbyterorum consultorum dioecesis, ob defectum capituli cathedralis in illis regionibus, eiusque obtento unanimi suffragio et omissa interpellatione parochi Beaudoin, quem missionis suae divisioni iam probe noverat contrarium, die 2 ianuarii 1912, sequens dismembrationis decretum edidit: « Un nombre de « requêts ont été reçues de la part des habitants de Walkerville, deman- « dant une nouvelle paroisse. L'utilité des fidèles et le bien de la reli-

« gion font qu'il est opportun maintenant de prendre une action deci-« sive. Donc le soussigné Evêque de London, par les présentes constitue « la municipalité de Walkerville en paroisse séparée et distincte sous le « titre et patronage de sainte Anne mère de la sainte Vierge Marie. Il « nomme comme pasteur de la paroisse de sainte Anne le rév. H. N. « Robert... et par les présentes lettres confère au rév. Robert les devoirs « et les droits du curé et le charge de l'organisation de la nouvelle « paroisse ».

Contra huiusmodi decretum, utpote laesivum suorum iurium, parochus Beaudoin appellationem interposuit apud Delegatum Apostolicum, qui uteris diei 18 ianuarii 1912 respondit rem subiiciendam esse iudicio S. Sedis: et apud Hanc proinde parochus opportuno recursu suas querelas detulit. Ssmus vero benigno rescripto diei 27 aprilis eiusdem anni dignatus est causae tractationem et resolutionem committere H. S. Tribunali Rotali, constito prius quod res esset iudiciali ritu absolvenda: quae praeiudicialis quaestio, auditis partibus, ab infrascriptis Auditoribus resoluta fuit turno diei 12 novembris anni praefati. Causa nunc, omnibus de iure absolutis, ventilanda proponitur in merito sub sequentibus dubiis de concordia partium concinnatis:

I. *An constet de legitima dismembratione in casu.*

II. *An et quomodo ecclesiae matrici eiusque rectori sit providendum.*

In iure. Pro iuridico conceptu efformando in praesenti quaestione Patres Domini adverterunt operae pretium esse nonnulla recolere et praemittere quae. respiciunt sive divisionem paroeciarum in genere seu quae verae sunt paroeciae, sive divisionem missionum quae potius ad instar paroeciarum sunt et quae proinde subditur specialibus dispositionibus. Quoad primum paroeciarum dismembratio regitur a cap. 3 *Ad audientiam, de eccles, aedificandis* ita innovato et firmato a Conc. Trid., sess. 21, cap. 4, *De ref.:* « In iis locis in quibus ob locorum distantiam «sive difficultatem parochiani'sine magno incommodo ad percipienda « sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, novas « paroecias, etiam invitis rectoribus, iuxta formam Const. Alexandri III *« Ad audientiam,* constituere possint (episcopi). Illis autem sacerdotibus, « qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis praeficiendo competens assi-« gnetur portio arbitrio episcopi ex fructibus ad ecclesiam matricem « quomodocumque pertinentibus, et, si necesse fuerit, compellere possit « populum ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum susten-« tandam ». Unde in primis ad dismembrationem requiritur legitima causa, quae iuxta citatum textum consistit vel in distantia locorum vel

difficultate itineris ad percipienda sacramenta. Sed hodie aliae dantur causae et non statur amplius strictae et absolutae necessitati ex mutatis populorum moribus et auctis periculis depravationis, sed maxime attenditur specialis fidelium utilitas. Cfr. causas *Bobien.* diei 4 martii 1911 et *Sedunen.* diei 2 aprilis 1912 agitatas et solutas in H. S. Tribunali Rotali {*Acta Apost. Sedis,* vol. 3, p. 202, vol. 4, p. 450).

Ulterius requiritur (ut ex relata *Sedunen.* I. c. § *Citatio)* consensus capituli cathedralis et citatio et auditio rectoris ecclesiae seu paroeciae dismembrandae et aliorum quorum interest: sed prima solemnitas est de substantia actus sub poena nullitatis, non ita vero secunda, quae omitti potest quando adest legitima dismembrationis causa, et rector vel alii interesse habentes ^rationabiliter sese eidem opponunt. Tertio constare debet de congruae constitutione pro novo parocho et de assignatione finium noviter erectae paroeciae. Tandem iterum notandum et sedulo expendendum novum criterium recentiori aevo inductum circa dismembrationem paroeciarum quod in alias relata *Sedunen.* ita enunciatur: « Hodiedum dismembrationem facilius admitti et non amplius « considerari ut olim tamquam remedium extremum, ad quod recurren- « dum non est, quoties curae animarum v. g. per vicarium provideri « possit. Ratio huius mitioris praxis est, quia hodie depravati mores « incautae iuventutis, massonicae sectae quae veluti lupi rapaces fu- « runt ut Christi gregem dévorent, nisi necessitatem absolutam, saltem « utilitatem portendunt evidentem multiplicandi pastores. Intra populi « pastores autem veros parochos esse praeferendus vicariis nemo est « qui non videat »; conferri etiam potest adducta *Bobien.* 1. c. § *Hanc benigniorem.*

Hucusque prolata Tridentina lex eiusque applicatio congruit quando agitur de dismembrandis veris paroeciis. Sed alia via proceditur quando res est de dividendis missionibus, quae non sunt verae paroeciae sed habentur ad instar seu quasi paroeciae. Pro his viget ius particulare inductum a Constitutione Pontificia *Bomanos Pontifices* data anno 1887, quae fuit decreto S. Congregationis Concilii sub die 14 martii 1911 extensa ad universas Canadensis dominii provincias, in quo sita est dioecesis Londonensis. Hac Constitutione sequentia caventur: « Ad divi- « sionem missionis simplicis ea iuris solemnia transferenda non sunt, « quae super dismembratione paroeciarum fuerunt constituta: eo vel « magis, quod propter missionum indolem et peculiares circumstantias « numero plures ac leviores causae occurrere possunt, quae istarum « divisionem suadeant, quam quae iure definitae sunt, ut paroeciarum « fit divisio. Neve quis urgeat similitudinem, quam utraeque inter se

« habent: cum enim obligatio solemnia iuris peragendi libertatem agendi « coerceat, ad similes causas non est protrahenda. Silentibus itaque « super hac re generalibus ecclesiae legibus, necesse est ut concilii « provincialis Westmonasteriensis valeat auctoritas, cuius hoc est decre- « tum: " Non obstante rectoris missionarii deputatione, licebit episcopo « de consilio capituli, intra limites missionis cui praeponitur, novas eccle- « sias condere ac portionem districtus eis attribuere, si necessitas aut « utilitas populi fidelis id requirat,,». Deinde Constitutio ita concludit: « bicere episcopis missiones dividere servata forma S. Conc. Trid. quoad « missiones quae sunt vere et proprie dictae paroeciae: quoad reliquas « vero ad formam synodi I provincialis Westmonasteriensis. Quo melius « autem missioni, quae dividenda sit, eiusque ministris prospiciatur, volu- « mus ac praecipimus, ut sententia quoque rectoris exquiratur, quod « iam accepimus laudabiliter esse in more positum ».

Ex allegato textu facile apparet quantum adsit discrimen inter divisionem verae paroeciae et simplicis missionis nedum quoad modum eam perficiendi sed etiam quoad causas. Dum enim in verae paroeciae dismembratione iuxta Concilium Trid. causae canonicae taxative designatae sunt, quamvis ab earum rigore, ut superius visum fuit, ultimis temporibus sit recessum, tamen aliter est incedendum quando negotium est de causis ad divisionem simplicis missionis necessariis, quae numerosiores et levioris momenti esse possunt, quod ceteroquin ipse parochus Beaudoin suo recursu admittit: « Ad causas quod attinet, non « requiruntur illae causae, quae in decretali *Ad audientiam* et in cap. IV. « Sess. 21. Conc. Trid. *De Beform,* exponuntur ». Secundo in praeallegato textu sermo fit de praeventiva exquisitione sententiae rectoris: hanc exquisitionem esse necessariam de praecepto nemo inficias ibit. At nullimode est de substantia actus seu praescribitur sub poena nullitatis, tum quia asseritur necessaria non ad esse sed ad melius esse, tum quia neque ea substantialis est iuxta citatam. *Sedunen.* quando ad dismembrarlas veras paroecias proceditur. Quare ex iustis motivis omitti potest interpellatio rectoris missionis dividendae, quin tamen actus divisionis seu dismembrationis missionis de nullitate carpi possit.

Tertia demum differentia est quoad dotem: in dismembratione verae paroeciae constare debet de certa et determinata congrua favore novi parochi, at in divisione simplicis missionis alia res est. Harum rectores substentahtur a spontaneis fidelium oblationibus, inde exsulat beneficii conceptus et reditus determinati assignari nequeunt. Hinc congrua est natura sua fluctuans et incerta, cum ea pendeat a maiori vel minori fidelium subsidio.

In facto. Hisce praemissis principiis, nunc relate ad primum dubium inspiciendum est, utrum peracta -dismembratio in casu dici possit legitima tum quoad formam tum quoad causas. Utrumque negat defensor sacerdotis Beaudoin sed iniuria. Nam primo, coetus consultorum dioecesis in facienda dismembratione fuit auditus, uti ex opportuno constat documento: neque haec auditio irregularis censeri debet, prouti contendit idem defensor, eo quia praecedens non adfuit tractatus aut processus super necessitate vel utilitate divisionis: nam consultores, ut ex contextu allegati documenti seu verbalis sessionis diei 19 decembris 1911, optime fuerunt informati de statu quaestionis propositae a duobus ex iisdem nempe Brady et decano Mac Gee: « Fu dimostrato che Walkerville è una « municipalità separata con una popolazione di circa 4000 abitanti, avendo « una sezione di scuola cattolica e stimata, in vista di molte domande « fatte al vescovo per erigere, una parrocchia e per la convenienza dei « fedeli e per il bene della religione, questa risoluzione fu messa a voti « ed unanimemente accettata ». Advocatus defensor recurrentis ad hanc deliberationem impugnandam confugit ad auctoritatem canonistae Leurenii, requirentis in dismembrationibus paroeciarum praevium processum, qui in casu defuit. Sed perperam, quandoque allegata auctoritas sese refert ad dismembrationes faciendas iuxta formam Tridentinam, et insuper non erat necessaria ex informationibus aliunde haustis.

Nec item ex adverso utiliter invocatur defectus solemnitatis, nempe non facta auditio rectoris missionis dismembrandam De hac solemnitate superius disceptatum fuit et conclusum eam non pertinere ad substantiam actus, praesertim ex iure speciali inducto quando agitur de simplici missione dividenda, et, in casu, eo vel magis hoc principium est applicandum, quia auditio sacerdotis Beaudoin nedum erat frustranea ob alias ab eo patefactum dissensum, sed etiam damnosa bono fidelium, uti episcopus Londonensis sequentibus testatur verbis : « Per quasi due « anni il sacerdote Beaudoin ha fatto del tutto per intrigare ed impedire « l'opera del suo vescovo, e nella sua parrocchia ed in altre parti della « diocesi di London. Avendo appreso che i fedeli di Walkerville ave- « vano domandato al vescovo il permesso di costruire una chiesa o « cappella nel loro distretto, egli apertamente espresse la sua opposi- « zione e dichiarò che la nuova chiesa non sarebbe mai costruita. Egli « andò di casa in casa sforzandosi di eccitare i fedeli e svisando i motivi « di coloro che erano per domandare maggiore efficace protezione contro « la loro fede ». Hisce rationibus episcopus et aliam addit, nempe sac. Beaudoin non fuisse interpellatum, ne probabilis ab eo pararetur obex definitivae acquisitioni nonnullorum fundorum pro nova paroecia,

super quibus iam a mense decembri 1911 ius optionis obtinuerat. Haec itaque expendentes Patres Domini retinuerunt factam dismembrationem, quoad formam, impeti non posse de nullitate.

Sed maior in praesenti controversia concertatio versatur circa exsistentiam causarum pro decernenda dismembratione; quam exsistentiam promotor iustitiae una cum curiae patrono ei adhaerente admittit et defendit, dum e contra defensor sac. Beaudoin eam acriter negat. Advertendum ex ipsa Constitutione applicante in subiecta materia dispositionem concilii prov. Westmonasteriensis I has causas reduci ad necessitatem et utilitatem fidelium « licebit episcopo... novas ecclesias condere « ac portionem districtus iis attribuere, si necessitas aut utilitas populi « fidelis id requirat ».

Sed in primis iterum recoli oportet hanc utilitatem vel necessitatem non esse expendendam eodem modulo quo fit, quando veri nominis paroeciae dividuntur, uti patet ex spiritu et tenore ipsius Constitutionis speciale ius pro missionibus regulandis efformantis. Hinc ea quae defensor parochi oggerit in suo facti et iuris restrictu N. 10, 11. et seqq. de distantia locorum, asperitate viarum, ad praesentem casum inopportune allegantur, cum potius respiciant dismembrationes faciendas iuxta Tridentinam legem. Secundo iudices de exsistentia causarum pro facienda divisione missionum sunt episcopi quos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei seu dioeceses eis commissas et non rector missionis dismembrandae et multo minus fideles seu paroeciani: hoc item ex contextu Constitutionis supra allatae evidenter liquet, quae idcirco derogatum voluit iuris communis solemniis, retenta tantum auditione capituli cathedralis vel, hoc deficiente, coetus presbyterorum dioecesis. Ea vero quae defensor parochi disputât de episcopi nationalismo seu de praeferentia pro anglicam linguam loquentibus, in nullo pretio habenda esse censuerunt Patres Domini, cum ipse episcopus urgeat in clero cognitionem linguae gallicae, ut ex novissima eius relatione constat: « Io ho anche « emanata la legge che non promuoverò nessun soggetto di questa dio- « cesi al suddiaconato, se non sia capace di udire le confessioni in fran- « cese e fare almeno una piccola istruzione nella stessa lingua ». Eodem pariter calculo ducendas esse rati sunt protestationes nonnullorum parochianorum contra decretam divisionem, utpote originem probabilem trahentes a dissensu et resistentia parochi contra suum episcopum.

Ex alia parte quod in casu plures et graves causae exstent pro sancienda facta divisione missionis S. Mariae *du Lac,* extra dubitationis aleam est positum. Prima causa sunt, tum iteratae preces Catholicorum incolarum oppidi Walkervilie novam paroeciam expetendum ab Ordi-

nario, tum sectio catholicae scholae, S. Eduardi nuncupatae, bene et utiliter in eodem oppido fungentis, quae religionis catholicae propagationem inter protestantes, maiorem communitatis partem constituentes, promovere potest. Unde novae paroeciae erectio opportuna et profìcua recognita fuit tum a coetu consultorum, tum ab episcopo, qui ita rem exponit: « La nuova parrocchia di Walkerville, fu fondata solamente dopo « le iterate domande della popolazione che la riguarda. La loro buona « volontà e generosità è troppo rara affinchè non vi si debba opporre. La « nuova parrocchia di Walkerville fu fondata dall'Ordinario della diocesi « di London soltanto dopo matura riflessione e con il consenso una- « nime dei consultori. Questo atto fu eseguito per il desiderio di pro- « teggere la fede dei cattolici e di estendere l'influenza della religione ». Neque obiiciatur hanc fidelium Walkervillensium circa fidem protectionem parili ratione obtineri potuisse per simplicis capeilae erectionem et vicarii deputationem : unusquisque enim probe noscit, quantum vicarii opera ab illa proprii pastoris discrepet.

Altera ratio ad legitimandam factam divisionem est populi de die in diem augmentum in urbe Walkerville eiusque districtu, et proxima erectio plurium officinarum in eius vicinia, pro mecanicis in ferro et calybo structuris: id resultat nedum ex publicatione ephemeridum localium sed etiam ex pianta topographica exhibita novae et veteris paroeciae: haec opificia cum plures alienígenas operarios essent arcessura, factum est ut, post decretam divisionem missionis, in veteri parochia etiam novum oppidum ab auctoritate civili sit statutum seu municipium Ford (Ford City). Bonum itaque religionis et prudentia expostulabant, ut spiritualibus necessitatibus aucti populi opportuno tempore esset provisum, ne secus periculo perversionis praesertim operarii catholici essent expositi. Quare nedum episcopus, sed etiam duo rectores missionum finitimarum S. Alfonsi et Immaculatae Conceptionis, quae minus extensum territorium habent ac missio contermina B. M. V. *du Lac*, solliciti fuerunt de divisione peragenda, ut idem refert episcopus: « Posso aggiungere, che nello scorso mese di novembre 1912, a cagione « dell'aumento della popolazione in quel distretto i pastori delle due «parrocchie adiacenti a Sant'Anna Walkerville, e nostra Signora del «Lago, Sandwich East, mi hanno sottomesso la convenienza di dividere « le loro rispettive parrocchie di S. Alfonso ed Immacolata Concezione « e costruire nuove chiese per l'utilità della popolazione. In nessuna « di queste due parrocchie il territorio è così esteso come nella par- « rocchia alla cui divisione il rev. Beaudoin si oppone ».

Eoque magis facta divisio est rata habenda quia catholica episco-

palis corporatio iam fundum emit, soluto pretio, a quadam societate pro erectione novae ecclesiae et pro domo novi parochi, neque a contractu amplius recedere licet, ut idem episcopus observat: « Alcune pratiche « furono fatte che ora non possono essere revocate, cioè il terreno è « stato comprato, i progetti furono estesi ed i contratti firmati per la « nuova chiesa ». Ceterum ipse recurrens ßeaudoin facto et scriptis decretam suae missionis divisionem recognovit, eamdemque die 7 ianuarii 1912 e suggestu populo annuntiavit: quin imo apud Congregationem Consistorialem oblatus est libellus a nonnullis catholicis e comitatu *d'Essez* in quo adest nova missio S. Annae et aliae conterminae uti S. Alphonsi et Immaculatae Conceptionis: in eo libello petebatur: « Que « pour parer aux nécessités les plus pressantes une dizaine de prêtres « de langue et d'origine française soient admis immédiatement dans le « diocèse de London ou pour fonder de nouvelles paroisses ou pour « aider les curés Canadiens-Français, ou pour desservir leur compatrio- « tes dans les paroisses mixtes où ils vivent avec les catholiques d'autre « origine ». Non itaque dici potest episcopum Fallón ductum fuisse ad novam erigendam paroeciam a spiritu nationalismi prout ex adverso praetenditur, sed ex vera necessitate pro bono animarum et incremento religionis.

Neque id argui fas est ex facto quod episcopus novae missioni praefecerit non sacerdotem gallum sed potius anglum nempe sacerdotem Robert, nam ipse timens quod nonnulli fideles adhuc mallent ad veterem paroeciam accedere pro ministeriis paroecialibus accipiendis, per epistolam monuit praefatum rectorem ut hanc licentiam daret: « Il est bien « possible que pour une raison ou pour une autre, quelques catholiques « vivants dans les limites de la paroisse de Walkerville, désirent garder « leur affiliation à l'église de Notre-Dame du Lac, et faire là leurs « devoirs religieux: je suis sûr que vous ne trouverez pas difficulté de « vous en tenir loyalement à cette direction ». Verum, concessa ab episcopo Fallón facultas, quamvis eum purgat ab impacta nationalismi accusatione, a Patribus Dominis admitti et sanciri non potuit, utpote reprobata in cap. 13, sess. 24. Conc. Tridentini, iubentis unamquamque paroeciam suum determinatum territorium et-peculiarem pastorem habere. Inibi: « In iis civitatibus ac locis, ubi parochiales ecclesiae certos non habent « fines, nec earum rectores proprium populum quem regant sed pro- « miscue sacramenta administrant, mandat S. Synodus episcopis, pro «tutiore animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in « certas propriasque paroecias, unicuique suum perpetuum peculia- « remque parochum assignent, qui eas cognoscere valeat et a quo licite

« sacramenta suscipiant, aut alias utiliori modo, prout qualitas loci « exiget, provideat ». In citata saepius causa *Sedunen.* eadem libertas seu facultas ab episcopo concessa fuerat incolis pagi *Biedermatten* decreto diei 18 martii 1809 ad vitandas discordias: sed observatum fuit non posse cumulari iurisdictionem duorum parochorum in idem territorium, quia fines paroeciales debent esse certi et determinati. Unde inducta ab episcopo licentia et libertas fuit revocata et reiecta, salva tamen erectione novae paroeciae cum designatis limitibus.

Altera quaestio contenta secundo dubio respicit indemnitatem ecclesiae matricis eiusque rectoris ex facta dismembratione. Damna vero in casu derivantur ex diminutione reditus seu oblationum illorum qui ad novam paroeciam transierunt: et hinc impotentia illius ad dimittendum aes alienum contractum sive pro readificatione ecclesiae sive pro constructione scholae S. Eduardi, quae ex facta dismembratione pertinet ad novam erectam paroeciam. Ad amovendam hanc in praxi aliquantisper implexam difficultatem Patres Domini prae oculis sequentia habuerunt principia. In primis adverterunt quod paroeciae dismembratio ex se ipsa aliquod damnum semper importat ecclesiae veteri seu matrici: sed discrimen est inter veras parochias, et ad instar seu missiones. In illis rectori matricis semper remanere debet sufficiens congrua pro eiusdem substentatione, in his rector alitur ex fidelium oblationibus, quae natura sua sunt variabiles.

Secundo in onerum reparatione inter veterem et novam parochiam hoc aequitatis principium recipiendum esse duxerunt, quod ea distribuantur iuxta relativum commodum: oneri enim par esse debet commodum seu utilitas ut ipsa aequitas naturalis suadet, leg. *secundum naturam* ff. *de reg. Iur.* et cap. *qui sentit* eod. tit. in 6. card. Mantica *de tac. et ambig. convent.:* lib. % tit. 4, n. 82: ex invocata regula affirmativa nempe « qui sentit commodum etiam onus sentire debet » sequitur etiam inversa regula negativa, quod qui non sentit commodum, neque onus sentire debet, ut explicat Reiffenstuel in declaratione citatae regulae 55 in 6. -

Hoc statuto criterio, nunc expendendum est, quotum sit aes alienum quod gravat ecclesiam matricem B. M. V. *du Lac* in veteri paroecia, et quotum illud quod afficit scholam S. Eduardi, quae ex facta dismembratione adiudicata fuit novae paroeciae S. Annae erectae in oppido Walkerville. iam vero in summ, novissimo pro parocho, n. 1, haec habentur. « Nous... avons examiné consciencieusement, quelles étaient les « dettes de l'église de Notre-Dame du Lac (seu duos dies ante editum « dismembrationis decretum) et avons constaté, que la dette était de

«dollars (seutatis) 27,477.42, dont 17,409 en argent emprunté de par-« ticuliers sur billets promissoires de la corporation episcopale » : et cum hoc onus gravet ecclesiam parochialem matricis, quae est in commodum huius fidelium, hi ad ipsum reluendum et non alii obligantur. Ex alia parte debitum scholae S. Eduardi, ut ex cit. sum. n. 3, ascendit ad scutarorum 6350, et hoc gravabit novam paroeciam in cuius utilitatem vergit enunciata schola. Verum cum paroecia S. Mariae *du Lac* nonnullas expensas fecerit pro dicta schola et fructus dicti debiti persolvent uti ex cit. docum. n. 3, post factam paroeciae divisionem has iure merito cum factis expensis nunc pro medietate repetet parochus in summa dollar. 273,65. Quoad aes collatitium promissum pro reaedificatione ecclesiae matricis a fidelibus nunc ad novam paroeciam pertinentibus, et adhuc insolutum in residuali summa dollar. 510,31 iuxta doc. n. 11, in citat, summar., hoc afflciet corporationem episcopalem. Cum enim ipsi iam in parte pecuniam promissam veteri paroeciae contulerint, aequum non est ut post factam divisionem duplici contributione graventur seu erga novam et veterem paroeciam. Unde episcopus haec ait: «I parroc« chiani della nuova parrocchia hanno pagato la loro quota per provve-« d ere la chiesa matrice. La chiesa matrice ha una chiesa, una casa « parrocchiale, un convento, due scuole cattoliche. La nuova parrocchia « solamente una scuola cattolica, eccetto ciò che è stato acquistato fin « dalla divisione, e di ciò i parrocchiani della nuova chiesa debbono « pagare ».

Hinc Patres Dñi excipere non potuerunt querelas parochi Beaudoin prout ab ipso proponebantur, de nimia nempe diminutione redituum et de impossibilitate persolvendi aes alienum ecclesiae matricis ex facta divisione, ita ut ea sit revocanda. Hanc revocationem non probarunt, cum constet de legitimis dismembrationis causis, eaque rite fuerit peracta: potius statuerunt repartitionem aeris alieni inter veterem et novam paroeciam. Quoad vero indemnitatem ex imminutione redituum, observarunt quod si hi sunt imminuti etiam onera decreverunt et praesertim illud manutenendi scholam S. Eduardi, nec reditus reductio est talis, ut parochus Beaudoin ad egestatem redigatur, cum quinta vel ad summum quarta pars fidelium accesserit a matrice ad novam paroeciam, et populus utriusque paroeciae de die in diem augeatur per accessionem novarum familiarum catholicarum, uti ex attestationibus liquet relatis in summario additionali pro parocho: aliunde iterum est insinuandum quod in casu non agitur de vera paroecia, sed de simplici missione in qua ordinanda non adest obligatio servandi iuris solemnia, ut cavet supra relata Constitutio *Romanos Pontifices.*

Quibus omnibus in facto et in iure perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus *Constare de legitima, dismembratione et locum esse indemnitati secundum tamen limites supra expositos,* seu propositis dubiis respondemus: Ad I *affirmative.* Ad II *affirmative iuxta modum prout in sententia :* statuentes praeterea expensas inter partes esse compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Beform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sunt.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 5 augusti 1914.

Ioseph Mori, *Ponens.*

Fridericus Cattani.

Antonius Perathoner.

L. © S.

Ex Cancellaria, 21 augusti 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

Citatio edictalis

FLORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (MARCHIO-BINI)

Cum constet ex inquisitione in archiepiscopali curia Florentina peracta virum conventum Iosephum Marchiò reperiri non posse, infrascriptus S. R. Rotae Auditor, Ponens in hac causa, per praesens edictum, praefatum Iosephum Marchiò peremptorie citat ad comparendum sive per se, sive per procuratorem, in sede Tribunalis die 29 mensis martii, hora 11 cum dimidio, ad effectum ut subscribatur infrascriptum dubium necnon dies destinetur quo habebitur Turnus Rotalis pro causae de qua supra definitione; ulterius declarando, si non compareat, processum continuatum et terminatum iri in eius contumacia.

DUBIUM

An constet de matrimonii nullitate in casu?

Ordinarii locorum et quicumque fideles quibus notitia est de loco commorationis praefati Dñi Iosephi Marchiò curare debent, quatenus fieri possit, ut de hac citatione edictali moneatur.

Datum Romae, die 1 februarii 1915.

F. Heiner, *Ponens.*

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par ***Edit***

FLORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (MARCHIÒ-BINI)

Gomme il résulte de plusieurs enquêtes faites dans la curie archiépiscopale de Florence, que le mari défendeur, Joseph Marchio, ne peut être trouvé, l'Auditeur de Rote soussigné, Ponent en cette cause, cite péremptoirement, par le présent édit, le même Joseph Marchio à comparaître personnellement ou par procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine le 29 mars prochain, à onze heures et demie, pour vouloir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote, déclarant en outre que, s'il ne comparaît pas, le procès canonique sera continué et terminé en sa contumace.

DOUTE

*Conste-**t**-il de la nullité de mariage dans le cas présent?*

Les Ordinaires des lieux et les, fidèles qui auraient connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Ioseph Marchio, doivent faire en sorte, dans la mesure du possible, qu'il soit averti de la présente citation.

Donné à Rome, le 1er février 1915.

F. Heiner, *Ponens.*

Ex Cancellaria, 1 februarii 1915.

L. j$f S.

T. Tani,

Notarius *S, R. Rotae,*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD IACOBUM CARD. GIBBONS, ARCHIEPISCOPUM BALTIMORBNSEM, AD IOANNEM M. CARD. FARLEY, NEO-EBORACENSEM ARCHIEPISCOPUM, AD GULIELMUM CARD. O' CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, ET AD LUDOVICUM N. CARD. BEG-IN,- QUEBECENSEM ARCHIEPISCOPUM, DE TUENDO AC PROMOVENDO OPERE A SANCTA IESU INFANTIA NUNCUPATO.

Emo e Revmo Sig. Mio Ossmo,

Monsignor de Teil, direttore generale dell'Opera della santa Infanzia, e Monsignor Tiberghien, di ritorno dagli Stati Uniti d'America e dal Canada, hanno riferito al Santo Padre che l'Eminenza Vostra e molti Vescovi Americani, ai quali essi hanno fatto visita nel recente loro viaggio, si sono mostrati sommamente propensi a favorire del loro efficace patrocinio l'Opera suddetta, in sommo grado benemerita dei fanciulli e dei giovanetti avvolti tuttora nelle tenebre del paganesimo.

L'apprendere tale notizia è stato di grande conforto per Sua Santità, la Quale, continuando alla pia Istituzione quella paterna benevolenza di cui le fu largo il Suo immediato Predecessore di santa memoria, non ha omesso di manifestare il Suo vivo e formale desiderio che l'Associazione delia santa Infanzia si stabilisca in tutte le scuole ed in tutti i collegi degli Stati Uniti e del Canada, ravvisando tale Istituzione non soltanto giovevolissima per aiutare i Missionari a far conoscere Nostro Signore a tanti milioni di fanciulli e giovanetti pagani, ma anche utilissima per la sana e morale educazione della gioventù cattolica.

Non potrebbe, tuttavia, un'Opera così vantaggiosa esercitare la sua salutare azione senza l'aiuto dei buoni; e poiché le attuali gravissime condizioni europee hanno fatto inaridire quella fonte di sussidi che prima scaturiva anche dalia carità dei cattolici d'Europa, l'Opera della santa Infanzia oggi più che mai sente la necessità che l'America continui a mostrare, come per il passato, la sua larghezza e generosità verso di essa, e che inoltre voglia supplire caritatevolmente alla mancanza delle consuete risorse europee.

L'augusto Pontefice nutre fiducia che il valido e prezioso appoggio dell'Eminenza Vostra e dei Vescovi sarà assecondato non solo dal clero

e dai cattolici, ma anche, e soprattutto, dai maestri e dalle maestre, nel cui zelo e nella cui cristiana carità Egli molto confida.

Ed affinchè il Suo desiderio sia coronato di felice e consolante successo, T augusto Pontefice invoca su tutti l'abbondanza dei celesti aiuti, impartendo all'Eminenza Vostra, ai Vescovi, al clero e ai fedeli delle rispettive diocesi, nonché ai maestri, alle maestre ed a tutti coloro che coopereranno a vantaggio dell'Opera delia santa Infanzia, una speciale apostolica benedizione.

Tornami, poi, vivamente gradito il potermi valere della presente occasione per baciarle umilissimamente le mani e raffermarmi con sensi di profonda venerazione

dell'Eminenza Vostra

umo devmo obbmo servitor vero

P. CARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

26 gennaio 1915. — L'Emo signor cardinale Aidano Gasquet, *Protettore dell'Istituto delle Sacramentine di Maria Ausiliatrice.*

30 gennaio. — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Pro lettore delle Dames de sainte Julienne, Apostolmes du très saint Sacrement, di Bruxelles.*

3 febbraio. — L' Emo sig. cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Compagnia di santa Teresa di Gesù.*

— L'Emo signor cardinale Aidano Gasquet, *Protettore dell'Istituto delle Suore fedeli Compagne di Gesù.*

— Il revñlo signor Carlo Fontaine, superiore della Casa internazionale della Missióne in Roma, *Consultore della sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

26 gennaio 1915. — Mons. Raffaele Leonetti, pro vicario generale delia diocesi di Andria.

— Mons. Pietro Maria Berrios, vicario generale della diocesi di Porto Rico.

Prelati Domestici di S. S.:

11 gennaio 1915. — Mons. Oronzo Madaro, vicario generale dell'archidiocesi di Taranto.

13 gennaio. — Mons. Gianluigi Barge, canonico della cattedrale di Como.

17 gennaio. — I monsignori: Stefano Walsh, vicario generale; Martino Ryan, Francesco Keane, Ermanno Giuseppe Goebel, Giovanni Gorzynsky, Andrea A. Lambing, Cornelio A. Me. Dermott e Guglielmo Cunningham, tutti della diocesi di Pittsburg.

21 gennaio. — Mons. Giacomo Maria de Amicis, canonico della Metropolitana di Genova.

— Mons. Patrizio Me. Alpine, vicario generale dell'archidiocesi di Tuam.

23 gennaio. — Mons. Marco Vattasso, scrittore della Biblioteca apostolica Vaticana.

29 gennaio. — Mons. prof. Cristiano Berrenrath, preside del seminario maggiore di Colonia.

— Mons. Winando Blank, canonico della Metropolitana della stessa città.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

8 gennaio 1915. — Al sig. dott. Gastone da Cunha, già inviato straordinario e ministro plenipotenziario del Brasile presso la S. Sede.

» La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 gennaio 1915. —- Al sig. Tommaso Hughes, membro del senato Australiano.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

17 gennaio 1915. — Al sig. don Luigi Quer Boule, già addetto all'Ambasciata di Spagna presso la S. Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 gennaio 1915. — Al sig. Anatolio Bucquet, capo dell'ordine degli avvocati di Lavai.

19 gennaio 1915. — Al sig. Ferdinando Lamy de la Chapelle, presidente del circolo cattolico della stessa città.

20 gennaio. — Al sig. Ferdinando Federici, cassiere dell'amministrazione dei beni della S. Sede.

Il Cavalierato dell Ordine di S. Silvestro Papa:

24 gennaio 1915. — Al sig. architetto Raffaele Esteve y Fernandez, dell'archidiocesi di Siviglia.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Cameriere Segreto soprannumerario di S. S. :

31 ottobre 1914. — Mons. Giuseppe Pompili, del patriarcato di Costantinopoli.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

15 settembre 1914. — Mons. Giovanni Thunnisen, della diocesi di Harlem.

30 settembre. — Mons. Ignazio Dubowsky, della diocesi di Zytomir.

31 ottobre. — Mons. Rocco Collaro, del patriarcato di Costantinopoli.

7 novembre. — Mons. Antonio Bertaccini, della diocesi di Forlì.

— Mons. Attilio Pizzi, della diocesi di Padova.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

24 settembre 1914. — 11 sig. conte Cagiano de Azevedo, di Roma.

30 settembre. — Il sig. conte Ignazio de Bylandt.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

30 settembre 1914. — Il sig. Ferdinando Rondolino, dell'archidiocesi di Torino.

NECROLOGIO

22 gennaio 1915. — Mons. Tommaso Burke, vescovo di Albany, negli Stati Uniti di America.

7 febbraio. — L'Emo signor cardinale Scipione Tecchi, Pro-Prefetto della sacra Congregazione dei Riti.

Annus VII - Vol. VII Die 27 Februarii 1915 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

I

AD HEGTOREM IRENAEUM CARDINALEM SEVIN, ARCHIEPISCOPUM LU6DUNENSEM, QUEM FOEDERIS SACERDOTALIS « PRO PONTIFICE ET ECCLESIA » MODERATOREM CREAT.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cardinalis Francisci Dubillard, archiepiscopi Camberiensis, equidem dolenter tulimus nuper obitum. Cognita enim Nobis erant eius dilecti Filii Nostri in hanc Apostolicam Sedem promerita, illud in primis, quod *Foederis sacerdotalis pro Pontifice et Ecclesia* cum auspex, tum perdiligens moderator fuerat. Nam institutum huiusmodi, ut Pio X sanctae memoriae decessor! Nostro, ita Nobis videtur praeclarae esse opportunitatis: ob eamque causam Nobis, non minus atque illi, acceptum est et earum- Nunc autem laetamur quod te reperimus apprime dignum, qui desideratissimo viro in nac salutari consociatione moderanda succédas; te, inquimus, dilecte Fili Noster, quem studii prudentiaeque plenum novimus ac Vicario Iesu Christi, si quem alium, deditissimum, Quare gubernationem tibi Foederis huius mandamus perlibenter; idque muneris fore ut et volenti animo, gratificandi Nobis causa, recipias, et ex tua singulari fide diligentiaque geras, pro certo habemus. — Ad sacerdotes autem foederatos quod attinet, occasionem capimus Nostrae in eos peculiaris benevolentiae declarandae; et quoniam a Nobis quotannis aliquam, temporibus accommodatam, vocem hortationis expetunt, eos hortamur, ut Rom ani. Pontificatus saluberrimam et multiplicem in re

sociali operam illustrare contendant. Etenim si vulgo fieret perspicuum Romanos Pontifices optime et multimodis de hominum societate semper esse méritos et mereri, non solum ut traditae divinitus veritatis magistros, et ad sempiternam vitam duces, itemque christianae beneficentiae ad miserias omne genus leniendas auctores, sed etiam ut doctrinarum, ut artium, ut omnium quaecumque sunt honesta pulcra utilia, fautores maximos, profecto non pauci, tamquam revelata oculorum acie quae adhuc obducta est, cernèrent quam iniustum quamque insipiens sit Apostolicae Sedi diffidere eiusque consiliis ac coeptis obstare. — Divinorum munerum auspicem Nostrique paterni animi testem, tibi, dilecte Fili Noster, ac sacerdotibus ex: hoc Foedere universis apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xx ianuarii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD PETRUM CARD. GASPARRI, A SECRETIS STATUS, PUEROS QUOS RECENS APRUTINUS TERRAEMOTUS ORPHANOS REDDIDIT, COMMENDANS.

Signor Cardinale,

Sui Nostro cuore di Padre, lacero già dalla crudeltà di uno spettacolo che l'umana storia mai non conobbe, il terremoto del 13 corr. ha aperta un'altra ferita, sanguinante di non meno vivo dolore.

Mentre sotto il colpo della raccapricciante sciagura adoriamo i disegni della divina Provvidenza, Noi ravvisiamo Nostro ufficio di dedicare senza indugio a sollievo delle sventurate e care popolazioni, rimaste superstiti dal tremendo flagello, tutte le cure di Padre e di Pastore, che ci saranno consentite dalle strettezze della Sede Apostolica.

Evvi, tuttavia, fra i superstiti una schiera, che reclama illimitata l'affettuosa Nostra sollecitudine, vogliam dire i miseri orfanelli.

Dinanzi a questi infelici, Noi, signor Cardinale, sentiamo, più ancora che per ogni altro, le viscere della paternità che Gesù Cristo Ci ha data.

E perciò che, confidando nel saggio ed alacre zelo del quale Ella in pochi mesi Ci ha porto prove cospicue, e nutrendo fiducia che l'opera sua, nonché essere ostacolata, troverà da ogni parte favore, Noi abbiamo deliberato di conferire a Lei pieno mandato in ordine alla ricerca, alla

cura ed alla educazione dei menzionati orfanelli, autorizzandola a prendere all'uopo tutti quei provvedimenti che saranno necessarii. E Gi è grato sperare che non invano Ella si adoprerà nel nome del Vicario di Cristo, sia per asciugare queste amarissime fra tutte le lacrime, sia per formare tanti infelici alla vita religiosa e civile, alla quale la sventura li ha anche meglio preparati.

Conforto nei non lievi sacrifìci onde l'ardua impresa le sarà apportatrice, sia a Lei, signor Cardinale, l'apostolica benedizione che, auspice delle grazie celesti, di gran cuore Le impartiamo.

Dal Vaticano, il 25 gennaio 1915.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. D. EDUARDUM LIKOWSKI, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANIENSEM, DE MISERIS POLONIAE CONDITIONIBUS BELLO PARTIS. ,

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Opinionem quam habebamus eximiae pietatis observantiaeque tuae erga Romanum Pontificem, quae nuper a te redditae sunt litterae probe confirmarunt. Officiosos igitur devotionis tuae sensus libenti Nos quidem animo accepimus de iisque plurimas tibi gratias persolvimus. Quae autem de miseris Poloniae rebus praefatis litteris Nobis retulisti, talia ea quidem sunt, ut quamvis iam essent aliunde Nobis perspecta, haud mediocri tamen tristitia cor Nostrum perfuderint.

Etenim, cum exploratum iam diu habeamus egregios Poloniae cives et Ecclesiae Dei et huic Apostolicae Sedi nullo non tempore firmiter adhaesisse, peculiari Nos quidem, uti par est, eos benevolentia ac dilectione prosequimur. Ob eamque rem, quum laeta tristia sint filiis cum patre communia, fieri nullo pacto potest ut, moeroribus angustiisque circumventi, maximo dolore non afficiamur ob calamitates quibus, acerbissimo hoc bello, Poloniae incolae miserrime torquentur. Etenim, dum paterna caritate mentem animumque ad eos convertimus, quot lacrimae oculis obiiciunturl Quae omnia intimos reconditosque sensus Nostros adeo vehementer commovent, ut Patris caritatem erga filios tam graviter vexatos quam maxime augeri sentiamus. Itaque aeterno solaciorum omnium Auctori Poloniae cives, Nobis quidem dilectissimos, summopere commendamus, enixe Eum deprecantes ut belli furorem tandem coër-

ceat pacemque exoptatissimam et pacis «fructus optimos propitius libensque donet. Vota haec Nostra omnipotens respiciat fortunetque Deus, et Polonis quaecumque vel sunt perpessi vel adhuc mala patiuntur, in bona vertere clementissimus Ipse velit. Tu vero, venerabilis Frater, et ceteri Poloniae Antistites, quae vestra est pastoralis caritas, pergite suorum quisque fidelium omnem sollicitudinem curamque habere, et pro viribus contendite ut ope vestra filiorum dolores mitigentur, leniantur aegritudines, lacrimae detergantur. Nos autem in bonam spem addu^ cimur fore ut, opitulante beata Virgine, Poloniae patrona, omnium lar^ gitor prosperitatum Deus suorum munerum thesaurum Polonis aperiat eisque benignus effundat. Quorum auspex et conciliatrix apostolica sit benedictio quam tibi, venerabilis Frater, ceteris Poloniae Praesulibus et uniuscuiusque vestrum clero fidelibusque peramanter in Domino impertimus.

* Datum Romae, apud S. Petrum, die i februarii anno MCMXV Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

SERMO

HABITUS DIE 15 FEBRUARII AD CONCIONATORES QUADRAGESIMALIS ET AD PAROCHOS ALMAE URBIS.

11 predicare è officio proprio dei vescovi, perchè a questi, nella persona degli Apostoli, parlava il divin Fondatore della Chiesa quando diceva: « Andate, predicate il Vangelo ad ogni creatura ». Un tale officio peraltro non possono i vescovi compiere sempre da soli, sia perchè impediti dalla vastità e dalla distanza dei luoghi che debbono evangelizzare, sia perchè distratti dalla molteplicità degli altri oneri che accompagnano il ministero episcopale. Essi perciò si valgono dell'aiuto dei sacerdoti inferiori, ai quali affidano l'incarico di annunziare al popolo la divina parola, in quei modi e con quelle condizioni che la varietà dei casi richiede. - Anche il Vescovo di Roma, e forse più di ogni altro, deve fare appello all'opera di siffatti ausiliari, per compiere il suo dovere di predicare il Vangelo alla diocesi a cui è più intimamente legato. E Noi siamo lieti di salutare altrettanti ausiliari del Nostro ministero episcopale in Voi, dilettissimi figli, che siete destinati a predicare al popolo di Roma nell'imminente Quaresima. Voi siete oggi adunati alla Nostra

presenza quasi per ricevere in maniera solenne la missione di rappresentare il Vescovo di Roma nel parlare al suo popolo, e Noi non indugiamo a darvela, confermando l'approvazione che il Nostro Cardinale Vicario ha già dato alla scelta delle vostre persone per l'altissimo- ufficio di predicatori quaresimalisti.

Ma, appunto perchè destinati a rappresentarci in un ufficio che, al pari di Noi, certamente considerate di somma gravità, Voi, o dilettissimi figli, dovete ora accogliere il desiderio di conoscere in qual modo Noi intendiamo la Nostra rappresentanza sia da Voi assicurata,

Per corrispondere ad un desiderio tanto legittimo, Ci piace anzitutto ricordarvi quale dovrà essere la materia dei vostri sermoni. Non vogliamo farvi il torto di supporre che ignoriate l'obbligo vostro di predicare *la parola di Dio;* epperò non vorremmo ammettere neppure la possibilità che si trovi tra voi chi si prepari a portare sul pùlpito aride questioni di filosofìa, di storia odi politica. Il sacro oratore deve mirare principalmente all'utilità spirituale di chi lo ascolta; ma là norma del vivere cristiano si deduce da quella « parola di Dio, scritta e rivelata » che forma il *deposito della fede,* e che è autorevolmente interpretata dall' ineffabile magistero che lo stesso Iddio ha posto nella Chiesa. A questo fonte purissimo ricorrano dunque i sacerdoti oratori per attingere l'acqua salutare con cui devono saziare il popolo sitibondo di verità: attingano da esso le dottrine dom maliche, che sole possono ravvivare lo spirito della fede, ornai tanto illanguidito anche in questa città di Roma; e ne attingano altresì le verità morali, che devono indirizzare il cristiano nell'adempimento dei doveri che ha verso Dio, verso il prossimo e verso se medesimo.

E lungi dall'animo Nostro il pensiero di disapprovare l'uso moderato di una efficace confutazione degli errori moderni; non intendiamo davvero condannare chi volge lo sguardo alle condizioni della società in cui vivono coloro ai quali esso indirizzi la parola. Ma la confutazione degli errori moderni, oltre che riservata solo a quell'ambiente in cui può essere opportuna, Noi la vorremmo presentata come logica conseguenza dei principi prima indiscutibilmente stabiliti: solo allora che si sarà persuaso il popolo della necessità di accogliere l'insegnamento di Dio anche in ciò che l'umano intelletto non arriva a comprendere, si potrà utilmente dedurre la stoltezza del li benfesam e in materia di fede, o la superbia di chi nega il miracolo. E si rivolga pure lo sguardo allé condizioni della società in cui vive, non per fare descrizioni degne di alunni di rettorica, ma principalmente per indicare il frutto che i fedeli devono trarre dalla predica ascoltata.

Abbiamo accennato al frutto della predica. Non vi sia grave, o dilettissimi figli, che, insistendo su di esso, vi diciamo apertamente che un sacro oratore non deve mirare tanto a correggere *Y* intelletto quanto a riformare il cuore, anzi la stessa correzione degli errori della mente dev'essere dal sacro oratore ordinata al miglioramento della vita pratica degli uditori. Non vi sia dunque tra voi chi si contenti di una bella esposizione della verità cattolica, meno ancora chi si appaghi di una brillante confutazione degli errori moderni, senza discendere, nell'uno e nell'altro caso, alle applicazioni pratiche. Oh! quante volte gli uditori non sanno trarre da soli le conseguenze, che pur derivano dalle premesse riconosciute indiscutibili! Spetta a voi, banditori della divina parola, il perfezionare l'opera vostra, facendo toccare con mano ai vostri uditori *come* e *quando* devono cambiare il loro modo di agire, ora astenendosi da ciò che prima facevano, ora facendo ciò che prima omettevano. Non vi trattenga il timore di venir meno alla stima dovuta agli uditori: la indicazione concreta del frutto che deve trarsi da una predica, per molti è di necessità assoluta, per nessuno può essere superflua, come superflua non è la parola dell'amico che incoraggia al bene anche chi ha già in animo di compiere quello stesso bene.

Nulla diciamo della forma con cui intendiamo debba annunziarsi la parola di Dio. Il rispetto che a questa è dovuta e l'altissima stima che senza dubbio avete del vostro ministero, vi rendono persuasi, o dilettissimi figli, della necessità di escludere da voi tutto ciò che potrebbe togliere o diminuire la gravità richiesta nel sacro oratore. Una sola cosa vogliamo a voi ricordata riguardo alla forma dei discorsi, ed è la cura onde si deve in essi imprimere un ordine evidentissimo tra le varie loro parti : mentre l'ordine facilita a tutti l'intelligenza della proposizione dimostrata, riesce invece difficile ad un uditore di mezzana cultura il ritenere una prèdica nella quale i vari argomenti non appariscono collegati fra loro, o le differenti parti non sieno vicendevolmente ordinate.

Ma nel parlare a Voi che siete destinati a predicare in Roma nella imminente Quaresima, Noi non abbiamo inteso dir cose a voi ignote; abbiamo solo voluto ricordarvi ciò che certamente già sapevate, per animarvi ognor meglio a fare quanto da voi si possa per rendere fruttuosa la missione, che vi affidiamo, di rappresentarci nell'annunziare la divina parola al popolo di Roma. Può dirsi che un'analoga rappresentanza, affidata anzi in modo stabile e permanente, compete ai singoli parroci di quest'alma Città, perchè anch'essi esercitano presso il popolo quel ministero di cui al Vescovo di Roma è riservata la cura abituale.

A ragióne, o dilettissimi, Noi possiamo dunque chiamare anche voi « nostri cooperatori », e non a torto voi dovete prendere per voi ciò abbiamo detto teste per i sacri oratori, venuti ad essere Nostri ausiliari nell'annunziare la divina parola durante il tempo quadragesimale.

Siamo tuttavia consapevoli che così i parroci come i sacri oratori, a rendere veramente fruttuoso il rispettivo ministero, abbisognano più che di ogni altro presidio della benedizione di Dio : *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam* (Ps, CXXVI), epperò questa invochiamo copiosa sugli uni e sugli altri. La benedizione di Dio illumini la mente ed infiammi il cuore ai banditori della sua santa parola in questa eterna città; deh! sia come rugiada che faccia sviluppare e crescere il buon seme da essi deposto nell'anima dei fedeli uditori, affinchè alla santità del loro ministero corrisponda l'abbondanza del frutto, e i figli di Roma, nelle prossime feste pasquali, Ci rallegrino con una più estesa partecipazione ai santi sacramenti.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

NOTIFICATIO

CIRCA MISSIONARIOS OPERIS « DE ADSISTENTIA OPERARIORUM ITALICORUM AD EXTERAS EUROPAE REGIONES MIGRANTIUM »

Litteris S. G. Consistorialis diei 18 ianuarii anni 1915, de mandato Ssmi D. N. Benedicti XV, Episcopo Vicentino, qua praesidenti ad honorem et socio a consiliis Societatis pro Adsistentia italorum operariorum ad exteras Europae regiones ^migrantium, commissum est ad nutum S. Sedis officium quod hucusque proprium erat ecclesiastici coetus Mediolanensis, vulgo *Consulta,* in eodem pio opere.

Idcirco memoratus Episcopus una cum [coetu ecclesiastico ab eo constituendo facultatem habebit quaerendi idoneos sacerdotes qui missionarios agant penes itálicos operarios ad exteras Europae regiones migratos; et habito consensu Ordinarii singulis sacerdotibus proprii et

Ordinarii loci ad quem hi proficisci debent, necnon beneplacito S. G. Consistorialis, eos mittere poterit ad loca missionis propria; ibique eos vigilare debebit sive directe sive ope alicuius visitatoris aut alius sacerdotis ab eo deputati, et maxime per Ordinarios locorum; a quibus iidem missionarii pendere omnino debent in omnibus quae ad ecclesiasticam disciplinam pertinent.

Poterit etiam iusta de causa eosdem ab uno in alium locum transferre vel etiam prorsus revocare ab officio iisdem commisso.

Sed *in casu revocationis* rem statim communicare debebit cum Ordinario cuiusque missionarii proprio ut iterum eum in dioecesim recipiat, cum Ordinario loci *a quo* et cum S. C. Consistoriali: *in casu vero translationis* cum Ordinario missionarii proprio, ut ipse sciat ubi sacerdos suus degat, et cum Ordinariis locorum *a quo* et *ad quem:* cum S, C. Consistoriali autem rem communicare statim debebit quoties casus aliquam difficultatem praeseferat; aliter in fine cuiuslibet anni.

Datum ex S. C. Consistoriali die 81 ianuarii 1915.

f Thomas Boggiani Arch. Edessen,

Adsessor.

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

26 februarii 1915. — Titularibus ecclesiis episcopalibus Bellògradensi et Semendriensi graeci ritus praefecit R. D. Dominicum Premus, cathedralis Zagrabiensis canonicum, quem constituit Auxiliarem Rmi Ï). Antonii Bauer, archiepiscopi Zagrabiensis. .

— Titulari ecclesiae episcopali Alabandensi R. D. Joseph Lang, cathedralis Zagrabiensis canonicum, quem constituit Auxiliarem Rmi D. Antonii Bauer, archiepiscopi Zagrabiensis.

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

DECRETUM

DE SACRA COMMUNIONE ET DE CELEBRATIONE MISSAE IN CASTRIS

Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, bono animarum consulere cupiens, attentis extraordinariis praesentis belli circumstantiis, iisque perdurantibus, de speciali auctoritate Ssmi Domini nostri Benedicti Pp. XV, quae sequuntur declarat et statuit:

1) Milites ad proelium vocatos *(i soldati sul fronte)* admitti posse, *servatis servandis,* ad S. Mensam Eucharisticam per modum Viatici.

2) Sacerdotes militiae adscriptos qui militibus sauciis infirmisve deferendis vel curandis destinati sunt (vulgo *ledicarios* vel *infirmarios),* si in ecclesiis Missam celebrare nequeant, in quocumque loco, decenti tamen et tuto, et etiam sub dio, Sacrum litare posse, remoto quovis irreverentiae periculo: eos vero qui armis dimicant, Missam eodem modo, iisdemque sub conditionibus celebrare posse, at Dominicis tantum et diebus festis de praecepto, dummodo omnes praedicti sacerdotes nullo alio canonico impedimento irretiti sint.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria sacrae Congregationis, die 11 februarii 1915.

PHILIPPUS CARD. GIUSTINI, *Praefectus.*

Aloisius Capotosti, Ep. Therm., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO CONCILII

FANEN.

IURIS OPTIONIS

8 martii 1913 et 11 iulii 1914

Species facti. In capitulo cathedrali Fanensi habentur duodecim canonicatus quorum praebendae aliae aliis pinguiores exsistunt. Quum per obitum titularis, anno 1912 *mense maio* vacasset unus ex istis canonicatibus, canonici qui tenuiores obtinebant praebendas, tempore utili, h. e. infra mensem, postularunt admitti ad exercendum ius optionis. Episcopus autem eis in mentem revocavit reservationem Apostolicam cui, ratione tum mensis in quem obitus inciderai, ad normam reg. IX Apost. Cancellariae, tum familiaritatis pontificiae qua decessor insignitus erat (adnumeratus enim fuerat inter cubicularios honoris Ssnii D. N.), ad normam reg. VII eiusdem A. C, praefatam praebendam obnoxiam censebat. Quum vero multa in contrarium opponerentur a canonicis, eis consilium dedit ut de hac re iudicium postularent huius S. Congregationis: quod canonici libenter praestiterunt.

Synopsis disceptationis. Ut ex dictis apparet, duplici titulo praebenda, de qua contenditur, affici videtur reservatione pontificia, hoc est, non modo ratione temporis sed etiam ratione personae. At quidem, generali causa contendunt canonici nullam reservationem in casu exercitium iuris optionis praepedire posse; quod repetunt tum ex natura iuris optandi, tum, idque potissimum, ex conditione ipsa seu natura beneficiorum canonicalium in cathedrali Fanensi.

Ius optionis quod spectat, asserunt illud in ipsorum cathedrali esse antiquissimum, et praecessisse etiam regulas Apostolicae Cancellariae: nam in primaevis quoque statutis, approbatis die 20 aprilis 1455, cap. XI, plura constituuntur « de modo optandi »: edicitur nempe quemlibet canonicum ter tantum optare posse, et id postquam per annum saltem inservient; a capitulo insuper veniam optandi impetrare teneri, quae tamen denegari non poterit « si lìnpetraris circa culturam et reparationem « bonorum praebendae, quam relaxare desiderat, diligens fuerit; et optatio

« fieri debet primo per primum canonicum, secundo per secundum et «sic de aliis successive: et intelligatur primus qui in nostra ecclesia « per se, vel per alium *diutius* militaverit, et in reparatione bonorum «suae praebendae *praediligens* fuerit». Ex quo constitutionum praescripto, non modo in comperto positum videtur quod asserunt canonici, nempe consuetudinem optandi, in cathedrali Fanensi, iam exstitisse antequam regulae VII et IX Cancellariae Apostolicae promulgarentur (sub Gregorio nempe XIII, c. a. 1590), sed illud quoque constare aiunt, quod optionis ius, in casu, haberi debeat de iuribus « antianifcatis » (quae dicitur) et diligentiae in cultu fundorum collocatae, hoc est, esse ius quoddam *personae* inhaerens, non *rei,* seu in casu beneficio; quae iura personalia, quasi ex merito et labore quaesita, non solet Apostolica Sedes suis legibus tollere.

Conditionem vero praebendarum in eodem capitulo quod attinet, ea paucis ita proponi potest. In capitulo adest massa communis, ad « distributiones » destinata, de qua participant duodecim canonici pro virili parte, excepto praeposito qui duplam habet: sed praeterea adsunt duodecim praebendae, quae seriore tempore institutae dicuntur, quarum administratio est penes canonicos qui eas respective possident: existís, quatuor addictae sunt dignitatibus (praeposituraes et archidiaconatui) et officiis (theologali et poenitentiario), quas igitur optione adipisci nemo potest; ceteras vero octo praebendas aiunt canonici esse, non addictas singulis canonicatibus, sed quod dici solet *volantes,* h. e. quamlibet ex illis addici posse cuilibet ex octo canonicatibus simplicibus, et vicissim a quolibet beneficio canonicali separabiles esse et de facto separari. Id autem arguunt:

1. Ex facto quod praebendae superadditae sunt beneficiis canonicalibus iam exsistentibus. Constat enim ex authentico documento quemdam sac. Thomam Lanci, anno 1563, quum pro visus fuisset de eo canonicatu qui unus, tunc temporis, adhuc *sine praebenda* exsistebat, praebendam illi constituisse, anno 1565, assignato quodam praedio vulgo *Morola* nuncupato; si ergo canonicatus sine praebenda olim exstitit, profecto praebenda ab eo separabilis esse videtur.

2. Ex consuetudine vigenti ab immemorabili, et authentice comprobata, qua, in mutatione praebendae per optionem ad normam statutorum, nulla fit mutatio sedis in choro, nulla capitur nova possessio, etc. Testatur enim curia episcopalis: « Si dichiara per la verità, che nei casi di avve- « nuta opzione alle vacanti prebende capitolari, non si è mai dato il « conferimento con bolle papali, o decreti vescovili, e nemmeno l'immis- « sione in possesso; ma questa curia ne ha registrato soltanto l'atto».

Et alias: « È uso costantemente mantenuto nel capitolo di Fano, che, « nei casi di opzione, non si esige che il canonico il quale ha optato..; « abbia a prendere nuovamente possesso del beneficio, e a discendere, « quasi nuòvo canonico, all'ultimo stallo del coro ». Porro, aiunt, id fieri non potuisse, si quaevis praebenda inseparabiliter uniretur beneficio et quid individuum cum eo constitueret: tunc enim, commutata praebenda* novum beneficium obtineretur, ad quem effectum et nova immissione in possessionem opus esset.

At vero, si praebendae cum beneficiis non sunt inseparabiliter unitae, manifestum est illas optari posse, etiam quando haec afficiuntur reservatione Apostolica: nulla enim, in casu, collisio iurium est, quum reservatio effectus suos exserere possit circa beneficium, cui, in casu, unietur praebenda quae vacans postremo manebit, post exercitam a canonicis optionem. Id, quod ratio dictat, auctoritas etiam confirmat. Nam si, teste Riganti, « difficultas est quando praebendae, domus, praedia, « aliaque membra temporalia, dicantur perpetuo annexa canonicatui, vel « separabiliter (et in his terminis variant Doctores, et Rota variavit, « nec constans eius opinio fuit) » *(In Regulam IX,* p. I, § 5, n. 7 ss.), receptissima tamen est doctrina, compluribus huius S. Congr. et Rotae resolutionibus firmata, praebendas, prout in casu nostro, distinctas et separatas a beneficiis, rite optari posse etiam in mensibus reservatis S. Sedi et in aliis casibus affectionis Apostolicae Sedi. Ita Gonzalez *(In Reg. IX* C. A., glos. 34, n. 33 ss.): « Licet vacet beneficium, tamen prae- « benda vel domus non vacant, quum beneficio vacanti annexa non sunt; « sed ad sequentem in gradu iure optionis spectant, nec in istis domibus « et praebendis temporalibus separatis intrat reservatio »; Riganti, 1. ç., n. 4: « Receptissima in foro invaluit distinctio, quod aut prae- bendae, domus, et alia similia... sunt perpetuo et inseparabiliter ad- « nexa canonicatui, quid individuum cum eo constituentia, et tunc non «possunt optari, si canonicatus vacatio contingat in mense reservato, « dum eorum optio necessario praeseferret optionem ac mutationem « tituli canonicalis; aut... non sunt adnexa, sed distincta et separata, et « in isto casu rite optari possunt »: cfr. etiam Garcia, *de benef.* p. V, c. I, n. 457; Lotterius, *de re benef.* 1. I, q. 19, n. 18; Rota coram Manzan. dec. 52, n. 3; coram Sincero in Melevitan. *Optionis,* 30 ian. 1913; S* C. Conc.; in Casertan., 2 iun. 1838; in Capuan. 17 dec. 1853; Urbe- vetan. 26 apr. 1856; Asculan. 23 mart. 1907; etc.

Concludunt igitur canonici petentes ut S. Congregatio affirmativa responsione dimittat sequentia dubia: « Spetta in generale ai canonici « della Cattedrale di Fano, il diritto d'opzione *alle sole prebende* ***vacanti,***

« anche ***di benefizi*** riservati, e in tutti i mesi dell'anno? Spetta ai medesimi l'uso di tale diritto nel caso attuale, ***riservando a*** *Ila* ***santa Sede « la prebenda non optata?».***

Adversus autem hanc canonicorum petitionem plura deducta sunt. In primis nempe, quod, quum ius optionis potissimum dependere videatur a ***consuetudine*** qua inductum est, ut nuperrime firmavit Rota in una Melevitan. ***Optionis*** coram Lega, 12 aug. 1911, et coram Sincero, 30 ian. 1913, in capitulo Fanensi hucusque et ab immemorabili ius optionis numquam exercitum fuit mensibus s. Sedi reservatis aut quandocumque alia affectio pontificia contingeret. Id quidem et canonici ultro concedunt, et quamvis contendant, cum communi, praescriptionem exstinctivam, ex non-usu, non currere in ***facultativis,*** liquet hanc exceptionem nullam vim habere si concludenter demonstretur eos, in casu de quo agitur, non potiri facultate seu iure optandi: tunc enim non-usus immemorialis accipiendus erit pro vera ***observantia,*** tamquam ex ea legitima persuasione derivatus de qua testatur Episcopus : « Negli altri otto mesi « riservati, tutte le volte che è capitata una vacanza - ed è capitata spes- « sissimo - nessun canonico ha mai optato, et quidem ***con la coscienza « di non avere la facoltà di optare,*** causa la riserva espressa nella regola IX « della Cancelleria. Era questa ed è rimasta fino a oggi ***l'intima persua- « sione,*** su la quale non è sorto mai dubbio, di tutti e singoli i cano- « nici, i quali, altrimenti, non si sarebbero lasciati sfuggire mai l'occa- « sione di poter optare, in ogni vacanza, a prebende più vistose ». Saltem, stante consuetudine, perperam adduci videtur prioritas temporis qua ius optandi in capitulo Fanensi contenditur antecessisse promulgatas regulas Apostolicae Cancellariae, in facto enim constat post hanc promulgationem praecedens quod praetenditur ius, ad normam earum regularum temperatum esse.

Sed praeterea hanc consuetudinem esse omnino ***secundum ius,*** evinci videtur in casu ex ipso principio quod assumunt canonici, videlicet: dari ius optionis, etiam concurrente reservatione Apostolica, in praebendas distinctas, separatas, aut saltem separabiles a beneficiis non dari tamen, si praebendae sint perpetuo et inseparabiliter singulis canonicatibus adnexae. At enim praebendas in casu quid individuum constituere cum beneficiis quibus coniunctae sunt, non unum est argumentum. Praesumptio in primis et indicium sumi quoque potest ex eo quod, nemine contradicente, totidem numero sint praebendae, quot canonicatus, quin immo quod praebenda quaelibet suum nomen habeat, v. g. s. Christophori, quae tamen nomina eadem prorsus sunt qui canonicatuum tituli dicuntur : scilicet, praebenda s. Christophori respondet prorsus et

semper canonicatui s. Christophori. Sed argumentum potissimum illud est, quod pariter Episcopus hisce recolit: « Quando nei mesi non riser-« vati alla s. Sede, si esercita dai canonici ii diritto di opzione, il cano* « nico, il quale, godendo p. es. il canonicato e la prebenda di s. Luca, « opta per la *prebenda di s. Bartolomeo* e la conseguisce, di lui non si « dice più che possiede il *canonicato di s. Luca,* ma sì quello di s. Bar-« tolomeó ». Si ergo in qualibet assequutione novae praebendae, *mutatur titulus* canonicatus, iure concludi posse videtur singulas praebendas adnexas esse, perpetuo et inseparabiliter, certo titulo, seu determinato beneficio sive canonicatui.

Verum quidem est, in casu, contra hoc factum, stare aliud factum aeque certum, seu usum non capiendi novam possessionem et non mutandi sedem in choro; sed notandum est hunc usum constanter in capitulo Fanensi servatum esse etiam quando intercessemi *nova provisio canonica,* per bullas Apostolicae Datariae, quibus in casibus usus idem minime videtur legitimus, quum necessaria sit nova immissio in possessionem quoties habetur nova provisio, ut tralatitii iuris est. At ex usu manifeste non legitimo, nihil profecto inferri potest contra naturam alicuius rei.

Quod autem anno 1565 canonicus Thomas Lanci suum canonicatum praebenda destitutum invenerit, eamque de suis bonis, *eidem canonicatui* constituerit, id potius infirmare quam iuvare canonicorum assertionem videtur. Ex hoc enim patet agi in casu de^ optione *proprie dicta,* quae afficit nempe ipsa beneficia, et in qua idcirco locum habent reservationes Apostolicae. Quod, ut plenius intelligatur, recolere oportet, saepe, quum initio praedia et bona beneficiorum dotem constituentia a capitulis in communi possiderentur et administraretur horumque fructus quotannis distribuerentur; deinde vero, ad utiliorem facilioremque bonorum gestionem, semel pro semper fundos divisos fuisse in tot partes quot erant capitulares, praelevata notabili parte pro distributionibus aliisque expensis, et cuique canonico partem assignatam fuisse, quae praebendae nomen obtinuit, per singulos canonicos administranda. Haec autem pars quae ab initio aequalis aut fere aequalis erat, processu temporis, ex maiore minoreve diligentia et idoneitate administratoris aliisque de causis, modo pinguior, modo tenuior effecta est. Hinc datum canonicis senioribus ius optandi vacantes sua meliores praebendas, id est datum fuit ius inmutandi *quotam partem* fundorum ipsis attributorum ; sicut datum etiam fuit ius optandi, in domo communi seu aedificio canonicali, commodiores quoties vacaverint mansiones. Quisque quidem intelligit, huiusmodi optionem (improprie dictam) semper liberam esse, quum non

secumferat mutationem tituli canonicalis, nec sedis in choro, eamque non subesse reservationi Apostolicae.

Verum ex facto superius recensito, quod, nempe, « tal sac. Lanci, «già da qualche tempo canònico... provvide di prebenda il suo cano- « nicato, che ne mancava, assegnando per essa un suo fondo rustico, « situato al vocabolo *Morola* », manifeste ostenditur longe diversam fuisse, in casu, praebendarum originem et naturam; has nempe non provenire ex primaeva divisione fundorum massam communem totius Capituli constituentium, sed ex speciali fundatione, sive peculiari dota- tione cuiusque, certi et determinati canonicatus, ac cum quolibet eorum quid unum individuumque constituere. Quod ex authentico documento huius fundationis mirum in modum confirmari videtur. In eo enim legi- tur eodem tempore obtentum fuisse « de consensu dicti capituli, *quod « dictus canonicatus esset de iurepatronatus* ipsorum domini Thoma- « sii (sic), Antonii, Vincentii eius fratrum necnon Michaëlangeli et Hiero- « nymi filiorum dicti Antonii, et id per literas Apostolicas confirmatum « fuit. Et deinde loco praebendae *dicti canonicatus* dicti domini statue- « runt [de] eorum bonis patrimonialibus unum terrenum arrativum... « in Curte Castri Ripaltae *...pro condecenti praebenda dicti canonicatus* » (Ex actis). Manifeste exinde colligitur praebendam pro dicto canonicatu constitutam, esse eidem inseparabiliter adnexam; secus enim dicendum esset iuspatronatus concessum fuisse praefatis personis, non super uno, certo et determinato canonicatu, pro quo ab ipsis constituta fuit et aucta praebenda, sed super incerto quodam ex canonicatibus Fanensis capituli, quod absonum videtur.

Si ergo, ex demonstratis^ in capitulo Fanensi praebendae ipsae sunt cum beneficiis inseparabiliter unitae, quid unum cum iisdem con-' stituentes, agitur in casu de optione *proprie dicta,* quae consistit in iure assequendi aliquod *beneficium* vacans, sive in ecclesia in qua quis iam possidet aliud beneficium, sive in alia qualibet. Hoc autem in casu non est dubium fieri locum novae provisioni in persona optantis, et consequenter reservationi Apostolicae ceterisque iuris communis dispo- sitionibus;

Hisce vero hinc inde disputatis, et quum hac de re semel et ite- rum in plenariis comitiis sacrae Congregationis Concilii actum fuisset, Emi Patres, audita prius etiam Apostolica Dataria, die 11 iulii 1914 rescribi mandarunt:

Reservationes Pontificias afficere etiam Praebendas in casu.

O. Giorgi, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DIOECESIS SEU ORDINIS *N.*

OBLIGATIONIS

In Nomine Domini

La Commissione Cardinalizia speciale, Stabilita dal S. Padre con lettere dell'Emo card. Cagiano, Prefetto della S. C. dei Religiosi, in data 25 luglio 1914, *per Vesame e la definitiva risoluzione della vertenza fra la signorina* N. *e la provincia religiosa di* Z., si adunava il 12 agosto 1914 in casa del sottoscritto card. De Lai: ed invocato il divino aiuto, dopo matura discussione venne nelle seguenti conclusioni.

In linea di fatto, è fuori di controversia che nel principio del 1898 il P. *V.* della provincia religiosa di *Z.*, imprese la pubblicazione del periodico *B.* con la benedizione scritta del suo Provinciale, in data 29 décembre 1897, stampata in fronte al primo numero del periodico stesso.

Di più, nel capitolo provinciale del 3 settembre 1901 i Padri presero e sottoscrissero la seguente deliberazione: «Il periodico *B.* sia « addossato al R. P. *V.*, coll'obbligo di sottoporre al controllo del Mini- « stro provinciale e Definitorio lo stato finanziario della sua ammini- « strazione ogni anno. La provincia sarà libera da qualunque responsa- « bilità di pagamento in caso di debito : in caso di credito questo vada « a fondo del giornale. *Procuratore del giornale è il B. P.* V., il quale «rimanendo nell'officio resta esente dagli atti della comunità ». Del valore della clausola incidentale : *La provincia sarà Ubera,* ecc. si dirà in seguito. Per ora basta rilevare che da questa dichiarazione apparisce chiaramente che il periodico apparteneva alla provincia.

La direzione del periodico si stabilì nel convento ; ed ivi qualche anno appresso si impiantò prima una piccola, poi una più grande tipografia per la pubblicazione del periodico e di altre opere eventuali, facendosene l'inaugurazione con la benedizione data dallo stesso Provinciale con l'assistenza di parecchi religiosi e di altre persone ; come consta dalla relazione giurata del P. *V.*, non contradetta dalla parte opposta. La tipografia si chiamò dal nome del periodico.

Ma per la pubblicazione di questo e per rimpianto delle stamperie si dovè andare incontro a delle forti spese: e per farvi fronte il P. *V.* fece ricorso a parecchie persone (non avendo avuto dalla Religione che dei modici aiuti); e principalmente ricorse alla signorina ¿V., che aveva una notevole fortuna, di cui poteva liberamente disporre: e la indusse ad alienare od impegnare quasi tutti i suoi beni, assicurandola (come •consta dalle lettere dello stesso P. *V.)* che investiva i suoi capitali non solo in modo sicuro, ma anche assai lucroso: ed aggiungendo che in ogni caso la stamperia con tutto il suo avviamento era cosa sua, o almeno stava a garanzia dei suoi crediti.

Se non che, contro le previsioni del P. *V.*, le aziende del periodico £ della stamperia andavano di anno in anno peggiorando; così che il capitolo provinciale dell'8 giugno 1907 ordinava al P. *V.* di « lasciare « al più presto possibile la stamperia, e colla fine dell'anno cessare la x< pubblicazione del suo periodico ». Ed il capitolo provinciale del 10 giugno 1910 decise « di ripetere al P. *V.* l'ingiunzione di liquidare « le sue pratiche di stamperia ».

Ed infatti nel 1910 cessò la pubblicazione del periodico, e la tipografia fu da prima data in esercizio ad un socio, ed alla fine liquidata.

intanto la signorina *N.*, che aveva esposto nelle imprese del P. *V.* tutti i suoi capitali, non riceveva nulla nè di sorte nè di frutti, e versando in grandi strettezze reclamò presso la curia dell'Ordinario. Fu allora che il P. *V.* con sua scrittura in data 9 novembre 1910 « si dichia- « rava debitore verso la signorina *N.* di L. . . . . ., e della restituzione « di *Wl* azioni O., restituzione che si obbligava di fare entro il I° luglio « del 1911 » oltre il pagamento dei frutti, ecc.

Ma se la restituzione delle obbligazioni fu fatta, pel resto, e specialmente pel pagamento della somma predetta, la scrittura rimase senza dubbio lettera morta.

Reclamando la signorina *N.*, il Definitorio generale ripetutamente scrisse al Provinciale di pagare i debiti del P. *V.:* e" non giovando, in data 3 giugno 1911 il Padre Generale emanava il seguente decreto: « Praesentium vigore praecipimus R. P. Superiori provinciae *Z.* in vir- « tute s. obedientiae, ut una cum v. suo Definitorio in scriptis declaret « provinciam suam omnia debita recognoscere a P. V. contracta, eam- « que obligari ad omnia illa debita solvenda, quin ullius partis satisfa- « ctionem vel compensationem ab altera provincia ***Y.*** exigere possit ». Ed aggiungeva nella lettera accompagnatoria: « La P. V. R. d'accordo « col suo v. Definitorio dentro lo spazio di un mese dalla presente -« farà del tutto che siano pagati i debiti più urgenti contratti dal P. *V.;*

« e prenderà misure energiche che il resto sia pagato al tempo della «scadenza: altrimenti verranno prese delle disposizioni che rincresce- « ranno non poco ».

Ma non obbedendo il P. Provinciale, non ostante le insistenze fatte dal P. Generale, la signorina *N.* ricorse alla S. G. dei Religiosi, la quale, esaminate le cose secondo la sua prassi, al dubbio «Se sia, ed in qual « modo da confermarsi il decreto del R. P. Generale del 3 giugno 1911, « col quale si obbligava la provincia di *Z.* a riconoscere e soddisfare « i debiti contratti da P. *V.* », nella Plenaria del 3 maggio 1912 rispondeva: «Attentis omnibus hucusque deductis placere de concordia: et « Ordinarius ..... partes vocet et eas ad compositionem peragendam «inducat: quod si non obtinuerit, tunc utraque pars eligat arbitrimi; « et arbitri sic electi rem concorditer dirimant: quod si discordes sint, « ipsi eligant tertium ».

Ma l'Ordinario non potè indurre le parti ad una composizione : laonde si venne all'elezione degli arbitri da una parte e dall'altra. E non accordandosi essi, vennero all'elezione del terzo arbitro. E questi, riunitisi, credendosi autorizzati ad entrare in merito della questione, piuttosto che a trattare della composizione, si proposero il dubbio : « Se consti che i superiori della provincia religiosa di *Z.* siano responsabili del debito contratto dal loro religioso P. F., verso la signo- « rina *N.* nel caso ». Ed in data 23 aprile 1913 risposero con voti due contro uno: *Negative.*

A questo lodo o sentenza arbitrale non si acquietò la signorina iV., e reclamò al S. Padre: il quale, come si è detto da principio, nominò una Commissione Cardinalizia *per l'esame e la definitiva soluzione di questa vertenza.*

In linea di diritto gli Emi Padri esaminarono in primo luogo, se e quale valore dovesse darsi alla sentenza arbitrale del 23 aprile 1913: e conclusero doversi ritenere nulla e di niun valore.

Infatti gli arbitri non potevano avere maggiore potestà di quella che veniva loro dalla risoluzione della S. C. dei Religiosi che li costituiva. Ora la S. C. aveva stabilito: *Piacere de concordia.* Ed ognun sa che il *Piacere de concordia,* secondo la prassi delle sacre Congregazioni, ha un valore precettivo, vale a dire, *che si venga* ad un concordato, transigendo da una parte e dall'altra. La signorina *N.* chiedeva il pagamento di tutta la somma di cui il P. *V.* si era dichiarato debitore: la provincia negava tutto. La concordia quindi non poteva consistere che nel transigere fra tutto ed il nulla, cioè nello stabilire una somma media.

E ciò si rileva ancor più chiaramente dal seguito della risoluzione in cui iter ottenere questa concordia si prescrive che l'Ordinario chiami le parti *et eas ad compositionem peragendam inducat* E fallito questo tentivo si ordina che ciascuna parte elegga un arbitro, dandosi ad essi parimenti il mandato che *rem concorditer dirimant.*

La mente quindi della S. G. è ben netta e precisa, di tentare cioè una composizione fra le parti. Questo dice, chiaramente all'Ordinario, questo ripete ai due arbitri. Ma dato che i due arbitri non si intendano, la S. C., volendo pur riuscire nell' intento, ordina che i due arbitri ne eleggano un terzo. A qual fine? per costituire un nuovo tribunale che giudichi in merito dell'obbligazione, facendo quello che la stessa S. C. si era astenuta di fare? Non già. La conseguenza, il nesso logico del discorso non permettono altro supposto, se non che i tre arbitri si adoperino a fare quello che la S. G. aveva in massima stabilito - *piacere de concordia,* - quello che l'Ordinario prima, i due arbitri da poi erano incaricati di fare, cioè, di tentare una composizione.

E ben vero che gli Emi Padri non dissero ciò tassativamente. Ma ciò si deduce dal nesso logico della risoluzione, usandosi *un'elissi* nel discorso, forma ovvia abbastanza comune nel dire e nello scrivere, e che facilmente si arguisce.

Mentre che se gli Emi Padri avessero voluto dare ai tre arbitri un mandato diverso da quello precedentemente dato all'Ordinario ed ai due arbitri, cioè, se avessero voluto che i tre arbitri giudicassero del merito dell'obbligazione, o meno; avrebbero necessariamente dovuto esprimerlo, ed esprimerlo in termini chiari e precisi. Non lo fecero. Dunque non diedero ai tre arbitri altro mandato se non quello che discendeva logicamente dalle premesse, e aveano prima di loro attribuito all'Ordinario ed ai due arbitri, cioè di tentare e stabilire una composizione.

Ma i tre arbitri, messa da parte ogni idea di composizione, si arrogarono di giudicare in merito sull'esistenza della obbligazione. È chiaro quindi che hanno ecceduto il mandato: ed in conseguenza il loro giudicato è nullo e di niun valore.

Ciò premesso la Commissione Cardinalizia considerando che il mandato commessole dal Santo Padre era di esaminare e di dare *una definitiva soluzione* alla vertenza che da anni si agita fra la signorina *N.* e la provincia religiosa di *Z.* si ritenne autorizzata, ben diversamente dagli arbitri di cui sopra, a giudicare in merito alla questione: e si propose il seguente dubbio: « Se e come debba confermarsi il decreto « generalizio del 3 giugno 1911, il quale obbligava la provincia *Z.* a «riconoscere e soddisfare i debiti contratti dal P. *V*».

Essendo però il mandato della Commissione limitato alla controversia pendente fra la signorina IV. e la provincia religiosa, la conferma o meno di detto decreto deve intendersi in rapporto alla signorina *N.* e non gli altri creditori, dei quali la Commissione non può nè intende occuparsi.

Inoltre avendo ii P. *V.* con legale scrittura del 9 novembre 1910 dichiarato di essere debitore verso la signorina *N.* di una data somma e della restituzione di 22 azioni *C,* restituzione che si obbligava di fare entro il I° luglio 1911, oltre il pagamento dei frutti, ecc. - ed avendo la signorina IV. accettato tale dichiarazione; - ne consegue che la provincia suddetta, qualora venisse condannata al pagamento, col soddisfare al contenuto della detta scrittura dovrebbe ritenersi che abbia soddisfatto a tutti i suoi obblighi verso la signorina IV. Laonde il dubbio generico sopra riferito si risolve e riduce a quest'altro, cioè, « se « la menzionata provincia debba riconoscere il debito indicato in detta « scrittura del P. *V.* verso la signorina IV. e soddisfarlo ».

Ora nell'esame di questo dubbio la Commissione Cardinalizia ammise che se un religioso, massime di voti solenni, esercita pubblicamente e notoriamente un commercio od una industria, deve ritenersi autorizzato dai superiori, a meno che questi con atto pubblico non lo abbiano riprovato.

Infatti: 1° il religioso di voti solenni *non habet neque velle neque nolle*, che appartiene ai superiori. Quindi se i superiori lo lasciano fare, deve dirsi che l'autorizzano; 2° tanto più che l'esercizio di un commercio o di una industria, massime pubblico e notorio, è, generalmente parlando, alieno dalla vita religiosa specialmente con voti solenni. Perciò se i superiori nonio permettessero, dovrebbero impedirlo efficacemente; 3° nè mancano analogie nel diritto civile delle diverse nazioni. Così, per non citare che un esempio, il *Diritto Commerciale* italiano nell'art. 13 stabilisce: « La moglie non può essere commerciante senza il consenso -< espresso o tacito del marito. Si presume il consenso, quando l'esercizio del commercio sia pubblico e notorio, salvo che il marito non « ne abbia fatto divieto espresso con dichiarazione pubblicata ». Ora il P. V. era professo di voti solenni, e questa sua condizione era nota a tutti; esercitava pubblicamente e notoriamente il commercio od industria tipografica con macchina tipografica prima piccola poi grande, obbiettivo per fotografia e macchina per fototipia; aveva molti operai; stampava non solo il periodico, ma anche altri libri, diplomi, imagini, ecc., che poi vendeva; nè i superiori riprovarono con atto pubblico tale esercizio. Dunque l'autorizzarono; autorizzazione tacita, ma reale e pubblica. E ciò è tanto più vero nel caso presente, in quanto che la tipo-

grafia era nella stessa casa religiosa, sotto gli occhi dei superiori e di tutti, ed era pubblicani ente intitolata dal nome del periodico, che apparteneva notoriamente alla provincia.

A ciò si aggiungano alcuni altri fatti che importavano una specie di approvazione non soltanto tacita, ma esplicita, benché privata. Così la benedizione abbastanza solenne data dal P. Provinciale al periodico, e più tardi alla piccola tipografìa, ed i sussidi che in varie epoche i superiori diedero al P. *V.*, compensati da questo con lavori della tipografìa.

N è si dica che il P. Provinciale con deliberazione dell'8 giugno 1907 e 10 giugno 1910 ingiungeva al P. *V.* di lasciare la tipografìa e di cessare la pubblicazione del periodico, imperocché questa proibizione venne dopo contratti, almeno nella massima parte, dal P. *V. i* debiti dei quali si tratta; quindi troppo tardiva. Di più per distruggere l'autorizzazione pubblica della quale si è parlato, non bastava una proibizione privata, come fu questa; ma era necessaria una proibizione pubblica; per esempio, diffidare il pubblico aftinché non ritenesse implicato l'Ordine nella azienda del P. V., o meglio ancora chiudere la tipografìa, e, se il P. *V.* si fosse mostrato pervicacemente riottoso, inviarlo altrove.

Ma di tutto questo nulla fu fatto. Quindi quella proibizione valeva bensì come regola di coscienza pel P. *V.* ma nulla pel pubblico e di fronte ai terzi.

È poi chiaro che se il P. *V.* aveva l'autorizzazione di esercitare il commercio tipografico, logicamente aveva anche l'autorizzazione a contrarre obbigazioni ed a fare tutti quegli atti che sono necessari per l'esercizio delle leggi civili. Così, insistendo nell'esempio citato sopra, nel *Codice Commerciale* italiano, art. 14, si legge: « La moglie commer- « ciante (autorizzata espressamente o tacitamente dal marito) può senza « altra autorizzazione contrarre obbligazione per tutto ciò che concerne « il suo commercio ». Avendo dunque i superiori autorizzato il P. *V.* ad esercitare il commercio od industria tipografica, implicitamente lo autorizzarono anche a contrarre obbligazioni per tutto ciò che concerneva quel commercio od industria, per esempio per comprar caratteri, carta ed il resto necessario, per pagar la mercede agli operai, ecc.,essendo logico, come giustamente osserva il P. F., che chi ha una tipografia, debba procurarsi tutto ciò che all'esercizio della medesima è necessario.

Che poi i debiti del P. *V.* siano stati contratti per la pubblicazione del periodico e per l'esercizio della tipografia, non è posto, nè sembra potersi porre in dubbio.

Messa così fuori di questione l'esistenza dell'autorizzazione data al P. *V.* dai suoi superiori di esercitare l'industria tipografica; ed

ammesso che i debiti contratti da lui lo furono appunto per l'esercizio di questa industria, la Commissione Cardinalizia entrò ad esaminare quali conseguenze da ciò venissero.

Ora è noto, e fuor di discussione, che l'autorizzazione a compiere qualche atto, concessa ad uno che per disposto della legge non può compierlo senza di essa, ma che del resto ha personalità propria e quindi può *acquirere sibi,* toglie l'obice che aveva quell'ente o persona a porre quell'atto, ma non importa garanzia per parte della persona autorizzante. Così la moglie autorizzata dal marito al commercio, avendo essa una personalità propria e potendo *acquirere sibi,* se col suo commercio guadagna, accresce il suo patrimonio; se perde, perde parimenti del suo: ma il marito, come non partecipa dei guadagni, così non risponde alle perdite della moglie. Egualmente si dica del minore autorizzato dal padre o tutore a qualche atto. Egualmente di qualunque causa pia, chiesa, benefìcio, i quali essendo considerati come minori, per vendere e comprare e per altri simili atti necessitino della facoltà dell'autorità tutoria. In questi casi si ha l'autorizzazione di *tutela,* che non fa altro che rimuovere l'ostacolo ad operare posto dalla legge; dopo di che la personalità propria dell'autorizzato si svolge per suo conto senza responsabilità giuridica dell'autorizzante.

Ma ben diversamente va la cosa per un religioso, specialmente di voti solenni.

Questi, come si è detto di sopra, non ha nè il *velie,* nè il *nolle.* Quindi non ha personalità giuridica propria, nè i superiori" possono conferirgliela perchè contraria ai voti. Non può dunque applicarsi la teoria esposta; l'autorizzazione data dal superiore ad un suo religioso per comprare o per vendere o per altre simili operazioni riveste invece quasi la natura di mandato. Ed il religioso nell'esercizio di questo atto diviene come il gestore del convento, o della provincia, o dell'ordine che l'ha a ciò autorizzato. Dal che per conseguenza logica e necessaria discende, che non il religioso, ma il convento, o la provincia, o l'ordine debbano rispondere dell'operazione.

A questa gravissima si deve aggiungere un'altra considerazione. Non avendo e non potendo avere personalità propria, *quidquid monachus acquirit, monasterio acquirit.* Quindi se dall'operazione del religióso, non lui personalmente, ma il monastero lucra ed acquista, quasi che il religioso fosse un braccio strumentale del convento; per logica conseguenza, per giustizia, per il rispetto ai buon diritto dei terzi, se dall'operazione predetta ne segue un danno, di questo deve rispondere non il religioso (che nulla ha e nulla può perdere) ma il convento che è il *dominus,*

che ha la personalità giuridica, ed a cui andrebbero i lucri, se questi vi fossero.

Ma il P. *V.* si trovava appunto in questa condizione di religioso di voti solenni, autorizzato dalla sua provincia ad esercitare l'industria tipografica: dunque non lui, ma la sua provincia doveva rispondere di questo esercizio; e come la provincia aveva il diritto di ascriversi i lucri di questa industria e di disporre di essi se vi fossero stati, così deve far fronte alle obligazioni ed alle passività dell'esercizio, quali disgraziatamente nel fatto si'Verificarono.

Dal detto fin qui, chiaro apparisce non potersi tener in alcun conto la clausola apposta alla deliberazione del capitolo provinciale del 3 settembre 1901 : « La provincia sarà libera da qualunque responsa-li bilità di pagamento in caso di debito; in caso di credito, questo vada « a fondo del giornale ». Giacche essendo il giornale proprio della provincia, potevano bensì i Padri disporre dei lucri; ma logicamente e secondo giustizia non potevano punto esimersi dal rispondere delle passività: senza dire poi che questa deliberazione rimase, come tante altre, segreta, e quindi di niun valore di fronte al pubblico ed ai terzi. Laonde non senza ragione il P. *V.* scriveva il 7 giugno 1911 al Definitorio provinciale: « Se dalla tipografia si fosse ricavato un vantaggio, « certo io non l'avrei potuto ritenere per mio uso, ma avrei dovuto « versarlo alla provincia; succede il contrario e la provincia... se ne «ne lava le mani. Si giudichi se questo è giusto e ragionevole ».

Dal detto fin qui chiaro anche apparisce che se un religioso, massime di voti solenni, esercita pubblicamente e notoriamente un commercio od un industria (come era appunto il caso del P. V.) i superiori debbono o proibirgli ciò pubblicamente ed efficacemente, o rispondere delle conseguenze economiche che ne derivano.

Nè si eccepisca che questo principio può essere in taluni casi rovinoso per qualche convento o provincia religiosa; poiché, primieramente se la giustizia così richiede, non è possibile venire ad altra conclusione. Inoltre è in potestà dei superiori impedire questa rovina. Vigilino essi ed impediscano che i loro soggetti si abbandonino ad imprese ardite senza sorveglianza ed ogni pericolo sarà scongiurato; senza dire che ciò gioverà al prestigio dell'ordine, favorirà l'osservanza della regolare disciplina, ed eviterà non lievi scandali.

Per tutte queste ed altre considerazioni la Commissione Cardinalizia con voto unanime è venuta nella seguente deliberazione e sentenza:

Art. I. « La provincia religiosa di *Z.* è tenuta a soddisfare i debiti

« contratti dal P. *V.* verso la signorina *N.* e da lui riconosciuti nella « scrittura del 9 novembre 1910 ».

Siccome poi i superiori della provincia predetta di fronte alle ripetute ingiunzioni ed allo stesso decreto del Superiore generale 3 giugno 1911 che ordinava loro *in virtute s. obedientiae ài* riconoscere i debiti del P. *V.* e di soddisfarli, o di provvedere per la loro soddisfazione entro un mese, si mostrarono sempre riluttanti, non ostante le minaccie loro fatte dallo stesso Generale di prendere contro di loro delle severe misure; perciò la Commissione Cardinalizia ha di pari comune consenso stabilito quanto segue:

Art. IL « Entro un mese dalla notificazione della sentenza il P. Pro-« vinciale col suo Definitorio soddisfino la signorina *N.* in conformità « della scrittura del P. *V.* del 9 novembre 1910, o assumano una obbli-« gazione in *forma* item valida per soddisfare a quest'obbligo : e scorso « inutilmente questo tempo essi rimangano sospesi *a divinis;* salve le pene « ulteriori della decadenza dell'officio e della privazione della voce attiva « e passiva, se *(quod Deus avertat)* perseverassero nella loro ostinazione ».

Art. III. « Nell'atto della soddisfazione dei crediti, o dell'assunzione « della obbligazione per soddisfarli di cui all'art. II, la signorina *N.* « dovrà restituire ai superiori della provincia tutte le lettere del P. *V.* « e quanto riguarda le sue obbligazioni ».

Art. IV. « Circa la clausola finale del decreto del P. Generale, con « cui si esime la provincia *Y.* dal concorrere colla provincia *Z.* pel paga-« mento dei debiti del P. *V.,* la Commissione Cardinalizia non intende « pronunciarsi in merito, reputando ciò eccedere il suo mandato. Ma « lasciando libera quest' ultima provincia a far valere i suoi diritti, in «quanto possa averli, ricorrendo contro il decreto del Padre Generale; « vuole tuttavia che questa questione non debba affatto ritardare l'obbligo « della soddisfazione dei debiti di cui negli articoli precedenti : e prescrive « quindi che la medesima provincia *Z.* non possa esercitare il diritto «eventuale di rivalsa verso l'altra, se non abbia prima adempito alle « prescrizioni degli articoli predetti verso la signorina *N.* ».

Art. V. « L'esecuzione della presente sentenza viene affidata al « Revmo Ordinario, e della sentenza stessa sarà data copia al Revmo « P. Generale dell'ordine, ed al P. Provinciale ».

Dato a Roma, li 18 agosto 1914.

f GAETANO Card. DB LAI, Vesc. di Sabina.

f PIETRO Card. GASPARRI.

f BASILIO Card. POMPILJ.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

DECLARANTUR FINES VICARIATUUM APOSTOLICORUM MONGOLIAE ORIENTALIS ET MERIDIONALIS.

Decrevit haec S. Congr. Fidei Propagandae praeposita die 3 decembris anno 1883 quum per divisionem a magno praeexsistenti Vicariatu Apostolico Mongoliae illud erexit Mongoliae orientalis: « Vicariatus « Apostolicus Orientalis comprehendet magnum mandarinatum nuncu- « patum *Ge-Hol*, et habebit pro finibus in parte meridionali provinciam « Sinensem *Pe-che-ly,* in orientali et septentrionali Manchuriam, et in « occidentali Vicariatum Mongoliae centralis ». Nuper vero Ordinarii utriusque Missionis, intimius cognitis locorum adiunctis, preces una simul huic S. Consilio porrexerunt quaerentes ut ad declarationem praecedentis Decreti ediceretur Vicariatum Orientalem comprehendere iuxta transmissam regionis chartam: 1) magnum mandarinatum nuncupatum *Iehol*, et insuper-2) ad Orientem territoria exsistentia ad occidentem muri sinici *(barrière des pieux)* et fluminis *Leaoho* quae dependent a districtu civili *Moukden,* nominatim subpraefecturas *Tchangou, Kangping, Leaoiuen* et partem subpraefecturae *Fakoumenn;* 3) ad Meridiem territorium illud districtus civilis *Joungping* quod est extra magnum sinensem murum, nominatim partes subpraefecturarum *Tsuenhoa, Kiennan, Founing* et *Linniu;* 4) ad Occidentem principatum *Geschürten;* 5) ad Septentrionem territoria principatuum mongolensium confoederationis *Gherim* quae iacent intra viam ab urbe *Tsitsikar* Pekinum pergentem in parte orientali, et montes *Grand Kingghan* in parte occidentali. De tali re deliberationem habuere Emi ac Rmi S. huius Congregationis Patres in generali conventu habito die 16 superioris mensis novembris, proposito dubio « An Vicariatui Apostolico Mongoliae Orientalis adiudicari debeant praeter magnum « mandarinatum *lehol,* territoria quoque « superius nominata, iuxta schema a Vicariis Apostolicis Mongoliae « orientalis et Mongoliae centralis propositum ». Cui dubio responden-

dum censuere: « Affirmative tum quoad principatum de *Geschikten,* tum « quoad reliqua territoria, et declaretur Vicariis Apostolicis iam satis ad « hoc provisum per limites designatos a S. Congregatione in praecedenti « Decreto ». Hanc autem Emorum Patrum sententiam, Ssmus Dnus noster Benedictus Pp. XV in audientia concessa R. P. D. sacrae huius Congregationis Secretario die 23 eiusdem mensis ratam in omnibus habere et adprobare dignatus est.

Datum Romae ex aedibus S. huius Congr. de Propaganda Fide, die 12 decembris, anno Domini 1914.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*
L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius*

II

DECRETUM

ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE SAPPORO » IN IAPONIA

Invecto feliciter apostolicis laboribus alumnorum Seminarii Parisiensis Christiano Nomine in boreales imperii Iaponici regiones, novisque illuc appulsis etiam aliorum institutorum missionariis, visum est opportunum R. P. D. Alexandro Berlioz episcopo Hakodatensi, ad urgendum Fidei Catholicae propagationis opus, ut aliqua tam vastae suae dioeceseos pars in separatam erigeretur Missionem. Qua de re cum mature délibérassent Emi ac Rmi sacrae huius Congregationis Patres in generalibus comitiis diei 11 nuper elapsi ianuarii, dividendas esse censuerunt a dioecesi Hakodatensi: magnam insulam *Hokkaido* alias *Yesso* cum minoribus ab ea dependentibus, excepta provincia civili *Oshima* cum parvis insulis eiusdem forte provinciae iurisdictioni subiectis; partem illam insulae *Sachalin* modo imperio iaponico subiectam cum parvis dependentibus insulis; insulas *dein Kurille* nuncupatas eidem imperio subiectas quae sunt inter insulam Hokkaido et peninsulam *Kamtschatska:* ex iis autem erigendam esse Praefecturam Apostolicam ab urbe principe insulae Hokkaido « *de Sapporo* » nuncupandam, eamque concredendam Ordini Fratrum Minorum qui iam anteactis temporibus et evangelico zelo et adepta quoque suis in filiis inclita martyrii gloria de Catholica Religione in Iaponia tam ample meruit. Eminentis-

simorum vero Patrum sententiam a R. P. D. sacrae huius Congregationis Secretario Ssmo Dno nostro Benedicto Pp. XV in audientia eiusdem diei relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, et praesens in re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 12 februarii, anno 1915.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. £8 S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

8 febbraio 1915. — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Protettore della Congregazione delle Suore Missionarie di Nostra Signora d'Africa.*

9 febbraio. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore dell'Istituto delle Suore Orsoline Gerolimitane di Gandino, nella diocesi di Bergamo.*

— Il Rmo P. Nicola Reuter, dei Frati Minori Conventuali, *Consultore della sacra Congregazione dei Religiosi.*

U febbraio. — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Pro-Prefetto della sacra Congregazione dei Riti.*

15 febbraio. — L'Emo signor cardinale Antonio A guardi, *Protettore dell'Istituto delle Benedettine della perpetua adorazione, di Ronco di Ghiffa nella diocesi di Novara.*

24 febbraio. — Gli Emi signori cardinali Benedetto Lore n zeli i prefetto degli Studi, Ludovico Billot e Michele Lega, *Presidenti dell'Accademia Romana di S. Tommaso d'Aquino.*

27 febbraio. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Membro della sacra Congregazione dei Riti.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

6 febbraio 1915. — Mons. Antonio Ribacchi,* arcidiacono di Gualdo Tadino.

Prelati Domestici di S. S.:

30 gennaio 1915. — Mons. Giacomo canonico Ricci, vicario generale dell'archidiocesi di Siena.

3 febbraio. — Mons. Tommaso arciprete Waishe e Mons. Giovanni Me Kenna vicario generale, dell' archidiocesi di Wellington.

5 febbraio. — Mons. Giuseppe Guerri, prefetto ed amministratore della Dataria Apostolica.

— Mons. Paolo Mannens, vicario generale della diocesi di Ruremonda.

6 febbraio. — Mons. Pasquale de Maio, arcidiacono del capitolo cattedrale di Caserta.

— Mons. Giacomo Minozzi, primicerio dello stesso capitolo.

14 febbraio. — Mons. prof. Giorgio Reinhold, rettore magnifico dell'Università di Vienna.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 febbraio 1915. — Al sig. dott. Carmelo Arango, già inviato straordinario e ministro plenipotenziario della Repubblica di Colombia presso la Santa Sede.

10 febbraio. — Al sig. don Angelo De Estrada, già inviato straordinario e ministro plenipotenziario della Repubblica Argentina presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 febbraio 1915. — Al sig. cav. Ugo Fusco di Salvatore, dell'archidiocesi di Napoli.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

10 febbraio 1915. — Al sig. avv. Giulio Patriarca, procuratore legale dei SS. PP. AA.

19 febbraio. — Al sig. dott. Giuseppe Grasset, della diocesi di Montpellier.

Il Cavalierato dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 febbraio 1915. — Al sig. Nazareno Fausti, di Roma.

14 febbraio. — Al sig. Luciano Emanuele Poinçon La Blanchardière, dell'archidiocesi di Rennes.

U Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

3 febbraio 1915. — Al sig. Piero de Pray, pittore.
4 febbraio. — Al sig. ingegnere Guglielmo Palombi, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

9 novembre 1914. — Mons. Gasparo Burggraf, della diocesi di Monaco.
— Mons. Pietro Erlacher, della medesima diocesi.
— Mons. Lorenzo Galìinger, della medesima diocesi.
— Mons. Gaspare Villebaldo Kaiser, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Lechner, della medesima diocesi.
— Mons. Antonio Vollnhals, della medesima diocesi.
Mons. Carlo Walterbach, della medesima diocesi.
10 novembre. — Mons. Andrea B. Meehan, della diocesi di Rochester.
12 novembre. — Mons. Giovanni Giacomo Hopstaken, della dioc. di Breda.
— Mons. Antonio Schellekens, della medesima diocesi.
21 novembre. — Mons. Antonio Hensen, della diocesi di Harlem.
— Mons. Giacomo Graaf, della medesima diocesi.
— Mons. Lamberto Jansen, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe M. Taskin, della medesima diocesi.
— Mons. Pietro Thier, della medesima diocesi.
— Mons. Guglielmo Wittert van Hoogland, della medesima diocesi.
25 novembre. — Mons. Luigi Gavazzi, di Roma.
26 novembre. — Mons. Giulio Lacza, della diocesi di Giavarino.
— Mons. Lodovico Czingraber, della medesima diocesi.
— Mons. Lorenzo Barilich, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Ar Nitsch, della medesima diocesi.
— Mons. Andrea Werdenich, della medesima diocesi.
— Mons. Adalberto Z. Berty, della medesima diocesi.
30 novembre. — Mons. Giovanni Preti, della diocesi di Borgo S. Donnino.
— Mons. Giacomo Giuseppe Donati, della medesima diocesi.
7 dicembre. — Mons. Agostino Mucci, della diocesi di Arezzo.
12 dicembre. — Mons. Massimiliano Lechleitner, della diocesi di Fulda.
16 dicembre. — Mons. Giovanni Lucca, delle diocesi unite di Nepi e Sutri.
22 dicembre. — Mons. Giuseppe Conti, della diocesi di Fiesole.
23 dicembre. — Mons. Geysa Szemethy, della diocesi di Gran Varadino.

23 dicembre 1914. — Mons. Giuseppe Macchiceli' archidiocesi di Milano.
24 dicembre. — Mons. Edoardo Dominik, delF archidiocesi di Olmiitz.
31 dicembre. — Mons. Giuseppe De Felici, della dioces di Frascati.
U gennaio 1915. — Mons. Raffaele Amato, di Roma.
— Mons. Paolo Albera, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
19 gennaio. — Mons. Antonio Málek, della diocesi di Budweis.
— Mons. Francesco Beránek, della medesima diocesi.
— Mons. Pietro Steinbach, della medesima diocesi.
— Mons. Antonio Polansky, della medesima diocesi.
— Mons. Martino Fenle, della medesima diocesi.
— Mons. Carlo Slavik, della medesima diocesi.
— Mons. Giacomo Hoffelner, della medesima diocesi.
— Mons. Alfredo A. Sinnot, della diocesi di Charlottetown.
— Mons. Lorenzo Jella, della diocesi di Subiaco.
— Mons. Luigi Biferi, della medesima diocesi.
— Mons. Cirillo Riedl, della diocesi di Brünn.
— Mons. Giuseppe Kupka, della medesima diocesi.
- Mons. Giovanni Kisling, della medesima diocesi.
— Mons. Mattia Kabelka, della medesima diocesi.
— Mons. Roberto Piacitelli, di Roma.
23 gennaio. — Mons. Giuseppe Polvara, dell'archidiocesi di Milano.
— Mons. Amedeo M. L. Crooy, dell'archidiocesi di Malines.
26 gennaio. — Mons. Pasquale Santo Martino, della diocesi di Nictheroy.
27 gennaio. — Mons. Antonio Carile, della diocesi di Boiano.
30 gennaio. — Mons. Giuseppe Lugaresi, della diocesi di Cesena.
— Mons. Alfredo Vitali, di Roma.
— Mons. Antonio Farolfì, di Roma.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

9 novembre 1914. — Mons. Luigi Cerebotani, della diocesi di Monaco.
— Mons. Costantino Joerg, della medesima diocesi.
— Mons. Nicola Paulus, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Pichler, della medesima diocesi.
— Mons. Corrado di Preysing, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Thalmaier, della medesima diocesi.
— Mons. Giorgio Widmann, della medesima diocesi.
— Mons. Pietro Winkler, della medesima diocesi.
18 novembre. — Mons. Luigi Morelli, dell'archidiocesi di Brindisi.
— Mons. Oreste Masini, della diocesi di S. Miniato.
21 novembre. — Mons. Bernardo Klönne, della diocesi di Harlem.
— Mons. Nicola Smenlders, della medesima diocesi.
26 novembre. — Mons. Ladislao Saly, della diocesi di Giavarino.
30 novembre. — Mons. Angelo Gennai, della diocesi di Volterra.
— Mons. Giovanni Bertapelle, della diocesi di Vicenza.
— Mons. Alessandro Kalmar, dell'archidiocesi di Colocza.
7 dicembre. — Mons. Carmelo Parisi, della diocesi di Patti.
16 dicembre. — Mons. Luigi Ferrari, della diocesi di Vicenza.
23 dicembre. — Mons. Gioachino Bonardi, dell'archidiocesi di Firenze.
— Mons. Olinto Fedi, della medesima archidiocesi.

11 gennaio 1915. — Mons. Dario Valori, della diocesi di Volterra.
19 gennaio. — Mons. Emanuele (Üerveny, della diocesi di Budweis.
— Mons. Antonio Pixa, della medesima diocesi.
— Mons. Teodoro Kasper, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Herman, delia diocesi di Bosnia e Sirmio.
— Mons.' Pietro Pejakic, della medesima diocesi.
— Mons. Vincenzo Martínez Gamez, della diocesi di Jaén.
— Mons. Edoardo Leone Lancelle, della diocesi di Cambrai.
— Mons. Giovanni Prosswitz, della diocesi di Brünn.
— Mons. Giuseppe Dvorak, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Bulla, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Kelbl, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Barelli, della diocesi di Imola.
23 gennaio. — Mons. Raffaele Paolicelli, della diocesi di Lucera.
30 gennaio. — Mons. Cirillo Zucchetti, della diocesi di Cremona.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

10 dicembre 1914. — Mons. Francesco Paolo Grassi, della diocesi di Tricarico.
16 dicembre. — Mons. Agostino De Razza, della diocesi di Ugento.
23 dicembre. — Mons. Lorenzo Brein, della diocesi di Gran Varadino.
19 gennaio 1915. — Mons. Guglielmo Anderlió, della diocesi di Bosnia e Sirmio.
28 gennaio. — Mons. Emilio Vasari, dell'abbazia di S. Lucia del Mela.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

12 novembre 1914. — Il sig. Ernesto Laane, della diocesi di Dresda.
24 novembre. — Il sig. conte Giovanni Battista Paganuzzi, del patriarcato di Venezia.
30 novembre. — Il sig. marchese Antonio Zacchia Rondinini, dell'archidiocesi di Bologna.
— 11 sig. barone Salvatore Pennisi di Fioristella, della dioc. di Acireale.
10 dicembre. — Il sig. conte Cesare Sardi, dell'archidiocesi di Lucca.
— Il sig. marchese Gustavo Sardi, della diocesi di Montpellier.
22 dicembre. — Il sig. Pietro dei conti Galeotti Ottieri della Ciaja, della diocesi di Chiusi.
19 gennaio 1915. — li sig. Antonio de Egaña y Ar regni, della diocesi di Vittoria.
— il sig. conte Francesco Kwilecki, delFarcìiidiocesi di Gnesna e Posnania.
— Il sig. conte Stefano Lacki, della medesima archidiocesi.
— Il sig. David Hov/ell, della diocesi di Plymouth.
26 gennaio. — Il sig. marchese Lodovico Gavolti, dell'archid. di Genova.
— Il sig. conte Raffaele Emaldi, della diocesi di Imola.
27 gennaio. — Il sig. barone Ruggero Bruslé de Valsuzenay, della diocesi di Nancy.
1 febbraio. — Il sig. conte Federico Meis Colloredo, della dioc. di Casso via.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

21 novembre 1914. — Il sig. comm. Giuseppe Andiloro, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.

28 novembre. — Il sig. comm. Giuseppe Salviucci, di Roma'.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

9 novembre 1914. — Mons. Anselmo Arsan Adalar, della diocesi di Monaco.

26 novembre. — Mons. Giuseppe Nemeth, della diocesi di Giavarino.

30 novembre. — Mons. Vittorio Horváth, dell'archidiocesi di Colocza.

— Mons. Paolo Winkler, della medesima archidiocesi.

— Mons. Tiburzio Revay, della medesima archidiocesi.

16 dicembre. — Mons. Giorgio Naccari, della diocesi di Cbioggia.

23 dicembre. — Mons. Pasquale Di Domenico, dell'archidiocesi di Napoli.

19 gennaio 1915. — Mons. Lorenzo Ciccone, dell'archidiocesi di Aquila.

— Mons. Mariano Lorenzo Chavez, della diocesi di Chachapoyas.

— Mons. Elia Ocampo, della medesima diocesi.

27 gennaio. — Mons. Federico Gambarelli, della diocesi di Bergamo.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

26 novembre 1014. — Mons. Eugenio Dodek, della diocesi di Giavarino.

30 novembre. — Mons. Alessandro Fava, della diocesi di Borgo S. Donnino.

— Mons. Carlo Zgama, dell'archidiocesi di Colozca.

— Mons. Michele Hinger, della medesima archidiocesi.

NECROLOGIO

6 febbraio 1915. — Mons. Edoardo Gilpino Bagshawe, arcivescovo tit. di Seleucia d'Isauria.

15 febbraio. — Mons. Giuseppe Kahn, già vescovo di Gurk.

16 febbraio. — Mons. Alfonso Bermyn, vescovo tit. di Stratonica e vicario apostolico della Mongolia occiduo-meridionale.

19 febbraio. — Mons. Carlo Gustavo Walravens, vescovo di Tournai.

20 febbraio. — Mons. Edoardo Likowski, arcivescovo di Gnesna e Posnania.

23 febbraio. — Mons. Leonida Mapelli, vescovo di Borgo S. Donnino.

27 febbraio. — Mons. Cesare Boccanera, arcivescovo tit. di Nicosia.

Annus VII - Vol. VII Die 15 Martii 1915 Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ERECTIO NOVAE DIOECESIS

Ssmus D. N. Benedictus PP. XV decreto S. Congregationis Consistorialis diei 29 ianuarii 1915, per Apostolicas sub plumbo Litteras expediendo, territorium dioecesis Antioquiensis, in republica Columbiana, divisit in duas partes, et coarctata in parte septentrionali ipsa dioecesi Antioquiensi, in parte meridionali novam dioecesim *Iericoënsem* erexit, quam suffraganeam metropolitanae ecclesiae Medellinensis constituit.

Nova autem dioecesis Iericoënsis eosdem quoquoversus habet fines, quibus modo avulsa meridionalis pars ipsius dioecesis Antioquiensis antea circumscribebatur; excepto septentrionali latere, in quo ipsa secernitur ab Antioquiensi per limites meridionales paroeciarum vulgo *Antioquia* et *Frontino;* adeo ut nova dioecesis has quae sequuntur complectatur paroecias, vulgo dictas: *Jericò, Andes, Ama, Betania, Betulia, Bolivar, Caycedo, Çaramanta, Concordia, Jardin, Puéblorrico, Salgar, Támesis, Tarso, Urrao* et *Valparaiso.*

II

TITOLI DIOECESIS IMMUTATIO

Decreto S. C. Consistorialis 12 februarii 1915 Ssmus Dominus noster Benedictus XV de Apostolicae potestatis plenitudine, suppressa antiqua Bisarchiensi denominatione, eamdem dioecesim eiusque pro

tempore episcopum ex nomine Urbis Octerii, quae est episcopi residentia, posthac Octerienses nuncupandos statuit ac decrevit.

III

TITULI CATHEDRALIS, HONORIS CAUSA, ADTRIBUTIO

Ssmus D. N. Benedictus PP. XV decreto consistoriali die 2 Ianuarii 1915 parochialem ac collegiatam ecclesiam S. Benedicti in urbe vulgo *Gualdo Tadino* exstantem ad cathedralis dignitatem, *honoris tantum causa,* evexit, idemque Tadinensem titulum ab eiusdem nominis civitate univit veteri titulo Nucerino ita ut posthac dioecesis et episcopus Nucerinus simul ac Tadinensis nuncupari possit ac debeat, sartis tectisque de cetero iuribus ac privilegiis honoris et iurisdictionis quae modo competunt capitulo Nucerino eiusque eathedrali ecclesiae.

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, nempe:

11 februarii 1915. — Cathedrali ecclesiae Matanzensi praefecit Riñum D. Severianum Sainz, vicarium generalem S. Christophori de Habana.

— Titulari episcopali ecclesiae Danabensi R. D. Arnoldum Franciscum Diepen, canonicum ecclesiae cathedralis Boscoducensis, quem constituit ^Coadiutorem cum iure futurae successionis Rmi Episcopi Boscoducensis.

22 februarii. — Titulari episcopali ecclesiae Dorylensi R. D. Ioannem Baptistam Perez, canonicum metropolitanae ecclesiae Valentinae,, quem constituit Auxiliarem Emi ac Rmi Dñi Cardinalis Archiepiscopi Toletani.

23 februarii. — Titulari episcopali ecclesiae Sorensi R. D. Antonium Monestel, parochum loci S. Antonii de *Belen* in dioecesi S. Iosephi de Costarica, quem deputavi! in Coadiutorem cum iure futurae successionis Rmi Episcopi de Comayagua.

25 februarii. — Titulari episcopali ecclesiae Birthensi R. D. Emmanuel Vidal erBoullón, administratorem apostolicum Civitatensem.

26 februarii 1915. — Metropolitanae ecclesiae S. Ioannis Terrae Novae R. D. Eduardum Patritium Roche, ipsius archidioecesis administratorem.

— Titulari ecclesiae episcopali Halicarnassensi Rmum D. Thomam Franciscum Doran, dioecesis Providentiensis vicarium generalem, quem constituit Auxiliarem Rmi Episcopi Providentiensis.

5 ***martii.*** — Patriarchali ecclesiae Venetiarum R. P. D. Petrum La Fontaine, hactenus episcopum Charystiensem et a Secretis S. Congregationis Rituum.

10 martii. — Ecclesiae cathedrali Cratensi R. D. Quintinum Rodríguez de Oliveira et Silva, parochum in eadem civitate Cratensi.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DUBIA

CIRCA INTERRUPTIONEM STUDIORUM

Huic sacrae Congregationi de Religiosis propositae fuerunt quaestiones:

I. Cum haud raro contingat, ut Religiosi studentes, absque ulla ipsorum aut superiorum culpa, per plures menses studia interrumpere cogantur (ex. gr. infirmitatis, aut servitii militaris causa), quaeritur utrum huiusmodi studentes totum annum scholarem sic interruptum seu abbreviatum repetere teneantur; an a Superiore generali, accedente voto deliberativo suorum Consiliariorum, dispensari possint.

II. Utrum examen seu periculum de quo in Responso ad n. VI Declarationum sacrae Congregationis diei 7 septembris 1909 sermo est, subiri debeat etiam ab alumnis, qui aliquam disciplinam accessoriam Theologiae in scholis non excoluerint; et si affirmative, utrum hoc examen tam ab istis alumnis quam ab aliis subeundum, coincidere possit cum examine in fine anni scholaris subiri solito.

Quibus quaestionibus, in Congregatione generali diei 8 ianuarii 1915, Emi Patres responderunt:

Ad I Negative ad 1^{am} partem; affirmative ad 2^{am}, dummodo 1) interruptio seu compendium studiorum complexive non duraverit

ultra tres menses; 2) studia omissa scholis privatis suppleta fuerint; 3) et in examine constiterit, ex testimonio examinatorum seu doctrinae iudicum, alumnos disciplinas, de quibus in eorum absentia in scholis actum est, prorsus didicisse.

Ad II Examen, de quibus in Responso ad num. VI Declarationum sacrae Congregationis diei 7 sept. 1909 agitur, requiri pro qualibet disciplina omissa, sufficere tamen examen ordinarium etiam in fine anni praestitum, quod ex testimonio examinatorum seu doctrinae iudicum constare debet.

Et sanctissimus Dominus noster Benedictus XV in audientia diei % ianuarii 1915, infrascripto Secretario benigne concessa, has responsiones approbare et confirmare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus. *

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 1 martii 1915.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

L.6BS.

f Adulphus, Episcopus Canopitan., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

30- ianuarii 1915. — *Episcopus titularis ecclesiae Prienensis et vicarius apostolicus Saxoniae, confirmata eius electione in decanum Capituli S. Petri Budissae et administratorem praefecturae apostolicae Lusatiae,* R. P. D. Franciscus Löbmann, canonicus eiusdem Capituli.

13 februarii. — *Episcopus titularis Soliensis seu Soliorum,* R. P. D. Leonardus Baumbach, olim episcopus Nicopolitanus.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DUBLINEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI

DERMITII O' HURLEY ARCHIEPISCOPI CASSELIENSIS, CORNELII O' DEVANY, ORDINIS S. FRANCISCI, EPISCOPI DUNENSIS ET GONNORENS1S, TERENTII ALBERTI O' BBIEN, ORD. PRAED1C, EPISCOPI IMOLACENSIS, ET SOCIORUM.

In Hibernia, heroum nutrice, exorta saeculis xvi et xvn effrenata et furiosa adversus catholicos persecutione, praeter innumeros Christi athletas qui in ea occubuerunt et quorum nomina, mortalibus ignota, scripta sunt in libro Vitae, complures, nomine et fama noti, in hominum memoria adhuc vivunt. Inter hos numerantur quatuordecim Ecclesiae praesules, multi sacerdotes cleri saecularis, aliique viri ad religiosas familias seu ordines pertinentes, nempe Praemonstratensium, Cisterciensium, Praedicatorum, Franciscanum, Augustinianensium, Carmelitarum, Ssmae Trinitatis et societatis Iesu, necnon laici ac nobiles personae, quibus accedunt sex piae mulieres. Quorum martyrii opinio cum satis constans visa sit, informativi processus in ecclesiastica curia Dublinensi adornati sunt super ipsa fama martyrii et signis aut miraculis praefatorum Servorum Dei. Hos vero processus, Romam ad sacram Rituum Congregationem delatos, secutae sunt plures litterae postulatoriae Archiepiscoporum et Episcoporum, praesertim Hiberniae, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium. Quumque omnia in promptu essent, instante R. P. D. Michaele O'Riordan, protonotario apostolico, collegii Hibernorum in Urbe moderatore et Causae postulatore, totius Hiberniae catholicae vota depromente, Emus et Rmus dnus cardinalis Vincentius Vannuteili, episcopus Praenestinus et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrorum Rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit:^ *sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus propositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, omnibus maturo examine discussis ac perpensis^ rescribendum censuerunt : *Signan-*

dam esse, si Sanctissimo placuerit, Commissionem de biscentum quinquorgintaseptem Servis Dei, nempe: *Ex Archiepiscopis:* Dermetius O' Hurley archiepiscopus Gasseliensis, Richardus Creagh archiepiscopus Armachanus, Edmundus Mae Gauran archiepiscopus Armachanus, Malachias O' Queely archiepiscopus Tuamensis, omnes e clero saeculari. - *Ex Episcopis:* Mauritius O' ßrien episcopus Imolacensis, Redmundus Gallagher episcopus Derriensis, cum tribus sociis, Edmundus Dungan, tertiarius Ordinis S. Francisci, episcopus Dunensis et Gonnorensis, Heber Mac Mahon episcopus Glogherensis, Eugenius Mae Egan episcopus designatus Rossensis, omnes e clero saeculari; Guilelmus Walsh ex ordine Cisterciensium, episcopus Medensis, Patricius 0'Healy episcopus Mayensis, Cornelius O' Devany episcopus Dunensis et Connorensis, ßoetius Egan episcopus Rossensis, omnes ex Ordine S. Francisci; Terentius Albertus O' Brien, ex ordine Praedicatorum, episcopus imolacensis. - *J$x sacerdotibus saecularibus:* Eugenius Cronin, Laurentius O' More, Richardus French, Aeneas Penny, Ioannes O' Grady, Mauritius O' Kenraghty, Andreas Striteli, Bernardus Moriarty, Ioannes Stephens, Gualterius Ternan, Georgius Power vicarius generalis, Ioannes Walsh vicarius generalis, Nicolaus Young, Daniel O' Moloney, Donough O' Cronin clericus, Ioannes O' Kelly, Brian Murchertagh, Donough O' Falvey, Bernandus O' Carolan, Donatus Mae Gried, Patricius O' Derry, Ioannes Lune, Patricius O' Loughran, Ludovicus O' Laverty, Philippus Gleary, Henricus White, Theobaldus Stapleton, Eduardus Stapleton, Thomas Morrisey, Thomas Bath, Rogerius Ormilius, Hugo Garrigi, Bernardus Fitzpatrick, Daniel Delaney, Daniel O' Brien, Iacobus Murchu, Iacobus O' Hegarty. - *Ex Ordine Praemonstratensi:* Ioannes Kieran vel Mulcheran. - *Ex Ordine Cisterciensium:* Gelasius O' Cullenan, Nicolaus Fitzgerald, Prior et socii coenobii S. Salvatoris, Patricius O' Connor, Malachias O' Kelly, Abbas et monachi Coenobii Magiensis, Eugenius O' Gallagher, Bernardus O' Treivir, Iacobus Eustace, Malachias Shiel, Edmundus Mulligan, Lucas Bergin. - *Ex Ordine Praedicatorum:* P. Mae Ferge cum sociis, Triginta duo religiosi conventus Londonderryensis, Ioannes O' Luin, Donough O' Luin, Guilelmus Mae Gollen, Petrus O' Higgins, Cormac Mae Egan, Raymundus Keogh, Richardus Barry, Ioannes O' Flaverty, Geraldus Fitzgerald, David Fox, Donald O' Neaghten, Iacobus O' Reilly, Dominicus Dillon, Richardus Oveton, Stephanus Petit, Petrus Costello, Gulielmus Lynch, Myler Mae Grath, Laurentius O'Ferrai, Bernardus O'Ferrai, Ambrosius Aeneas O'Cahiil, Edmundus O' Beirne, Iacobus Woulf, Vincentius Gerardus Dillon, Iacobus Moran, Donatus Niger, Gulielmus O' Connor, Thomas O' Higgins, Ioannes

O' Gullen, David Roche, Bernardus O' Kelly, Thaddaeus Moriarty, Hugo Mac Goill, Raymundus O' Moore, Felix O' Connor, Ioannes Keating, Clemens O' Callaghan, Daniel Mac Donnei, Felix Mac Donnell, Dominicus Mac Egan. - *Ex Ordine S. Francisci:* Conor Macuarta, Rogerus Congaill, Fergallus Ward, Edmundus Fitzsimon, Donough O' Rourke, Ioannes O' Lochran, Cornelius O' Rourke, Thaddaeus aut Thomas O' Daly, Ioannes O' Dowd, Daniel O' Neilan, Philippus O' Lea, Mauritius O' Scanlon, Daniel Himrecan, Carolus Mae Goran, Rogerus O' Donneilan, Petrus O' Quillan, Patricius O' Kenna, Iacobus Pillanüs, Rogerus 0'Hanlan, Felimeus O' Hara, Henricus Delahoyde, Thaddaeus O' Meran, Ioannes O' Daly, Donatus" O' Hurley, Ioannes Cornelius, Dermitius O' Mulroney, Frater Thomas cum socio, Ioannes O'Molloy, Cornelius 0'Dogherty, Calfridus 0'Farrel, Thaddaeus O'Boyle, Patricius O'Brady, Matthaeus O' Leyn, Terentius Macmepp, Lochlonin Mae O' Cadha, Magnus 0'Fodhry, Thomas Fitzgerald, Ioannes Honan, Ioannes Cathan, Fran^ ciscus O' Mahony, Hilarius Conroy, Christophorus Dunlevy, Richardus Butler, Iacobus SauJ, Bernardus Horumley, Richardus Synnot, Ioannes Esmond, Paulinus Synnot, Raymundus Stafford, Petrus Stafford, Didacus Cheevers, Ioseph Rochford, Eugenius O' Leman, Franciscus Fitzgerald, Antonius Musaeus, Gualterus de Wallis, Nicolaus Wogan, Dionysius O'Neilan, Philippus Flasberry, Franciscus O'Sullivan, Ieremias de Nerihiny, Thaddaeus O' Caraghy, Gulielmus Hickey, Rogerius de Mara, Hugo Mac Keon, Daniel Clanchy, Neilan Loughran, Antonius O' Farrel, Antonius Broder, Eugenius 0'Cahan, Ioannes Ferali, Bonaventura de Burgo, Ioannes Kearney, Bernardus Connaeus. - *Ex Ordine S. Augustini:* Thaddaeus O'Connel, Augustinus Higgins, Petrus Taffe, Gulielmus Tirrey, Donatus O' Kennedy, Donatus Serenan, Fulgentius Jordan, Raymundus O'Malley, Thomas Tullis, Thomas Deir. -*Ex Ordine Carmelitano:* Thomas Aquinas a Iesu, Angelus a S. Iosepho, Petrus a Matre Dei. - *Ex Ordine Ssmae Trinitatis:* Cornelius O' Connor, Eugenius O' Daly. - *Ex Societate Iesu :* Edmundus Mac Danieli, Dominicus O' Collins, Gulielmus Boyton, Robertus Netterville, Ioannes Bath. - *Ex laicis ac nobilibus:* Gulielmus Walsh, Oliverius Plunkett, Daniel Sutton, Ioannes Sutton, Robertus Sherlock, Matthaeus Lamport, Robertus Myler, Eduardus Cheevers, Ioannes O' Lahy, Patricius Canavan, Patricius Hayes, Daniel O' Hannan, Mauritius Eustace, Robertus Fitzgerald, Gualterus Eustace, Thomas Eustace, Christophorus Eustace, Gulielmus Wogan, Gualterus Alymer, Thaddaeus Clancy, Petrus Meyler, Christophorus Roche, Michael Fitzsimon, Patricius Browne, Thomas Mae Creith, Ioannes de Burgo, Brian O' Neil, Arthurus O' Neil, Rodrigus O' Kane, Godefridus O' Kan e,

Alexander Mae Sorley, Franciscus Tailler, Hugo Mac Mahon, Cornelius Maguire, Donatus 0'Brien, Iacobus O'Brien, Bernardus O'Brien, Daniel O' Brien, Dominicus Fanning, Daniel O' Higgin, Thomas Stritch, Ludovicus O'Ferrai, Galfridus Galway, Patricius Purcell, Theobaldus.de Burgo, Galfridus Baronius, Thaddaeus O' Connor Sligo, Ioannes O' Connor, Bernardus Mae Briody, Felix O'Neil, Eduardus Butler. -*Ex* ***feminis;*** Eleonora Birmingham, Elisabetha Kearney, Margarita de Cashel, Brigida Darcey, Honoria de Burgo, Honoria Magan. - Quoad reliquos Dei Servos viginti tres: ***Dilata et coadiuventur probationes.*** Die 9 februarii 1915.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae biscentum quinquaginta septem praefatorum Servorum Dei, die ***i%*** eisdem mense et anno.

ANTONIUS CARD. VICO, ***S. B. G. Pro-Praefectus.***

L. « S .

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., ***Secretarius.***

SACRA STUDIORUM CONGREGATIO

ACADEMIAE ROMANAE S. THOMAE AQUINATIS STATUTA IUSSU SSMI D. N. BENEDICTI PP. XV RETRACTA TA EX MOTU PROPRIO « NON MULTO POST » DIEI XXXI DECEMBRIS MGMXIV

I. Romana S. Thomae Aquinatis Academia eo spectat, ut Angelici Doctoris philosophiam illustret, defendat ac tueatur. Sermone utitur latino. Praesident ei tres S.R. E. Cardinales; quorum Cardinalis Praefectus ***pro tempore*** sacri consilii studiis regundis prior loco est: adsunt a secretis seu a commentariis adiutor unus cum duobus subadiuvis; quibus munus mandatur in triennium, mandatumque iterari licebit. Complectitur Academia magistros, sodales et alumnos; alumnis autem

doctoris conferre lauream, eosque doctores renuntiatos sodalibus adgregare potest.

II. Magistri minimum semel in unaquaque anni academici hebdomade S. Thomae libros de rebus philosophiae praelegant, praesertim utrosque Commentarios in Aristotelem et in Boethium: disputationes alumnorum, quae et ipsae hebdomadales in altera anni scholastici parte debent esse, moderentur: et una cum sodalibus, quid quisque alumnorum in doctrinae experimentis meritus sit, iudicabunt.

III. Alumni adsciscantur spei bonae adolescentes, qui cum in philosophiae studio ordinarium trium annorum spatium confecerint, sacrae theologiae dent operam *textum* adhibentes ipsam Summam S. Thomae. Iique in statis disputationibus syllogisticis, quae quidem tum de thesibus, quas sacrum consilium studiis regundis die xxvn iulii MCMXIV approbavit, tum de aliis fient, quas quotannis Emi Praesides, cum magistris Academiae convenientes, praescripserint, vel *defendentium* vel *arguentium* partes agant. Singulis autem mensibus unus e magistris itemque e sodalibus aliquam philosophiae scriptionem recitabunt.

IV. Alumnus qui doctoris lauream in philosophia S. Thomae expetat, ad periculum doctrinae et scripto et voce faciendum de quolibet capite philosophiae, quae vel in speculatione veri vel in moribus versetur, ne admittatur, nisi minimum biennio praelectiones disputationesque frequentaverit, ac duas ex his disputationibus feliciter habuerit.

V. Qui doctoris in philosophia lauream consecutus est, si evadere velit sodalis Academiae adgregatus, praelectionibus et disputationibus interesse alterum biennium pergat, ac publice propugnati one m universae Aquinatis philosophiae suscipiat agatque cum laude.

•VI. Candidato res successerit satis, si duas tertias punctorum partes tulerit. Examinatores seu doctrinae iudices, quibus suffragii ius est, sive magistri sive sodales, ab Emo primo Praeside deligantur; et ii quidem ne minus quam tres unquam sint: ac tum ad probandum tum ad improbandum terna singuli habeant puncta, secreto attribuenda. Qui est a commentariis Academiae, itemque duo qui infra eum sunt, nisi examinatorum officio fungantur, suffragium non habent: verumtamen unus eorum candidatis examinandis semper adsit, qui rei exitum adnotabit.

VII. Sub finem anni academici, proposito ab Emis Praesidibus argumento, certamen doctrinae scribendo fiet. Scriptionum ii erunt iudices, quos Academia designaverit. Quod si plures idem mereri videantur, non partitum praemium, sed integrum singuli obtinebunt.

VIII. Certum quoque praemium tum magistris et sodalibus vel pro praelectionibus quas habuerint, vel pro scriptionibus quas confecerint, vel

prout coetibus adfuerint, tum etiam alumnis, pro disputationibus quas sive defendendo sive arguendo participaverint, tribuetur. Huiusmodi autem praemia, itemque ceteras omnes impensas quotannis faciendas, Emi Praesides definient; ii vero qui sunt a commentariis Academiae, Praesidibus postea rationem • reddent.

Datum ex S. Congregatione Studiorum, die 12 martii 1915.

B. CARD. LORENZELLI, *Praefectus.*

A. Dandini, *Secretarius.*

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DE SACERDOTIBUS NON CAPPELLANIS AD EXERCITUM PERTINENTIBUS QUOAD FACULTATEM EXCIPIENDI CONFESSIONES FIDEL [UM DURANTE BELLO.

Post promulgationem decreti dati die 18 decembris 1914 de cappellanis militum quoad facultatem ad excipiendas sacramentales fidelium confessiones durante bello, propositum est huic S. Poenitentiariae sequens dubium:

« An sacerdotes qui quovis titulo ad exercitum pertineant, possint, « durante bello, dum exercitum jjcomitantur, uti facultatibus omnibus, « quibus ex decreto S. Poenitentiariae dato die 18 decembris 1914 fruuntur « cappellani militum ? ».

Eadem vero sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis, benigne sic annuente sanctissimo Domino" nostro Benedicto Papa XV respondendum esse decrevit:

« Affirmative, dummodo sacerdotes, de quibus agitur, vel a proprio «vel áb alio Ordinario confessiones fidelium excipiendi facultatem antea «acceperint, quae positive revocata non fuerit».

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, in sacra Poenitentiaria, die 11 martii 1915.

S. CARD. VANNUTELLI, *Maior Poenit.*

L. g* S.

I. Palica, *S. P. Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

GORDUBEN. IN AMERICA

IURIUM

Benedicto Papa XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 1 februarii 1915, RR. PP. DD. Quilielmus Sebastianeiii Decanus, Ponens, *Seraphinus Manu et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Gorduben. in America, Iurium, *inter Capitulum maioris ecclesiae Gorduben. actorem repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri advocatum et Episcopum Gorduben. reum repraesentatum per legitimum procuratorem Nazarenum Patrizi advocatum, interveniente et disceptante in causa Revmo Promotore iustitiae apud H. S. O. sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Anno Domini 1571 Gubernator Tucumanensis in America meridionali in aedificanda nova civitate, cui nomen *Cordoba,* aream quamdam destinavit pro nova etiam parochiali ecclesia exstruenda sub invocatione *Nostra Signora della Rupe.* Non tota autem area donata adhibita fuit in ecclesiae constructione, sed magna pars libera remansit ecclesiam undequaque circum dans. Ecclesia, nondum saeculo ab aedificatione transacto, penitus collapsa, iterum reaedificata est, et a R. P. Innocentio XII, anno 1699, ad dignitatem fuit ecclesiae cathedralis evecta. Voluit nempe Pontifex ut capitulum cathedralis ecclesiae S. Iacobi de *l'Estero,* ad novam ecclesiam transferretur, quod exsecutioni demandavit anno 1700 Carolus II Hispaniarum rex.

Construetis ab episcopo Mercadillo in area, quae supererai, seminario dioecesano, sacristia atque aedificiis curialibus, pars adhuc remansit viam a die 27 aprilis nuncupatam prospiciens. Super hac parte hodiernus Cordubensis antistes decem domos exstruendas curavit anno 1905, irrequisito capitulo, quod proinde ab eodem per epistolam diei 17 augusti 1911 quaesivit: « 1) Con quali fondi sono state costruite le case sul « terreno appartenente alla Cattedrale ? 2) Se sono stati già pagati inte« gr al m ente ed in quale stato si trovano i debiti? 3) Quale destinazione « si dà alla rendita che producesi dalle dette case? ». Episcopus die

25 octobris eiusdem anni reposuit, sibi et non capitulo competere dominium in fundum, ac domus in eodem fundo aedificatas. Hac habita responsione, capitulum reputans propria iura fuisse laesa ab episcopo, obtenta Pontificis commissione, eumdem in ius rapuit apud H. S. O. et hodie quaestio dirimenda proponitur sub sequenti dubio a partibus concordato: *An Capitulo Cathedrali, vel Ordinario Cordubensi in America, dominium aliave iura competant in fundo, de quo in casu?*

Quoad ius, haec Domini Patres adnotarunt. In concilio provinciali Neogranatensi celebrato anno 1858, quoad rerum ecclesiasticarum dominium legitur: «Ad universae Ecclesiae caput spectat altum rerum eccle- « siasticarum dominium, tueri et defendere sua bona, earumque admini- « strationem moderari: at utile dominium et directum speciatim cuiusque « singularum ecclesiarum, ad illam pertinet ecclesiam, cui tituli posses- « sionis addicti sunt ». Bonorum proinde huiusmodi ecclesiasticorum proprietas est penes ipsas ecclesias; administratio vero penes earum rectores. Cum autem in casu agatur de ecclesia cathedrali, probabilior, imo communior et iuri conformior sententia est administrationem bonorum ecclesiae cathedralis pertinere ad episcopum simul et capitulum. Hoc eruitur ex cap. *Relatum,* 12, *De testamentis,* in quo Pontifex, postquam decrevit bona intuitu ecclesiae a clerico acquisita, per obitum huius clerici remanere debere ecclesiae, haec addit: « Nomine autem « ecclesiae non episcopus aut successor clerici morientis, ubi est colle- « gium clericorum, sed communis congregatio intelligitur, quae rerum « illarum debet canonicam distributionem et curam habere ». Unde quoad bona intuitu ecclesiae acquisita, seu ecclesiae propria, Pontifex attribuit dominium et administrationem non soli episcopo, sed communi clericorum congregationi i. e. capitulo. Et notandum est in hoc capite agi non tantum de capitulis collegiatis, sed de capitulis etiam cathedralibus, uti patet ex verbis « nomine ecclesiae non episcopus, sed communis « congregatio intelligitur ».

Cohaerenter ad haec S. R. Rota in decis. 16, P. I. Recent, dicit: « Capitulum habet intentionem fundatam in iure super administratione « bonorum et redituum ecclesiae ». Hanc sententiam tenent canonistae fere omnes, recentiores praesertim. Ita Bouix : « Ex iuris dispositione, « et receptissima doctorum sententia, statuitur regimen et administra- « tionem ecclesiae cathedralis pertinere ad capitulum cumulative cum « episcopo ... et nec capitulum sine consensu episcopi, nec episcopus sine «consensu capituli, potest aliquid valide statuere » *(De* ***Capitula,*** pag. 471).

Quod repetit Lombardi in suis *Institutionibus* vol. Ii, pag. 795, n. 4 asserens « aliqua esse negotia, circa quae capitulum, quamvis « cathedrale, nequit statuta condere, ut sunt v. g. quae concernunt « statum dioeceseos: nonnulla vero esse de quibus nec capitulum solum, « nec praelatus solus possunt decernere, sed coniunctim tantum, ut « ecce quae pertinent ad administrationem ecclesiae cathedralis ».

Eadem habet eminentissimus Gennari *(Questioni Canoniche,* n. 379): « Questa (cathedralis videlicet ecclesia) è del capitolo sotto la dipen- « denza del vescovo. Così il capo *Relatum, ì% De testam.* ... E però il « Reclusi potè scrivere *(de parodi.,* n. 143): " Episcopus et capitulum pro- « miscue habent administrationem et dominium ecclesiae „ ». Et merito quidem, etenim « ecclesia cathedralis, uti scribit De Luca, *in Ann. ad « C. T.,* disc. XXXI, n. 1, efformatur coniunctim ab episcopo et capitulo, « ab illo scilicet tamquam capite, ab isto autem tamquam reliquo cor- « pore, proinde si iurisdictio ecclesiastica penes totum corpus habitua- « Uter residet, quamvis exercitio in plerisque capiti competat », multo magis hoc dici debet de ipsius ecclesiae cathedralis administratione. Administratio autem importat omnes illos actus, qui ad conservationem et meliorationem substantiae, rerum ecclesiasticarum iam acquisitarum, vel qui ad legitimam perceptionem, conservationem, alienationem, et praesertim applicationem fructuum ac redituum ecclesiasticorum referuntur (Wernz, tom. III, n. 143).

Nunc ad factum. Fundus, de quo disputatur, uti diximus in specie, pars est areae, quam gubernator Tucumanensis regionis donavit pro erigenda ecclesia parochiali. « E subito (legitur in instrumento funda- « tionis civitatis Cordubensis) il detto signor governatore prese una « croce di legno nelle sue mani, e la pose in luogo di due aree, nella « piazza principale di detta città, le quali disse che destinava e destinò « per la chiesa maggiore in nome di sua Maestà ... e prendendo per la « mano il molto reverendo padre de Herrera, curato e vicario della detta « città, gli dette il possesso di dette due aree in nome della detta chiesa ». Fundus igitur donatus fuit ecclesiae parochiali et vicarius fundi possessionem cepit nomine ipsius ecclesiae. Si proinde, constructa ecclesia, pars areae remansit, haec pars non desiit esse ecclesiae. Cum autem anno 1699 erecta fuerit in cathedralem, translata scilicet cathedralitate ab ecclesia civitatis *Santiago dell'Estero* ad ecclesiam Cordubensem, vi huius erectionis fundus controversus transiit in dominium ipsius ecclesiae cathedralis. Quando enim aliqua ecclesia parochialis erigitur in collegiatam aut cathedralem, omnia eius bona et iura transeunt in col-

legiatam aut cathedralem, nisi pro aliquo speciali bono aut iure fiat in bulla erectionis expressa exceptio. Ratio est, quia bona et iura sunt accessoria relative ad ipsam ecclesiam, et ideo naturam sequi debent principalis, unde totum ens parochiale, constans scilicet ecclesia et bonis annexis, fit ens collegiale aut cathedrale, ut dixit Rota in Salutiarum coram Many, 1 iulii 1913. Nullam autem invenimus expressam in casu exceptionem nec in brevi erectionis Innocentii XII nec in decreto executoriali Caroli II.

Neque difficultas moveri potest ex eo, quod cura animarum continuata fuerit in maiori ecclesia Cordubensi, sicuti antiquitus, absque ulla dependentia a capitulo. Etenim cura animarum nullo modo connectitur cum iuribus proprietatis ipsius ecclesiae, et parochus, etsi liber et independens a capitulo, nullo prorsus iure sibi vindicare potest administrationem bonorum ad ecclesiam cathedralem pertinentium. Independentia hoc tantum secumfert, ut parochus possit administrare sacramenta, ceterasque functiones parochiales peragere, quae stricti iuris parochialis sunt, uti adnotat Emus Gennari in loco superius citato, afferens decisionem S. Congr. Ss. Rituum 13 septembris 1879 in Baionen. Et adno*-tetur quod in maiori ecclesia Baionen, parochus est liber et independens a capitulo sicut et in ecclesia Cordubensi.

Ulterius bona antiquae ecclesiae parochialis, et in specie solum ecclesiae contiguum, transiisse in ecclesiam cathedralem Patres derivarunt ex quibusdam factis, quae in actis adnotata reperiuntur: 1) Capitulum statim post erectam cathedralem curavit, ut in solo ecclesiae contiguo, ex lignis etlapidibus antiquae ecclesiae dirutae quaedam conditoria (vulgo *magazzini)* construerentur ad varios usus adhibita. 2) Episcopus Mercadillo post duos annos a translatione capituli a S. Iacobo *dell'Estera* ad Cordubam, cum eo pertractavit de erigendo seminario « nel recinto « della S. Chiesa cattedrale di questa città, nel quai recinto sono « costruiti alcuni magazzini, che si costruirono col legname, e coi «mattoni della caduta chiesa». Episcopus et capitulum statuerunt ut seminarium aedificaretur, índemni tamen facta fabrica ecclesiae cathedralis de conditoriis, quae propter seminarii constructionem erant destruenda. « In conseguenza venga pagato alla fabbrica il costo del- « l'opera dei magazzini, ad eccezione del valore del legname, e mate- « riali, ecc. ». 3) Cum, sede vacante, anno 1820 vicarius capitularis, seu,. alio nomine, provisor vellet nonnulla sepulcra aedificare pro clero « ai « lati esteriori della chiesa cattedrale », nec non ponere « una veranda « di ferro, e inoltre due per le torri del campanile » capitulum legitime congregatum, hac de re deliberavit, suumque consensum solemniter

scripto dedit. Quae facta luculenter ostendunt solum cathedrali ecclesiae contiguum habitum fuisse ut pertinens ad eamdem cathedralem ecclesiam.

Postremo loco perpendere voluerunt Patres, rationes, quibus episcopus Cordubensis sibi, vel propriae mensae vindicare conatur fundi controversi proprietatem. Hae indicantur ab eodem antistite in una responsione ad capitulum diei 25 octobris 1911, et possunt reduci ad tres: 1) quia fundus adhibitus olim fuit ad coemeterium; 2) quia fuit a capitulo omnino derelictus ; et 3) ab episcopo longa possessione praescriptus.

At nullius ponderis est prima ratio. Non est enim, dubitandum aream, de qua controvertitur, fuisse coemeterium: hoc enim quamvis in dubium revocari videtur a patrono capituli, aperte .scatet ex actis. Ita, anno 1585, tunc temporis novae ecclesiae parochus mortuum quemdam sepelivit in via, quae, decurrens ante ecclesiam, eamdem separabat ab aedibus civilis capituli, quod parocho mandavit, ut cadaver removeret et sepeliret in areis ad sepeliendum destinatis et ecclesiae adiacentibus: « Sua Signoria ordinò al signor parroco di esumare il detto cadavere, « e farlo inumare in uno dei recinti che sono stati segnalati a tale effetto « dalla detta chiesa maggiore »; vel uti scribit episcopus Cordubensis: « Il « capitolo civile protestò di nuovo ed ordinò al vicario di far dissotter- **ri** rare il detto cadavere e di metterlo nella parte del suolo destinato per « la detta chiesa maggiore ». Hoc tamen admisso, sicuti in actu erectionis ecclesia parochialis transivit in dominium ecclesiae cathedralis, ita et a fortiori coemeterium, prouti ecclesiae parochialis accessorium, uti expresse legitur in cap. un. *Si ecclesiam, De cons. eccl. et altaris* in VI. Negari quidem nequit parochiam retinuisse aliquem usum huius coemeterii : eodem enim modo, quo libera et independens retinuit aliquem usum ipsius ecclesiae in cathedralem erectae, usum scilicet unius capellae ad exercenda munia parochialia, ita pariter retinuit usum coemeterii ad sepeliendos mortuos suos. Aliis verbis, post erectionem coemeterium transivit in dominium et administrationem ecclesiae cathedralis, reservato usu competenti in favorem parochiae.

Verum, cum anno 1843 vi edicti potestatis civilis coemeteria translata fuerint extra civitatem, etiam praedictus usus cessavit, et coemeterium quoad dominium, administrationem et usum totum remeavit in ecclesiam cathedralem.

Neque aliquid valet id quod secundo loco affertur ab episcopo,. fundum nempe fuisse a capitulo derelictum : « D'altra parte l'abbandono « delle cose in questa forma non si fa impunemente senza spogliare « dei diritti le persone. Dopo più di duecento anni di abbandono non

« vi sarebbe canonista nè giureconsulto, che potrebbe riconoscere diritti « di amministrare al ven. capitolo anche nel caso che li avesse avuti » (Episcopus in citata responsione). Sed in primis ex iure romano, *Iust. De rerum divisione,* par. 46 pro derelicto, habetur quod dominus ea meute abiecerit, ut « id in numero rerum suarum esse nolit, ideoque « statim dominus eius esse desinit » (Cff. D. LL. 2 et 5, *Pro derelicto.* XLI 7). Hoc autem applicari nequit casui nostro, eo magis quod haec derelictio fuisset vera alienatio, quae fieri nequivisset, nisi certis adhibitis solemnitatibus, quarum nullibi vestigium au^ mentio invenitur.

Deinde posita negligentia ex parte capituli, argumentum optime converti posset in episcopum, cui tribuenda non foret potestas administrandi fundum, quem et ipse reliquit humoque incultum.

Remanet argumentum praescriptionis. Sed neminem latet primum et materiale praescriptionis elementum esse possessionem. Cum autem hic agatur de bonis ecclesiasticis, praescriptio compleri non potuit, nisi possessione quadraginta annorum, uti in iure canonico cautum est, cap. *Be quarta* 4: cap. *Ad aures* 6: cap. *Blud.* 8. cap. *Quis* 9. *De praescriptionibus.* Hanc autem longam possessionem non probat episcopus; primus enim actus possessionis areae controversae ab eodem positus non retroascendit nisi ad annum 1905, quando scilicet ipse volens plures in eadem area domos aedificare, illam effodi iussit ad fundamenta ponenda. Praeterea, aliis omissis, praescriptio non currit sine titulo, saltem colorato; sed, uti vidimus, tamquam titulus existimari nequit nec donatio facta in fundatione ecclesiae, mediante vicario Perez de Herrera,'nec erectio ecclesiae parochialis in cathedralem, nec clausura coemeterii.

Ex his omnibus clarum est quod episcopus aedificaverit in fundo alieno, in fundo videlicet pertinente ad ecclesiam cathedralem, et per consequens secundum ius romanum decem illae domus fiunt domini fundi i. e. ecclesiae cathedralis, et annui reditus ex locatione domorum pertinent ad eamdem ecclesiam: « Omne quod inaedificatur solo cedit» (Ist. par. 30. *De rerum divisione* II], 1. *adeo quidem.* 7. 10. et 12. D. *De acquirendo rerum dominio,* XLJ, 1). Cum autem ex actis probari nequit mala fides episcopi, et constet capitulum tacite consensisse aedificationi domorum in favorem ecclesiae, ex eodem iure romano et ex ipso iure naturali, ecclesia locupletari nequit cum alterius iactura (reg. XL VIII Iuris in VI). Hinc est quod ecclesia cathedralis tenetur episcopo refundere expensas, quas sustinuit in domibus aedificandis (1. 7 Par. 12. D. *De adquisitione rerum* dom. XLI-a) vel saltem augmentum valoris fundi, si in republica Argentina vigeat dispositio codicis civilis gallici art. 555, receptam codiee civili italico art. 449, qui ita sonat: « Se il proprietario

« preferisce di conservare le piantagioni e costruzioni, deve pagare a « sua volta il valore dei materiali ed il prezzo della mano d'opera, oppure « l'aumento di valore recato al fondo ».

Quibus omnibus in iure et in facto diligenter perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, statuimus ac definitive sententiamus, respondentes proposito dubio « *dominium fundi et « domorum in eodem exstructarum spectare ecclesiae cathedrali; episcopo «et capitulo competere fundi administrationem : ecclesiam vero cathedra- « lem teneri refundere episcopo expensas in domorum aedificatione factas, « aut saltem augmentum valoris fundi, si ita ferant leges civiles in repu- « blica Argentina vigentes* ». Expensas autem volumus esse inter partes compensandas, excepta taxa sententiae, quae integra solvi debet a parte victrice.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 1 februarii 1915.

G. Sebastianeiii, *Decanus Ponens.*

S. Many.

F. Heiner.

L. © S.

Ex Cancellaria, 12 februarii 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

i

DECRETUM

PRECES PRO PACE A SS.MO D. N. PRAESCRIPTAE, ITERARI PERMITTUNTUR DIE XXI MARTII.

La Santità di Nostro Signore il Papa Benedetto XV, annuendo alla pia domanda di molti fedeli e particolarmente dei Sacerdoti Adoratori italiani, i quali, mossi dalla devozione jverso la Ssma Eucaristia ed anche dal desiderio di concorrere con iterate preghiere ad impetrare dalla divina misericordia la grazia della pace, hanno implorato la facoltà di poter ripetere nelle chiese d'Europa, il giorno 21 del corrente mese di marzo, le sacre funzioni dalla medesima Santità Sua ordinate, per il detto giorno, alle diocesi extra-europee, si è benignamente degnata di annuire alla surriferita domanda, accordando ben volentieri l'implorata facoltà per quanti vorranno liberamente usufruirne, e concedendo F Indulgenza Plenaria a tutti coloro che, confessati e comunicati, assisteranno alle sacre funzioni o pregheranno per qualche spazio di tempo avanti al Ssmo Sacramento esposto all'adorazione dei fedeli.

Dal Vaticano, li 15 marzo 1915.

P. CARD. GASPARRI
Segretario di Stato.

II

EPISTOLA

AD ILLUSTREM VIRUM COMITEM IOSEPHUM DALLA TORRE, PRAESIDEM UNIONIS POPULARIS INTER CATHOLICOS ITALOS.

Illmo Signore,

Aderendo al desiderio espressomi dalla S. V. Illma nel pregiato foglio del 12 febbraio corrente, mi sono recato a premura di presentare al Santo Padre la relazione del privato convegno tenuto di recente in Pisa, sotto la saggia assistenza di quell'Emo signor Cardinale Arcive-

scovo, da un eletto manipolo di autorevoli e competenti persone nell'intento di studiare e proporre i mezzi più efficaci per una maggiore coordinazione di lavoro e di propaganda dell'azione cattolica in Italia.

Sono perciò lieto di portare a conoscenza di V. S. che Sua Santità, animata dal desiderio di veder promosso con ogni più idoneo presidio lo sviluppo dell'azione cattolica italiana e di vedere realizzata la più efficace corrispondenza della medesima all'indole ed ai bisogni dei tempi, non ha mancato di fare oggetto della Sua sovrana attenzione i diversi temi opportunamente trattati nel convegno. Ed innanzi tutto mi è grato riferire che Sua Santità è rimasta soddisfatta del complesso delle loro discussioni, come quelle che, mentre rispondono alle Sue auguste aspizioni per l'incremento dell'azione e per un'adeguata efficacia direttiva della medesima, non importano modificazioni sostanziali nell'organismo dell'Unione Popolare, quale fu voluto dal Suo venerato ed illustre Predecessore Pio X, di sa. me., nè alterano la costituzione di altre Unioni.

Avendo, poi, fra gli accennati temi, ravvisato specialissima importanza nell'assennata proposta della creazione di una Giunta, destinata a coadiuvare il Presidente dell'Unione Popolare nelle sue funzioni direttive, la Santità Sua si è degnata non solo di approvare siffatta proposta, ma altresì di adottarla come Sua. Per il che P augusto Pontefice mi ha dato incarico di significarle essere Suo volere che, in corrispondenza ed in conferma delle Sue disposizioni concernenti le supreme funzioni direttive da Lui attribuite all'Unione Popolare in rapporto a tutto il movimento cattolico d'Italia, il Consiglio Direttivo dell' Unione medesima elegga nel proprio seno, entro un mese da questa data, una Giunta di undici membri, cui debba presiedere il Presidente dell'Unione Popolare e di cui facciano parte di diritto il Presidente dell'Unione Economico Sociale, il Presidente dell'Unione Elettorale, il Presidente della Società della Gioventù Cattolica italiana e la Presidente della Unione fra le Donne Cattoliche d'Italia.

Questa Giunta, la quale dovrà adunarsi almeno una volta aL mese e durerà in carica tre anni, avrà l'alto compito d'imprimere all'azione cattolica italiana un indirizzo programmatico e di volgere ad unità di pensiero ed a concordia di propositi i cattolici e le loro organizzazioni, previa consultazione dei Presidenti delle singole Unioni in ciò che riguardi le Unioni stesse e particolarmente nelle questioni specifiche e tecniche concernenti le rispettive sfere d'azione; e vigilerà altresì sull'adempimento fedele, sollecito e fruttuoso delle comuni deliberazioni.

Per tale guisa, quel movimento di azione cattolica, che in sui principio della costituzione delle cinque Unioni fu parallelo, assumerà ora,

per le mutate condizioni e per i cangiati bisogni dei tempi, un aspetto concentrico; e ne ridonderà una salutare conseguenza anche nel fatto che le rimanenti quattro Unioni, le quali, secondo il pensiero del regnante Pontefice, debbono sempre considerarsi siccome specie di fronte al genere, passano, ora, da un lavoro stato fino ad oggi isolato, a prendere parte alla stessa vita direttiva dell'intera azione cattolica Italiana, e, col mettere a profitto le esperienze pratiche e le conoscenze del proprio Sodalizio, danno opera anch'esse alla organica coordinazione della molteplice attività dei vari rami.

Per effetto di tale disposizione e soprattutto della preminenza dell'Unione Popolare sulle altre Unioni Cattoliche, non sarà più necessario il turno delle Presidenze nel governo supremo dell'azione cattolica. Questo governo risiederà nel suo stabile centro, ed a questo, mediante l'anzidetto temperamento, convergeranno i lumi e le forze di tutto l'organismo,

L'augusto Pontefice vuole infine che per raggiungere gli scopi dell'azióne cattolica si insìsta nel procurare l'osservanza di due disposizioni vigenti nello Statuto, e cioè la iscrizione all'Unione Popolare di tutti i cattolici militanti d'Italia, e la organizzazione della medesima in ogni e singola diocesi ed in ogni e singola parrocchia; cosicché di fatto, e non soltanto nello spirito dell'azione cattolica, sia questo il punto di partenza ed il caposaldo del movimento cattolico italiano.

Nella fiducia che il ben noto zelo di V. S. e la sincera volontà di lavoro, che anima i Presidenti ed i Consigli Direttivi delle altre Unioni Cattoliche, infonderanno fin dal principio di questo Pontificato nuova lena in tutti i cattolici d'Italia per conseguire quella espansione di movimento e quella utilità di successi che è nei Suoi augusti intendimenti, il Sommo Pontefice benedice di gran cuore alle persone ed ai Sodalizi Cattolici d'Italia. Ed io, nel rendere informata la S. V. di queste Sovrane disposizioni, colgo volentieri quest'incontro per confermarmi con sensi di sincera e distinta stima di V. S. Illma

Dal Vaticano, li 25 febbraio 1915.

Devino

P. CARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nel sacro Tribunale delia Penitenzieria Apostolica, avrà luogo il concorso ad un posto di Officiale, per esame orale e scritto. Lo scritto avrà luogo il giorno 24 del prossimo aprile alle ore 8, l'orale il 27 alle ore 9.

1 sacerdoti che desiderassero prendervi parte, dovranno, non più tardi del 22 aprile, esibire nella Segreteria di detto sacro Tribunale la domanda corredata dai titoli necessari per l'ammissione.

Dalla Segreteria della S. Penitenzieria, 15 marzo 1915.

0. Perosi, *Reggente.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

1 marzo 1915. — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Piccole Suore dei vecchi abbandonati, di Valenza.*

3 marzo. — L'Emo signor cardinale Aidano Gasquet, *Membro della sacra Congregazione dei Riti.*

3 marzo. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Istituto delle Serve di Maria.*

10 marzo. — L'Emo signor cardinale Raffaele Merry del Val, *Protettore della Società delle Dame del sacro Cuore.*

— L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Suore di « Notre-Dame de Sion ».*

— L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore dell'Istituto delle Religiose di santa Giuliana nel Belgio.*

13 marzo. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore dell'Istituto delle Ancelle della Carità, che hanno la casa madre in Brescia.*

14 marzo. — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Cappuccine del Terz' Ordine Francescano, sotto il titolo della Divina Pastora, che hanno la casa madre a Sarrà (Barcellona).*

•Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

15 febbraio 1915. — Mons. Giovanni Battista Correa Nery, vescovo di Campinas.

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

2 marzo 1915. — Mons. Luigi Scarano, vicario generale della diocesi di Tri vento.

5 marzo. — Mons. Fabio Berdini, vicario generale della diocesi di Imola.

— Mons. Domenico Baruzzi, arciprete della cattedrale della stessa diocesi.

Prelati Domestici di S. S.:

28 febbraio 1915. — Mons. Bonaventura Tomassini, canonico della cattedrale di Nocera Umbra.

2 marzo. — Mons. Simone Medicbini, priore di S. Angelo in Spatha a Viterbo.

9 marzo. — Mons. Francesco Perez de Acevedo, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce delV Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 febbraio 1915. — Al sig. conte Bartolomeo Domenico Lippay, di Vienna.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

14 febbraio 1915. — Al sig. prof. Giuseppe Scarpa, della diocesi di Treviso

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

19 febbraio 1915. — Al sig. Nicola Cori Marinunzi, del principato di Monaco.

3 marzo. — Ai signori Giuseppe e Angelo Nalbone, della dioc. di Girgenti.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 marzo 1915. — Al sig. Giuseppe Dangl, sindaco di Breitenstein-Semmering, nell'archidiocesi di Vienna.

5 marzo. — AI sig. Gaetano Gallo, della diocesi di Bisignano.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. **Rina** Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

15 ottobre 1914. — Mons. Spiridione Pensa, della diocesi di Malta.

10 novembre. — Mons. Andrea B. Meehan, della diocesi di Rochester.

— Mons. Alfonso M. Agius, della diocesi di Malta.

13 novembre. — Mons. Valentino Puchovszky, della diocesi di Nitria.

— Mons. Stefano Hartsar, della diocesi di Casso via.

— Mons. Francesco Beziak, della medesima diocesi.

21 novembre 1914. — Mons. Pietro del Prete, della diocesi di Calvi.
23 novembre. — Mons. Giacomo Pompen, della diocesi di Bois-le-Duc.
— Mons. Cornelio Carlo Prinsen, della medesima diocesi.
— Mons. Leonardo Berkvens, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe van Gennip, della medesima diocesi.
— Mons. Filiberto M. van den Heuvel, della medesima diocesi.
— Mons. Antonio Hordyk, della medesima diocesi.
— Mons. Teodorico Boscia, della diocesi di Troia.
— Mons. Secondino de Stefano, della medesima diocesi.
30 novembre. — Mons. Ludovico Scmelcz, della diocesi di Szathmár.
— Mons. Enrico Hasenkamp, della diocesi di Münster.
— Mons. Bernardo Nienhaus, della medesima diocesi.
— Mons. Everardo Schwarcz, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Richter, della medesima diocesi.
— Mons. Teodoro Kochineyer, della medesima diocesi.
— Mons. Bernardo Pille, della medesima¡diocesi.
— Mons. Francesco Schumacher, della medesima diocesi.
— Mons. Giulio Müller, della medesima diocesi.
— Mons. Federico Schmidt, della medesima diocesi.
— Mons. Ernesto Windthorst, dell'archidiocesi di Cincinnati.
5 dicembre. — Mons. Alessandro Testi-Rasponi, deH'archidioc. di Bologna.
12 dicembre. •— Mons. Giovanni Drzanió, della diocesi di Gurk.
16 dicembre. — Mons. Ermanno Scheiermann, della diocesi di Osnabrük.
— Mons. Enrico Degen, della medesima diocesi.
— Mons. Bernardo Beckschäfer, della medesima diocesi.
— Mons. Bernardo Schmitz, della medesima diocesi.
22 dicembre. — Mons. Luigi Guadagnini, della diocesi di Padova.
— Mons. Giuseppe Lancillotto Dal Mutto, della medesima diocesi.

Camerieri **cf** *onore in abito paonazzo di S. S. :*

10 novembre 1914. — Mons. Pasquale Fuzzolini, della diocesi di Cotrone.
13 novembre. — Mons. Leone Schmidt, della diocesi di Nitria.
— Mons. Stefano Német, della medesima diocesi.
— Mons. Andrea Skrábik, della medesima diocesi.
— Mons. Stefano Kondor, della medesima diocesi.
— Mons. Lodovico Gruska, della diocesi di Cassovia.
— Mons. Barnaba Tost, della medesima diocesi.
18 novembre. — Mons. Riccardo Tacconi, della dioc. di Spalato e Macarsca.
— Möns. Emidio Tagnozzi, della diocesi di San Miniato.
23 novembre. — Mons. Norberto Baekers, della diocesi di Bois-le-Duc.
— Mons. Arnoldo Jansen, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Battista Franken, della medesima diocesi.
— Mons. Antonio Vermenlen, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Lambermont, della medesima diocesi.
— Mons. Leonardo Jürgens, della medesima diocesi.
— Mons. Adriano Hermus, della medesima diocesi.
26 novembre. — Mons. Paolo Gladich, della diocesi di Giavarino.
30 novembre. — Mons. Guglielmo Arrenbrecht, deH'archidioc. di Colonia
— Mons. Roberto Hamon, della diocesi di Szathmár.
— Mons. Alessandro Fibiger, della medesima diocesi.

30 novembre 1914. — Mons. Luigi Wolkenberg, della medesima diocesi.
— Mons. Enrico Laakmann, della diocesi di Münster.
— Mons. Bernardo Hauschop, della medesima diocesi.
— Mons. Oscar Eppinck, della medesima diocesi.
, *12 dicembre.* — Mons. Roberto Klimsch, della diocesi di Gurk.
— Mons. Valentino Podgorz, della medesima diocesi.
31 dicembre. — Mons. Antonio Colli, della diocesi di Reggio Emilia.
— Mons. Giovanni Bertoldi, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S.S.:

25 settembre 1914. — Il sig. Francesco Vitali, della diocesi di Fermo.
31 ottobre. — Il sig. Enrico Rosier, della diocesi di Saint-Claude.
4 novembre. — Il sig. barone Felice Roeder de Diersburg, dell' archidiocesi di Friburgo.
30 novembre. — Il sig. conte Ottone de Westphalen, della dioc. di Münster.
— Il sig. barone Massimiliano de Geyr Schweppenburg, della stessa diocesi.
— Il sig. barone Federico de Schorlemer-A-lst, della medesima diocesi.
— Il sig. conte Clemente Droste ex Vischering, della medesima diocesi.
— Il sig. barone Clemente de Twickel, della medesima diocesi.
— Il sig. conte Massimiliano Droste ex Vischering, della medesima diocesi.
16 dicembre. — Il sig. barone Giovanni de Blücker, della dioc. di Osnabrük.
— Il sig. barone Bertriffulö de Höbe Gelting, della medesima diocesi.
22 dicembre. — Il sig. barone Luigi Menghin-Brezburg-Brimnenthal, della diocesi di Trento.
— Il sig. conte Carlo Lair, della diocesi di Angers.
31 dicembre. — II sig. ing. Severo Severi, della diocesi di Reggio Emilia.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

21 novembre 1914. — Il sig. dott Rinaldo d'Onofrio, della dioc. di Tri vento.
23 novembre 1914. — Il sig. Carlo Kleckens, della diocesi di Bois-le-Duc.
- Il sig. Bernardo van Vlijmen, della medesima diocesi.
— Il sig. Antonio Swane, della medesima diocesi.
26 novembre. — Il sig. Eugenio Selvaggi-Arno, dell'archidioc. di Taranto.
— Il sig. comm. Alessandro Maupetit, della diocesi di Limoges.
— Il sig. Beniamino Cimini, dell'archidiocesi di Amalfi.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

12 dicembre 1914. — Mons. Carlo Wohlandt, della diocesi di Gurk.
— Mons. Raffaele Kozak, della medesima diocesi.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

9 dicembre 1914. — Mons. Bernardino Rezzi, della diocesi di Viterbo.

NECROLOGIO

4 marzo 1915. — Mons. Giovanni Celestino Douais, vescovo di Beauvais.
5 marzo. — Mons. Rodolfo Hittmair, vescovo di Linz.

Annus Til - Yol. VII Die 31 Martii 1915 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAKIUM OFFICIALE

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

LITTERAE CIRCULARES

AD RMOS AMERICAE ORDINARIOS, DE EMIGRANTIUM ITALORUM CURA.

Cum in varias Americae regiones centena Italorum millia quotannis emigrare consuescant, factum est ut multa loca et civitates iisdem repleta sint.

Hi autem, catholici quum sint, etiamsi temporaneum dumtaxat domicilium in America sibi constituant, iuxta tamen divinas et ecclesiasticas leges, dum ibi commorantur, curae et sollicitudini stant Ordinariorum loci. Quorum propterea est satagere ut congrua spiritualia subsidia tantae multitudini non desint, ne tot animae divino sanguine redemptae misere pereant, et res catholica tum in America tum in Italia magnum detrimentum patiatur.

Equidem quamplurimi Rmi Episcopi, officii sui conscii, omni nisu conati sunt in hunc finem adlaborare, et multam laudem coram Deo et Ecclesia idcirco meriti sunt. Verum res difficultatibus plena est. Nam in primis emigrantes magna ex parte agricolae sunt et operarii, rudes plerumque et ingenui; ideoque insidiis et malis artibus perfidorum, eo facilius obnoxii fiunt quo in religiosis disciplinis minus sunt exculti.

Accedit quod hi, etsi aliqua communiora localis linguae vocabula pro urgentioribus vitae necessitatibus cito addiscant, ad eius plenam cognitionem vix numquam perveniunt; unde a sacramentali confessione peragenda impediuntur, nec verbi divini praedicatione aut catechismi explanatione roborari possunt, nisi sacerdotes praesto habeant qui italicam linguam noverint et quandoque etiam vernaculi alicuius italicae provinciae sermonis sint gnari; quos tamen invenire et praebere nec pronum est neque expeditum.

Denique emigrantes, de quibus sermo, solent non in unum confluere locum, nec semper ubi templa et sacerdotes catholici inveniuntur, sed huc illuc discurrunt, ubi operam et mercedem inveniunt: quo fit ut difficilius opem et auxilium eisdem praestari possit, et ipsi, spiritualibus subsidiis destituti, facilius corruptelarum illecebris falsisque doctrinis irretiantur.

His itaque de causis factum est ut plura centena hominum millia etiam inter fideles ex Italia i m migra tos, iuxta sententiam illorum qui ethnographicis studiis se addicunt, ultimis hisce annis cum magno Ecclesiae luctu naufragium in fide passa sunt.

Tanto avertendo malo unicum remedium est numerum et operam augere illorum sacerdotum qui, zelo et pietate ferventes, italicae linguae et, si opus sit, etiam vernaculi, sermonis periti, italorum emigrantium curae se devoveant.

In quem finem Summus Pontifex Pius X s. m. Motu proprio *Iampridem* diei 19 martii 1914 sacerdotum collegium in Urbe instituendum decrevit, in quo iuvenes sacerdotes alerentur et opportunis pietatis, legum et linguarum exercitiis aptarentur, ut praesto esse possent Americae Ordinariis in italorum immigrantium subsidium.

Ssmus autem D. N. Benedictus XV inter primas sui Pontificatus curas illud quoque recensuit ut huic collegio proprias opportunasque aedes destinaret et suppetias ab Italiae Episcopis peteret ad expensas pro hoc collegio obeundas, datis idcirco per S. Congregationem Consistorialem, die 6 decembris 1914, opportunis litteris. Ehu! saeviente bello, quod tantam mundi partem cruentat, cui accessit in Italia horrenda nuperrimi terraemotus clades, modica hucusque prolata sunt subsidia. Verum si christiana caritas pro fide in barbaras nationes propaganda adeo generose succurrit, pro fide in suis filiis conservanda credere oportet non esse defuturam.

Ut autem S. Sedis studia hac in re Rmi Americae Episcopi ob oculos habeant, huic epistolae adiungitur exemplar Motus Proprii *Iampridem,* litterarum S. huius Congregationis diei 6 decembris 1914 et Decreti *Ethnographica studia;* et italorum immigratorum causa, quae et Italiae et futurae Americae sortis tanti interest, eorum pietati et devotioni commendatur.

Romae, die 22 februarii 1915.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. & S.

P. Pisani, *Substitutus pro Emigr.*

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

MELITEN.

DUBIORUM CIRCA ORDINARIORUM FACULTATEM PERMITTENDI CELEBRATIONEM MISSAE PER MODUM ACTUS.

In generali eminentissimorum ac reverendissimorum huius S. Congregationis Patrum Cardinalium Conventu die 20 mensis martii 1915 habito, sequentia dubia super Ordinariorum facultate permittendi celebrationem Missae per modum actus ("Acta Apostolicae Sedis,,; *Romana et aliarum. Iurium.* Vol. IV, p. 725) proposita sunt:

I. An Ordinarii ex iustis et rationabilibus causis, servatisque de iure servandis, permittere possint per modum actus celebrationem Missae, domi, quocumque die.

II. An Ordinarii ex iustis et rationabilibus causis, servatisque de iure servandis, permittere possint per modum actus celebrationem Missae, domi, eorum favore qui domestici Oratorii indulto gaudent, etiam iis diebus qui in obtento indulto excepti sunt.

Et eminentissimi ac reverendissimi Patres, universis mature perpensis, respondendum censuerunt:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative, dummodo iustae et rationabiles causae aliae sint ab eis, ob quas concessum fuit indultum Oratorii domestici.

Quae responsa Ssmus Dominus noster Benedictus PP. XV in audientia habita ab infra scripto Secretario die 22 martii 1915 rata habere et confirmare dignatus est.

Datum Romae, e Secretaria huius S. Congregationis, die 22 martii 1915.

PHILIPPUS CARD. GIUSTINI, *Praefectus.*

L. $ S.

f Aloisius Capotosti, Ep. Therm., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DECRETUM

ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA ZAMBESIANA IN RHODESIA ANGLICA

Plenariis in Comitiis, die 1 vertentis mensis martii habitis, Emi Patres S. huius Congregationis Fidei Propagandae Missionem Zambesianam in Rhodesia anglica, curis missionariorum Societatis Iesu concreditam, qui illam inde ab anno 1879 alacriter excoluerunt et in florentem statum adduxerunt, evehendam censuerunt in Praefecturam Apostolicam, ecclesiasticis confiniis, quibus circumcirca nunc limitatur, servatis.

Quam sententiam Ssmo D. N. Benedicto, divina providentia, Pp. XV, ab infrascripto S. eiusdem Congregationis Secretario, in audientia diei 8 praefati mensis, relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobavit ratamque habere dignata est, atque praesens decretum fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 9 martii 1915.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

U © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

DECRETUM

LIMITES PRAEFECTURAE APOSTOLICAE SENEGALENSIS AD SEPTENTRIONEM PROFERUNTUR.

Ut in littore Mauritaniae ad oras Oceani Atlantici, ubi europaei piscatores saepe consistunt atque Ecclesiae solamina petunt, opportunius regimini ecclesiastico provideretur, Emi Patres S. huius Consilii Fidei Propagandae, in comitiis generalibus diei 1 vertentis martii, praedictum littus, cum interiori Mauritaniae territorio, a missionibus de Gardaia et Saharensi respective distrahendum atque fmitimae apostolicae praefecturae Senegalensi adiiciendum censuerunt. Senegalensis

itaque missio producatur, aquilonem versus, usque ad septentrionales limites civiles Mauritaniae, ad orientem vero definiatur 10° longitudinis occidentalis gradu (iuxta meridianum parisiense) qui a praedictis Mauritaniae finibus ad puteum *Aratan* descendit, dein per lineam, quae ab hoc puteo, transiens per *Aiun Latrus,* attingit puteum *Umu,* exinde per 16° latitudinis borealis gradum usque ad *Kankossa* et demum per cursum rivi *Korákoro;* reliquis Senegalensis missionis finibus servatis. Quam sententiam Ssmo D. N. Benedicto, divina providentia, Pp. XV, ab infrascripto S. eiusdem Congregationis Secretario, in audientia diei 8 praefati mensis, relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobavit ratamque habere dignata est, praesensque decretum fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. huius Congregationis de Propaganda Fide, die 10 martii, anno Domini 1915.

Fr. H." M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laure H ti, *Secretarius.*

HI

NOMINATIONES

Brevi apostolico nominatus est:

15 martii 1915. — *Episcopus S. Petri et Arcis Gallicae seu Martinicensis,* R. P. D. Paulus Aloisius Ioseph Lequien, congregationis a Spiritu Sancto alumnus.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

11 martii 1915. — *Administrator Apostolicus vicariatus apostolici de Canton,* R. P. D. Adulfus Rayssac, ex Missionibus Parisiensibus ad exteros, episcopus tit. Cotyensis, vicarius apostolicus de Tchao-Tchiou.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

VERAPOLÍTANA

DUBIUM

Archiepiscopus Verapolitanus sacrae Rituum Congregationi pro opportuna declaratione haec quae sequuntur reverenter exposuit:

In loco Verapoly exstat Ecclesia Metropolitana, mater omnium ecclesiarum archidioecesis Verapolitanae, in qua tamen Religiosi Carmelitani Discalceati, qui ibi residentiam habent, sua officia et sacras functiones exercent, necnon et fidelium curae per verbi divini praeconium et administrationem sacramentorum deserviunt.

Hinc quaeritur: An in Ecclesia Metropolitana Verapoly Kalendarium regulare Ordinis Carmelitarum Discalceatorum servari debeat, iuxta decreta S. R. C. 4150 Ratisbonen. 27 ianuarii 1905 et 4252 Secovien. 22 aprilis 1910, vel Kalendarium Dioecesanum ab Apostolica Sede rite approbatum ?

Et sacra Rituum Congregatio, exquisita specialis Commissionis sententia, omnibus sedulo perpensis proposito dubio respondendum censuit: Negative ad primam partem; et decreta in medium allata non respiciunt ecclesias Cathedrales aut Metropolitanas : Affirmative ad secundam. Atque ita rescripsit et declaravit die 20 martii 1915.

ANTONIUS CARD. Vico, *S. B. G. Pro-Praefectus.*

L. % S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

BENEVENTANA

PRAECEDENTIAE

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno primo, die 4 ianuarii 1915, BR. PP. DD. Ioseph Mori Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de turno, in causa* Beneventana-Praecedentiae *inter* Sodalitatem Montis Mortuorum, *actricem, ex una parte, repraesentatam per legitimum procuratorem adv. Angelum D'Alessandri, et* Sodalitatem a Pretiosissimo Sanguine D. N. L G. *conventam, ex altera, repraesentatam per legitimum procuratorem advocatum Nazarenum Patrizi, sequentem definitivam protulerunt sententiam.*

Exstant in oppido vulgo *Montefalcione* duae sodalitates, una nuncupata a Monte Mortuorum vel a Bona Morte, sub auspiciis S. Antonii, Virginis immaculatae et Ssmi Corporis Christi, altera a Pretiosissimo Sanguine D. N. Iesu Christi, sub protectione B. M. Virginis vulgo *delia Cintura e della Salette;* prima est antiquissimae erectionis, siquidem canonice fundata fuit sub archiepiscopo Ursini per bullam episcopalem diei 11 maii 1695, et dein aggregata archisodalitati Orationis et Mortis de Urbe, serius etiam fuit civiliter recognita per regium assensum datum anno 1793 a Ferdinando IV, utriusque Siciliae rege; e contra secunda est recentis erectionis, utpote canonice excitata per bullam archiepiscopalem diei 11 ianuarii 1883.

Nova erecta sodalitas illico tentavit sibi vindicare ius praecedentiae in processionibus et aliis functionibus ecclesiasticis prae alia sodalitate ex variis rationibus, sive quia, ut ipsa asserebat, sodalitas Montis Mortuorum carebat canonica erectione, sive quia huius translatio in diversas ecclesias et recenter in proprium oratorium non fuerat legitima; sive quia demum titulus Montis Mortuorum spectabat ad aliam sodalitatem modo exstinctam. Has praetentiones praecidit vicarius generalis Beneventanüs decreto diei 19 maii anni praefati 1883, declarans praecedentiam spectare sodalitati Montis Mortuorum. Interea sodalitas a Pretiosissimo Sanguine per apostolicum breve diei 29 augusti 1895 aucta fuit archisodalitatis titulo ad honorem tantum, et absque facultate sibi

alias aggregandi sodalitates, ut ex tenore ipsius brevis. Hoc obtento privilegio, acrius instare perrexit apud Beneventanam curiam eadem sodalitas contendens ex facta honorifica concessione sibi deberi praecedentiam; quam tamen petitionem vicarius generalis, iteratis decretis diei 8 iulii 1898 et 1 martii 1909, penitus reiecit. Verum iterum instante praefata sodalitate a Pretiosissimo Sanguine et brevi exhibito, idem Ordinarius alio extraiudiciali decreto diei 26 iunii successivi, innixus decisione S. G. Rituum in Abellinen, diei 18 augusti 1877, praecedentiam adiudicavit instanti sodalitati.

De hoc edocta adversaria sodalitas Montis Mortuorum iudicium instituit apud eamdem curiam, rogans in primis admitti examen testium tum ad evincendam pacificam possessionem praecedentiae, in qua versatur ab antiquissimo tempore, tum ad impugnandum exhibitum breve, uti obreptitium subreptitium. Admissa actoris petitione per sententiam curiae incidentalem diei 9 augusti 1911, altera pars seu conventa appellationem ab ea interposuit apud N. Rotale Tribunal, ad quod avocatum fuit iudicium super merito, praevio sodalitatum contendentium consensu, ex rescripto Pontificiae commissionis diei 23 martii 1912 concesso una cum aperitione oris pro impugnando memorato brevi. Expleta adductorum testium ex utraque parte excussione, cum partium patroni in concinnatione dubii non convenirent, ex decreto turni diei 15 maii anni 1912 sequens designatum fuit: *An sodalitati Montis Mortuorum vel potius sodalitati Pretiosissimi Sanguinis competat ius praecedendi in casu,* quod nunc pro disceptatione et solutione hodie proponitur.

Ad ius quod spectat, satis in comperto est Constitutio Gregorii XIII « Exposcit pastoralis officii ... » diei 25 iulii 1583, edita ad dirimendas controversias sive exortas sive exorituras quoad praecedendi ius inter fratres ordinum mendicantium vel inter diversas sodalitates in processionibus tam publicis quam privatis. In ea quoad praefatas confraternitates de praecedentia contendentes cavetur « quod qui in quasi possessi sione praecedentiae ac iuris praecedendi sunt, ii, quibuscumque « reclamationibus, protestationes, appellationibus et aliis subterfugiis « prorsus remotis et cessantibus, in processionibus tam publicis quam « privatis praecedere debeant. Quando vero non probetur aut non con« stet de quasi possessione praecedendi, ii qui prius saccis usi sunt in « processionibus tam publicis quam privatis praecedere debeant ». Igitur regula est pro dirimendis huiusmodi quaestionibus ut primum locum obtineat consuetudo et quasi possessio; ubi vero incertum est quodnam sodalitium in quasi possessione praecedendi versatur, tunc omne

ferat punctum maior erectionis institutionisque vetustas, uti Gregorianae Constitutioni adhaerentes, tradunt Bassus, *de Sod.*, qu. 11, Barbosa, *de Iu. Eccl*, lib. 2, cap. 11, Ferraris, *Bibl. can., v. Confrat.*, art. 6 et Rota in pluribus decisionibus quae referuntur in Lucana *Praecedentiae* dec. 173 coram Cursus et novissime in Miieten. coram Sincero diei 16 ian. 1913 apud *Acta Ap. Sedis*, V. 5, p. 74.

Unde patet in controversiis de praecedentia inter sodalitates non esse habendam rationem dignitatis, sed tantum antiquitatis et possessionis. Hinc card. De Luca, *de Praeeminentia*, dis. 24, n. 4 ita rem confirmat: « Quorum unum (argumentum) consistebat in Const. Gregorii XIII « quae regulariter est huiusmodi controversiarum norma, scilicet attendi « debet antiquitas fundationis ... et alterum super consuetudine, cui in «hac materia satis deferendum est». Quin imo Benedictus XIV in suis *Inst. eccl.* Instit. 105, n. 85, haec addit: « Nulli unquam limites huic « Constitutioni positi fuerunt, nisi ratione sodalitatum quae a Ssmo Sacra- « mento nuncupantur, quibus semper praeire conceditur in iis proces- « sionibus quibus sacrosancta Eucharistia defertur, ea tamen conditione « ut sacco utantur et aliis quoque processionibus interesse consueverint. « Tunc autem parere debent iis quae a Gregorio XIIi praescribuntur, « uti S. Congregationes Romanae et Tribunal Rotae constituerunt ». Hinc nulla exceptio vel distinctio fit nisi pro sodalitate Ssmi Sacramenti dum actu comitatur Ssmam Eucharistiam, quo casu ipsa praecedit omnes alias sodalitates et archisodalitates. Quare in processionibus semper vigere praesumitur Gregoriana Constitutio, iuxta notum axioma « Exceptio fir- « mat regulam in contrarium seu in casibus non exceptis ». Caus. 6, dist. 32, quaest. 7 in *decreto Gratiani* et leg. 4, *de pen. leg.* Hanc regulam secuta est S. Congregatio Rituum, ut ex pluribus resolutionibus eruitur, et praesertim in Thelesina dec. n. 291 et in Nepesina, 251 in I vol Collec. Authent. in quibus declaravit quoad quaestiones de praecedentia non esse recedendum a citata Const. Gregorii XIII. Confer etiam R. Rotam in Recent., p. 21, dec. 320 et p. 14, dec. 198 in quibus expresse dicitur: «Ius commune digniorem locum tribuit antiquiori « (confraternitati) ». Unde applicatio axiomatis « Prior in tempore potior «in iure». Porro haec doctrina de praecedentia servanda non ratione dignitatis sed ratione antiquitatis in alia quoque materia sustinetur. Rem ita exemplificat Bened. XIV de *syn. dioec*, lib. 3, cap. 10, n. 8: « Contigit autem aliquando ex insignibus collegiatis unam quamquam « recentiorem ex apostolico privilegio usum habuisse cappae magnae, « quam gestare non poterant canonici collegiatae antiquioris, cui simile « indultum non fuerat concessum. Quamobrem recentioris collegiatae

« canonici una cum spectabiliori magisque honorifico cappae indumento, « se ius pariter assecutos contendebant praecedendi alterius antiquioris « collegiatae canonicis, solaalmutiaindutis. Verum S. Rituum Congregatio, « ad quam causa delata est, censuit eiusmodi honoris insignia nullam « denotare praeeminentiam, neque alterius iuribus praeiudicium inferre, « quocirca etiam in praedicto rerum eventu, praecedentiam competere « decrevit insigni collegiatae quae esset antiquior ». In praesenti etiam controversia sodalitas a Pretiosissimo Sanguine ex obtento honorifico titulo archiconfraternitatis absque iure sibi alias aggregandi, praetendit sibi deberi praecedentiam supra sodalitatem Montis Mortuorum antiquiorem et iam in possessione praecedendi exstantem, quae tamen praefato privilegio non gaudet. Patres Domini hanc praetensionem admittere non potuerunt utpote contrariam, sive Gregorianae Constitutionis spiritui sive invectae dein iurisprudentiae.

Verum quia ex adverso sodalitas a Pretiosissimo Sanguine pro vindicanda sibi praecedentia adhuc insistit in titulo archiconfraternitatis ad honorem, iidem Domini expendendum censuerunt utrum praefatus titulus per se importet praecedentiam super simplices confraternitates et deroget regulae contentae in Gregoriana Constitutione. Patronus sodalitatis a Pretiosissimo Sanguine id affirmat, et cum nullibi lege vel canone innuatur, assumpti probationem consequi nititur duabus resolutionibus S. Congr. Rituum, quarum prima respicit sodalitates et archisodalitatem B. M. a Carmelo oppidi *Monteforte* in dioecesi Abellinensi, quae dictum titulum obtinuerat per breve apostolicum anni 1876, et S. Congr. Rituum, interpellata relate ad praecedentiam die 18 aug. 1877 (dec. 3433 Coli. Authent.) respondit seu « Praecedentiam declaravit « archisodalitati B. M. V. de Carmelo super ceteras archisodalitates si « quae fuerunt post eam erectae et supra omnes sodalitates, excepta « processione Ssmi Corporis Christi ». Alia opposita resolutio eiusdem S. Congr. est in una Lucerina (dec. auth. 3381) in qua declaratum fuit « Praecedentiam archisodalitatis a S. Cruce incipere a die expeditionis « litterarum apostolicarum (seu brevis) diei 13 martii 1855 » praedicta sodalitas e contra petierat praecedentiam sibi assignari ratione seu ordine fundationis. Patronus allegat etiam aliam resolutionem praefatae Congregationis i. e. in Nucerina Paganorum diei 1 martii 1894 (dec, auth. 3819) sed haec non quadrat ad assumptum, quia praecedentia tributa fuit non ex titulo archisodalitatis, sed quia anno 1887 transierat in consodalitatem Tertii Ordinis, ut clare patet in responso ad primum dubium.

Relate ad has alias obiectas resolutiones, Patres Domini observaverunt, omisso quod ex duobus casibus particularibus assurgi nequit

ad regulam generalem, ita decisum esse ex speciali iure seu consuetudinario, deferente praecedentiam titulo honorifico archisodalitatis supra alias sodalitates, quamvis antiquiores; quae consuetudo in huiusmodi quaestionibus facit, ut dici solet, utramque paginam, cit. Ferrar, v. *Praecedet,,* n. 89; et revera hoc particulare ius vigere in nonnullis Italiae meridionalis oppidis desumitur ex folio causae « Neapolitana *Praece-* « *dentiae* » agitatae coram S. Congr. Concilii anno 1897. Inibi haec leguntur: «Verum ipsa sodalitas sub titulo S. Augustini et S. Monicae « fatetur in oppido hunc viguisse morem ut, si qua sodalitas titulo « archisodalitatis augeretur, haec statim alias praecederet, quamvis antea « praecedentiae iure non potiretur. Qui mos videtur potius iure parti- « culari seu consuetudinario consistere quam communi; nam archicon- « fraternitatis titulus potius videtur se referre ad alias eiusdem speciei « sodalitates et has inter constituere gradum principem seu potiorem, « non vero hic titulus ita videtur censendus ut absolutam indicat prio- « ritatem et digniorem gradum prae aliis omnibus sodalitatibus, etiam « alterius speciei et generis ». Origo vero et fundamentum huius particularis iuris innititur regio decreto Ferdinandi II utriusque Siciliae regis diei 16 decembris 1853, quod ita se habet: « La precedenza nelle « pubbliche funzioni è accordata alle arciconfraternite in concorso alle « confraternite, e tra le prime la precedenza sarà regolata dalla data del « decreto di elevazione alla dignità di arciconfraternita ». At hoc decretum quamvis explicet originem introducti particularis iuris in nonnullis Neapolitanae ditionis oppidis, tamen in se nullam vim habet et praesertim in praesenti casu, nam vi concordati anni 1818 inter Sedem Apostolicam et utriusque Siciliae regem nulla huic competit facultas moderandi iura vel privilegia sodalitatum, quarum erectio fuit auctoritate ecclesiastica approbata. Scatet id ex decisione S. Congr. Concilii in una Sipontina *Praecedentiae* diei 10 septembris 1896, in qua ad determinandam praecedentiam ratio tantum habita fuit prioritatis erectionis, licet adversaria sodalitas de Puritate prae alia sodalitate Ssmi Sacramenti iactaret prioritatem regii assensus, et esset posterior in erectione canonica. Conferri etiam possunt causae Baren. *Praecedentiae* diei 25 maii 1901 et Acheruntina *Praecedentiae* agitatae coram eadem S. Congr., in quibus relata doctrina firmatur, et quae referuntur in ephemeride *Monitore ecclesiastico* serie 2, vol. 3, p. 145 adiectis opportunis observationibus.

Neque item utiliter a patrono sodalitatis a Pretiosissimo Sanguine adducitur decisio edita in Neapolitana citata in alia propositione diei 2 aprilis 1898 favore sodalitatis a Ssmo Rosario, cui adiudicata fuit

praecedentia super alias sodalitates antiquioris erectionis in oppido *Torre Annunziata* ob assecutum breve archisodalitatis ; nam primo producta decisio non transiit in rem iudicatam ob interpositam appellationem ab adversaria sodalitate S. Augustini et S. Monicae, et quaestio in successiva quinta et ultima propositione diei 10 septembris 1898 insoluta mansit utpote dimissa rescripto *Dilata.* Secundo praesens causa valde differt a citata Neapolitana, nam in hac non fuit facta facultas impugnandi breve pontificium obtentum, dum e contra super brevi archisodalitatis concesso sodalitati a Pretiosissimo Sanguine aperitio oris impertita fuit pro eo oppugnando, uti eruitur ex rescripto Pontificiae Commissionis relato in principio huius disputationis.

In sequelam factae concessionis, Patres Dñi sequentia in iure opportune adnotarunt. Reiffenstuel *Ius Can.* tit. *de rescriptis* n. 202, loquens de rescriptis Pontificiis quae dantur ad partium petitionem et de rescriptis cum clausula *Motuproprio* de hisce postremis sequentia tradit: « Motus proprius sive clausula cum *Motuproprio* supplet vitium subrep- « tionis ex taciturnitate veri necessario exprimendi, proveniens uti ex « cap. *Si motu proprio* et Ciernen. *Si romanus 4 de praeben....* » et infra addit « nihil operatur in praeiudicium iuris tertii ac proinde non firmat « gratiam, quando tacetur qualitas respiciens ius tertii, ut puta si Papa « cuiquam motu proprio conferat beneficium quod est iuris patronatus... « idque non ex defectu subreptionis (haec enim locum non habet ubi « princeps gratiam sponte ac nullo petente concessit) sed quia non « apparet de voluntate principis concedentis; nam princeps in dubio ac « nisi aliud exprimat, non praesumitur velle praeiudicium tertio inferre ». Quod si Pontifex vult tertii praeiudicium vitare in rescriptis seu concessionibus cum praefata clausula, multo magis id praesumendum in gratiis factis ad partium petitionem. Aliunde id plene congruit regulae XVIII Cancellariae de iure quaesito non tollendo, quae ita exprimitur: « Idem Dominus noster decrevit et declaravit suae intentionis fore, quod « deinceps per quamcumque signaturam seu concessionem aut gratiam « vel litteras Apostolicas pro concessionibus seu mandatis aut declara- « tionibus huiusmodi etiamsi motu proprio et ex certa scientia, et etiam « ante motam litem a Sanctitate Sua emanaverit, vel de eius mandato « faciendas, nulli ius sibi quaesitum quomodolibet quaesitum tollatur ». Ex exposita itaque doctrina, Patres Domini, etiam praecisione facta a quaestione super valore vel non obtentione brevis a sodalitate a Pretiosissimo Sanguine, deduxerunt praesumi non posse Pontificem per factam concessionem praeiudicare voluisse iuri praecedendi iamdudum quaesito et possesso a sodalitate Montis Mortuorum.

Ad' factum quod attinet, in primis constat sodalitatem Montis Mortuorum potiri antianltate et prioritate erectionis prae alia adversaria sodalitate a Pretiosissimo Sanguine, ut perspicue probant respectivae erectionis bullae; nam prima erecta fuit ab archiepiscopo Beneventano Ursini anno 1695, secunda vero ab Emo card. archiepiscopo siciliano De Rende anno 1883. Nec iuvat regerere priorem fuisse exstinctam a flagello pestis, vel non eandem esse ac illam quae nunc litem movit, utpote quae in suo sigillo sese appellat sodalitatem Bonae Mortis. Nam quoad primum, flagellum pestis desaeviit ante eius erectionem, nempe anno 1656, ut probabilius retinetur; verum etiamsi id posterius contigisse!, non ideo dici debet sodalitatem iuridice fuisse exstinctam, et proinde poterat prisca iura per reviviscentiam recuperare, iuxta ea quae habet Rota in Adrien. *Praeeminentiarum super bono iure,* coram Aldovandro 17 februarii 1710: « Quoad praedictam revivificatiortem, distinctum fuit quod si « derelictio confraternitatis provenisset ex culpa confratrum, tunc per « reviviscentiam eiusdem confraternitatis sive materialis sive formalis « pristina iura vel privilegia non reviviscunt. Sed si ex causa involun« taria alicuius infortuna sive pestis cessasset confraternitas, in hisce « e converso terminis eadem confraternitas vel collegium veluti iure « postliminii reversum recuperat omnia iura honorifica et praerogativas « quibus antea fruebatur, iuxta doctrinam Bartoli in 1. fin. D. *de coli.* ». Ex adverso hanc ab antiquo floruisse et exstitisse sodalitatem usque ad hodierna tempora, plura probant documenta, ut e. g. concessio regii assensus anno 1793, translationes de una ecclesia in aliam, persolutiones canonis ab ipsa factae anni 1820, 1828 et 1832 ecclesiae S. Ioannis Baptistae et cetera. Quod autem sodalitas Montis Mortuorum eadem fuisset ac illa Bonae Mortis, ex eo explicatur quod ipsa iuxta bullae erectionis praescriptum, ob indulgentiarum participationem, fuit aggregata archisodalitati Bonae Mortis de Urbe. Unde passim evenit ipsam nuncupari modo uno nomine, modo alio, uti etiam probant acta curiae Beneventanae. Quare extra dubitationis aleam est positum quod sodalitas Montis Mortuorum vel Bonae Mortis ratione prioritatis erectionis polleat uno ex titulis a bulla Gregoriana recensitis ad fruendum iure praecedentiae prae alia adversaria sodalitate a Pretiosissimo Sanguine recentioris erectionis.

Sed neque tantum ratione antiquioris erectionis sodalitati Montis Mortuorum competit ius praecedendi, sed etiam ex continuata quasi possessione illius iuris, quod constituit alterum titulum ad praecedentiam vindicandam, iuxta pluries allegatam Gregorianam Constitutionem. Id aperte scatet ex processu instructorio instituto a curia Beneventana

ex delegatione H. S. Tribunalis. Sane propositae quaestioni « Se sempre « costantemente in tutte le processioni, esequie, la precedenza sia stata « della confraternita del Monte dei Morti », omnes testes pro dicta confraternitate inducti concorditer responderunt: « Affirmative ». Ex testibus vero sodalitatis a Pretiosissimo Sanguine duo tantum responderunt se non recordari; reliqui vero responderunt vel affirmative vel sodalitates ius praecedentiae exercuisse vicissim. Ita v. g. testis Sordillo Archangelus testatur « che nelle processioni delie feste relative alle sin- « gole confraternite scambievolmente, cioè nella festa della confraternita « del Monte dei Morti la confraternita del Preziosissimo Sangue ha « avuto la precedenza, e nella festa della confraternita del Preziosissimo « Sangue quella del Monte dei Morti ha avuto la precedenza ». Martignetti Caietanus: « Fino a che non sono cominciati i contrasti fra le « due congreghe, si scambiavano la precedenza scambievolmente ». Pagliuca Antonius: « Conosco che la precedenza alla confraternita del « Monte dei Morti nelle processioni di rito e del patrono è stata sempre « data dalla confraternita del Preziosissimo Sangue, perchè alla sua volta « la confraternita del Preziosissimo Sangue la riceveva dall'altra del « Monte dei Morti in occasione delle feste ». Pagliuca Franciscus: « La « confraternita del Monte dei Morti ha avuto sempre e costantemente « la precedenza sull'altra, fino a che quest'ultima non fu elevata ad « arciconfraternita: nelle feste però che entrambe le due confraternite « facevano, stante il buon accordo, si usava a dare la precedenza alla « confraternita invitata ». Hisce concinit testis Raphael Longo, pariter a sodalitate a Pretiosissimo Sanguine alligatus, qui supra propositae quaestioni respondit: « Affermativamente fino a che la congrega del Prezio- « sissimo Sangue non è stata elevata ad arciconfraternita, salvo un « sol caso in cui la confraternita del Preziosissimo Sangue, nell'asso- « ciare un fratello defunto avendo invitato anche la congrega del Monte « dei Morti, si oppose a concedere la precedenza a questa », et interrogatus testis « Se questa precedenza fu data anche dopo la creduta ele- « vazione ad arciconfraternita della confraternita del Preziosissimo San- « gue », respondit: « Dopo ottenuto il breve, durante un periodo di calma, « per convenzione, si scambiavano la precedenza nelle processioni delle « relative feste, ed anche in qualche funerale; sorti in seguito dei disturbi, « questa convenzione non è stata più mantenuta, e la confraternita del « Preziosissimo Sangue sempre si è opposta alla precedenza, e non « potendo riuscirvi si è ritirata, anziché intervenirvi ».

In genere igitur testes ab utraque parte inducti deponunt in favorem sodalitatis Montis Mortuorum, et insuper ex eorum depositionibus,

prouti ,in Summario utriusque partis apparet, saniorem partem tum populi tum cleri adversari praetensionibus sodalitatis a Pretiosissimo Sanguine. Nec contra testes adductos a sodalitate Montis Mortuorum utiliter invocari valet exceptio quod sint testes in causa propria, utpote quia sunt membra ipsius sodalitatis, ideoque interesse habentes in causa; nam ipsi non testantur in proprium commodum directum, sed in commodum sodalitatis, et quemadmodum singuli de universitate admitti possunt ad testandum pro universitate, ita admittuntur singula membra collegii pro collegio, ut late probat Reiffenstuel cit, tit. 20 *de test, in causa prop.*, n. 212. Confer etiam Rotam in Recent, par. XI, dec. 320, n. 811. Quare immerito patronus sodalitatis a Pretiosissimo Sanguine carpit uti testem periurum Paschalem Polcari, qui per plures annos fuit prior sodalitatis Montis Mortuorum, et qui deposuit quod « La « precedenza si è sempre mantenuta dalla confraternita del Monte dei « Morti; solo in caso d'invito per le feste patronali abbiamo ceduto la « precedenza per cortesia alla congrega del Preziosissimo Sangue, cosa « che alla nostra volta si riceveva dalla confraternita del Preziosissimo « Sangue in occasione delle sue feste patronali »; quae postrema depositionis pars circa mutuum praecedentiae exercitium facit testem concordem cum fere omnibus nuper transcriptis aliorum testium depositionibus, ideoque iniuria ipse tanquam periurus coarguitur.

Relate vero ad allatum breve apostolicum, supra quod se fundat sodalitas a Pretiosissimo Sanguine ad sibi adiudicandam praecedentiam, Patres Domini praeter superius disputata, sequentia animadverterunt. Primo ipsum fuit obtentum inscia et inaudita sodalitate Montis Mortuorum, in cuius praeiudicium relativa oblata Pontifici petitio vergebat utpote quia antiquior et iam in possessione praecedendi; neque in'hoc puncto sodalitas a Pretiosissimo Sanguine allegare potest bonam fidem, quia in consimili praecedenti postulatione facta ab adversaria, ipsa mordicus sese opposuerat, et facta oppositio effectum sortita est.

Secundo adnotarunt litteras commendatitias appositas instantiae sodalitatis a Pretiosissimo Sanguine a vicario generali Beneventano pro ipsius elevatione ad titulum honorificum archisodalitatis non fuisse sufficientes. Nam iuxta breve Clementis VIII *Quaecumque* anni 1604, requiritur quidem consensus Ordinarii pro aggregatione vel erectione sodalitatis, sed nomine Ordinarii non venit vicarius capitularis aut vicarius generalis, uti patet ex sequenti declaratione S. C. Indulgentiarum relata a P. Ferreres, n. 48 in tractatu *de sodalit.* : « 3) Utrum vica« rius generalis possit validas concedere litteras testimoniales ac con« sensum requisitum a Clemente VIII pro aggregatione Sodalitatum.

« Ad 3) S. Congr. respondit: Negative » (dec. authent., n. 420); et in alio decreto diei 2 aug. 1888 eiusdem S. Congr. edicitur dari posse dictum consensum ex speciali delegatione episcopi, facta tamen mentione huius specialis delegationis in litteris commendatus et quidem sub poena nullitatis, uti datur eruere ex proposito quaesito et responso, quod per integrum refertur a supra citata ephemeride *Monitore ecclesiastico,* v. 5, p. 2, n. 223. Insuper irregularitas praestiti consensus apparet ex eo quod clanculum fuit datus, nullo de eo et instantia relicto in actis curiae vestigio, prouti huius cancellarius fidem facit: « Dietro richieste « del rev. can. Barone, ho fatto ricerche in questo metropolitano archi- « vio, ma non ci ho trovato traccia alcuna di pratica relativa alla con- « gregazione del Preziosissimo Sangue di Montefalcione circa il conse- « guimento del titolo onorifico di arciconfraternita ». Quin imo clandestine obtentum breve a sodalitate Pretiosissimi Sanguinis nonnisi post initum iudicium provocatum ab adversaria sodalitate Montis Mortuorum, fuit exhibitum, ita ut curia Beneventana coacta fuerit ad admittendam probationem per testes super modo quo fuit a directore sodalitatis a Pretiosissimo Sanguine assecutum, ceu ipse archiepiscopus Beneventanus retulit ad N. S. T. litteris diei 15 decembris 1911. Excussi vero testes ab utraque sodalitate inducti, fere concordes sunt in declarando praefatum directorem egisse « per vie non regolari, a carpire il privilegio di cui trattasi ». Ita, ut aliqui adducantur, deponunt sac. Philippus Poicari, Antonius Pagliuca archipresbyter memorati oppidi, Hercules Peppucci, Antonius Di Rienzo, et ipse frater directoris Ioannes Tito Manlio, qui haec retulit: « Mi consta che il mio fratello vicario foraneo andò personalmente a « Roma, e per mezzo di persona sua amica, ottenne il breve in parola; « Ricordo pure che al ritorno mi disse che il detto breve gli costava molto « lavoro ». Expenso itaque etiam modo, quo per breve sodalitas a Pretiosissimo Sanguine evecta fuit ad honorificum titulum, Patres DD. merito retinuerunt per ipsum nullum praeiudicium inferri adversariae sodalitati Montis Mortuorum relate ad praecedentiae ius quod eidem spectat ex duplici capite nempe antianitatis et possessionis, iuxta Gregorianae Constitutionis praescriptum, proindeque querelas et reclamationes a dicta sodalitate Pretiosissimi Sanguinis post obtentum breve elevatas esse reiiciendas, prout vult dicta Constitutio per sequentia verba: « quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus « et aliis subterfugiis prorsus remotis et cessantibus », quae cum data taxativa regula ad decernendam praecedentiam pugnant.

Quibus omnibus in iure et in facto sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus *Praecedendi ius spectare sodalitati Montis Mortuorum,* seu proposito dubio respondemus: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam,* statuentes praeterea expensas inter partes esse compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Ref.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 4 ianuarii 1915.

Iosephus Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.

L. « S.

Ex Cancellaria, 22 februarii 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

15 marzo 1915. — Mons. Tommaso Kennedy, vescovo tit. di Adrianopoli e rettore del collegio Americano del Nord in Roma, *Consultore della sacra Congregazione di Propaganda.*

21 marzo. — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore del Terz'Ordine Regolare della Penitenza di san Francesco, in Francia.*

27. marzo. — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore del sacro ordine Cistercense della Comune Osservanza.*

— L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Religiose Riparatrici del Sacro Cuore di Gesù in Lima.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

16 marzo 1915. — Mons. Prospero Scaccia, arcivescovo ài Siena.

Protonotario apostolico ad instar participantium:

13 marzo 1915. — Mons. Giuseppe Francesco de Moura Guimarâes, canonico della Metropolitana di Rio Janeiro.

Prelati Domestici di S. S.:

11 marzo 1915. — Mons. Michelangelo Bovieri e Móns. Domenico Jorio, sotto-segretari della S. Congregazione dei Sacramenti.

16 marzo. — Mons. prof. Giacomo Brumat, dell'archidiocesi di Gorizia.

18 marzo. — Mons. can. dott. Cesare Bobbi, vicario generale della diocesi di Bobbio.

23 marzo. — Mons. Bartolomeo Bertone, canonico della catted. di Mondovi.

ONORIFICENZA

Con Breve apostolico il Santo Padre si è degnato di conferire

La Commenda delV Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

23 marzo 1915. — Al sig. cav. Davide Biraghi Lossetti, dell'archidiocesi di Milano.

MAGGIÖRDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

15 ottobre '1914. — Mons. Raimondo Hourcastagné, della dioc. di Bajona.

7 novembre. — Mons. Giuseppe Zumbo, deH'archidioc. di Reggio Calabria.

10 novembre. — Mons. Giuseppe Sartori, della diocesi di Mantova.

18 novembre. — Mons. Silvio M. Nardi Dei, della diocesi di Chiusi.

23 dicembre. — Mons. Giandomenico Pini, dell'archidiocesi di Milano.

— Mons. Massimino Corsi, dell'abbazia di Monte Cassino.

19 gennaio 1915. — Mons. Giuseppe Hoeningen, deH'archidioc. di Colonia.

— Mons. Ugo Bonamartini, di Roma.

26 gennaio. — Mons. Alessandro Jaivenois, della diocesi di Troyes.

— Mons. Nicolò van Balen, dell'archidiocesi di Utrecht.

— Mons. Guglielmo Francesco Elsen, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni Andrea Jansen, della medesima archidiocesi.

30 gennaio. — Mons. Agostino Lohmeyer, della diòcesi di Osnabrük.

— Mons. Luigi Camadini, della diocesi di Brescia.

30 gennaio 1915. — Mons. Angelo Zammarchi, della medesima diocesi.
— Mons. Lorenzo Conforti, della medesima diocesi.
— Mons. Venceslao Merinsky, dell'archidiocesi di Vienna.
8 febbraio. — Mons. Lazzaro Pepe, della diocesi di Gallipoli.
— Mons. Achille Consiglio, della medesima diocesi.
10 febbraio. — Mons. Renato David, dell'archidiocesi di Parigi.
- Mons. Polidoro Benedini, della diocesi di Mantova.
— Mons. Adalberto Szuchy, della diocesi di Transilvania.
13 febbraio. — Mons. Francesco Saverio Greco, della diocesi di Lecce.
— Mons. Gaudenzio Bisetti, della diocesi di Bobbio.
— Mons. Giovanni Battista Ghirardelli, della medesima diocesi.
18 febbraio. — Mons. Enrico Bertmans, della diocesi di Münster.
19 febbraio. — Mons. Stanislao Krzeszkiewicz, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
23 febbraio. — Mons. Roberto Sacoicki, della diocesi di Culma.
8 marzo. — Mons. Nehmatalla Auad, residente a Roma.
— Mons. Eugenio Martini, della diocesi di Mantova.
— Mons. Valentino Valentini, della diocesi di Tivoli.
12 marzo. — Mons. Giuseppe Liean, dell'archidiocesi di Gorizia.
17 marzo. — Mons. Isaia Isola, della diocesi di Concordia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

4 dicembre 1914. — Mons. Luigi Danna, della diocesi di Viterbo.
11 gennaio 1915. — Mons. Girolamo Tamburri, della diocesi di Sutri.
30 gennaio. — Mons. Giovanni Battista Pé, della diocesi di Brescia.
8 febbraio. — Mons. Giovanni Elli, della diocesi di Squillace.
— Mons. Giuseppe Merra, della diocesi di Adria.
— Mons. Gabriele Flores, della diocesi di Ancud.
— Mons. Ambrogio Scholz, della medesima diocesi.
10 febbraio. — Mons. Bruno Brunone, della diocesi di Susa.
— Mons. Samuele Prokupek, della diocesi di Transilvania.
— Mons. Pietro Korody, della medesima diocesi.
— Mons. Andrea Balácz, della medesima diocesi.
19 febbraio. — Mons. Francesco Raatz, dell'archidioc. di Gnesna e Posnania.
17 marzo. — Mons. Antonio Cardazzo, della diocesi di Concordia.
— Mons. Pietro Comisso, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

7 novembre 1914. — Il sig. marchese Andrea Lezzani, di Roma.
10 dicembre. — Il sig. conte Paolo Santucci, di Roma.
27 gennaio 1915. — Il sig. conte Riccio Ricci, della diocesi di Rieti.
10 febbraio. — Il sig. comm. Gennaro Elefante, dell'archidiocesi di Napoli.
18 febbraio. — Il sig. conte Paolo Folicaldi, della medesima archidiocesi.
19 febbraio. — Il sig. conte Guglielmo de Droste-Padberg, della diocesi di Paderborna.
— Il sig. barone Ulderico de Ketteler-Schwarzenraben, della medesima diocesi.

23 febbraio 1915} — Il sig. Leone Healy, dell'archidiocesi di Firenze.
— Il sig. marchese Giuseppe Sacripanti Vitutii, di Roma.
— Il sig. marchese Felice Toraldo, della diocesi di Nicotera e- Tropea.
8 marzo. — Il sig. cav. Luigi Tagliapietra, del patriarcato di Venezia.
— Il sig. conte Alberto de Nisac, dell'archidiocesi di Parigi.
20 marzo. — Il sig. comm. Giovanni Campbell, della diocesi di Bajona.

Camerieri oVonore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

14 ottobre 1914. — Il sig. Edoardo Rousselle, dell'archidiocesi di Parigi.
10 febbraio 1915. — Il sig. cav. Ermanno Tibertelli, dell'archid. di Ferrara.
18 febbraio. Il sig. Giacomo Montoto y Sedas, deH'archidioc. di Siviglia.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

27 gennaio 1915. — Mons. Giuseppe Marcozzi, della dioc. di Ascoli Piceno.
— Mons Francesco Onori, della medesima diocesi.
28 gennaio. — Mons. Giovanni Dujmusic, della diocesi di Vrhbosna.
— Mons. Carlo Cankar, della medesima diocesi.
24 febbraio. — Mons. Scipione Pensuti, di Roma.
17 marzo. — Mons. Giovanni Cruise, dell'archidiocesi di Toronto.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

28 gennaio 1915. — Mons. Francesco Malesevié, della dioc. di Vrhbosna.
8 febbraio. — Mons. Francesco Bohle, della diocesi di Ancud.
13 febbraio. — Mons. Giuseppe Campa, della diocesi di Lecce.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

30 gennaio 1915. — Mons. Giuseppe Wagner, dell'archidiocesi di Vienna.
— Mons. Luigi Palina, della medesima archidiocesi.
8 marzo. — Mons. Giovanni Paponi, della diocesi di Pescia.
— Mons. Dante Biagiotti, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

15 marzo 1915. — Mons. Giovanni Grimes, vescovo di Christchürch.

18 marzo. — Mons. Francesco Paolo Carrano, arcivescovo di Trani.

19 marzo. — L'Emo signor cardinale Antonio Agliardi, vescovo di Albano, sottodecano del sacro Collegio, Cancelliere di santa Romana Chiesa, ecc.

28 marzo. — Mons. Giovanni Maria Leone Dizien, vescovo di Amiens.

Annus TU - Vol. VII Die 20 Aprilis 1915 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA **BENEDICTI PP.** XV

EPISTOLAE

I

AD R. D. UBALDUM MANNUCCI, DE DUPLICI VENERATIONIS OBSEQUIO GRATIAS AGIT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Tuam in Nos pietatem amavimus vixdum ad Petri Cathedram evecti, cum obtulisti Nobis Dialogum Andreae a S. Cruce « De Ecclesiae primatu » a te primum in lucem editum ; eamdem novo nunc testatam argumento complectimur, oblato Nobis opere « Die Frauenfrage » dilecti filii sac. Augustini Rosier e Congregatione sanctissimi Redemptoris, quod tu quidem italice reddidisti. Quibus in muneribus non observantiae tantum officium pergratum habuimus, sed etiam consilium quo eiusmodi suscepisti labores. Altero enim, ut novimus, illud spectasti ut novum proderes vetustioris aetatis de pontificia infallibilitate testimonium, altero ut rerum socialium apud nos studiosis librum traderes in quo tute, copiose, dilucide reperiant quid de sociali conditione mulieris ex catholicae religionis praescriptis sit sentiendum. Qua sane in re provide admodum te scito fecisse, cum de agitatissima hac quaestione tam multa tamque acriter fuerint in utramque partem disputata, ut maxime sit vigilandum ne pravae invalescant doctrinae quae mulierem viri aemulam potius esse, quam adiutricem volunt: id est non tam iis ornatam virtutibus, quibus intra domesticos parietes pacifice regnare videatur, sed alienis deditam studiis et in alieno campo contendentem. Est igitur cur et gratias tibi, dilecte Fili, agamus ex animo vehementerque gratule-

mur. Benevolentiam in te Nostram fmctuosiorem reddat apostolica benedictio, quam caelestium auspicem munerum tibi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvm decembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD IACOBUM CARD. GIBBONS, ARCHIEPISCOPUM BALTIMORENSEM ; IOANNEM M. CARD. FARLEY, NEO-EBORACENSEM ARCHIEPISCOPUM; GUILELMUM CARD. O'CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FOEDERATARUM AMERICAE CIVITATUM, GRATULATUR QUOD SOLLEMNIA OB VICESIMUM QUINTUM EXPLETUM ANNUM A CONDITA CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITATE WASHINGTONIAE APPARENTUR.

Dilecti Filii Nostri ac venerabiles Fratres salutem et apostolicam benedictionem. — Allatum nuper Nobis est apparari ^Vashingtoniae sollemnia ob feliciter impletum annum a condita catholica studiorum Universitate vicesimum quintum, eaque tum vestra, tum danorum laicorum praesentia digna plane, uti speratur, futura singulari eventus faustitate. Laetari vos in primis, dilecti Filii Nostri ac venerabiles Fratres, hisce secundis Athenaei rebus nemo non iure factum existimaverit, qui probe noverit vestrae praesertim providentiae deberi almae huius doctrinarum sedis exordia atque incrementa tam laetabilia. At vero laetitia haec vestra, non adeo est vestrum propria, ut non sit Nobis aliqua ratione communis. Diligimus enim, quin imo, ferimus in oculis Americanum genus, validum iuventa atque agendi cogitandique sollertia nemini secundum : eidemque uti ad omnem humanitatis ascensum apertiorem in dies viam patere cupimus, ita non possumus non iucundissime affici iis omnibus, quibus iuvari ad eumdem assequendum potest.

At vero non animum doctrina tantum excolendum assiduae curae vestrae spectarunt, sed ea in primis caelesti sapientia, cuius *lumen inexstinguibile est,* et *quacum omnia bona* gregibus vestris *ventura* perspectum erat. Quae quidem pastoralis sollicitudinis vestrae testimonia nemo sane erit aequus rerum aestimator, qui non commendatissima iudicet dignaque omnino quae cives omnes, maximeque catholici in primisque clerus studiis ac favore prosequantur. Qua sane in re, nolu-

mus Nostras deesse laudes ColumbianisEquitibus; qui, attributa Washingtonianae universitati, ut nuper nuntiasti, ingenti pecuniae vi, illud providenti consilio sunt consequuti, ut solidae christianaeque institutionis beneficia latius pertineant ad sequioris conditionis adolescentes. Quod insigne gratificandi exemplum uti bonis omnibus, probatur, ita omnibus, quibus nimirum sit facultas, imitandum aemulandumque proponimus: valdeque velimus ut ipsi vos, dilecti Filii Nostri ac venerabiles Fratres, Athenaei inserviatis dignitati etiam mittendis alumnis, quorum excellentiores ingenii animique dotes plus quiddam afferunt spei. Praeter ceteras quae inde sperantur utilitates, ea quoque consequetur, quod Americanae Ecclesiae clerus una eademque doctrina ac disciplina informabitur: idque - expertis loquimur - tanti profecto erit, quanti clero uti cuius pietatis fructus vel ipsa auctura est promptior atque arctior conspiratio voluntatum.

Quod quidem assiduis petentes a Deo precibus, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem vobis omnibus, dilecti Filii Nostri ac venerabiles Fratres, Rectori, doctoribus atque alumnis Washingtoniani Lycei, nec non Golumbianis Equitibus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn martii MGMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

TU

AD R. P. D. IOANNEM IRELAND, ARCHIEPISCOPUM S. PAULI DE MINNESOTA, DE NOVA AEDE CATHEDRALI PAULOPOLI PROPEDIEM DEDICANDA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum tu novae cathedralis aedis, in ista honoris tui sede, initia poneres, scimus decessorem Nostrum fel. rec. Pium X, datis ad te litteris die xx mensis aprilis anno MCMIV, tum laudes tibi, venerabilis Frater, tribuisse ac piis hominibus qui suis te opibus adiuvarent, tum hortamenta ad peragendum inceptum adiecisse. Nunc certiores facti sumus aedificationi iam esse fastigium impositum, eamque, excepto interiore ornatu, omni ex parte sic absolutam, ut ipsius dedicatio sollemnis in diem undecimum proximi mensis aprilis constituta sit; eiusmodi autem excitatum esse templum, ut et amplitudine et magnificentia et formae elegantia

insigne dici posse videatur. Haec Nos perlibenter intelligentes, facere non possumus, quin omnes, quotquot ad rei successum contulerunt aliquid, eos praesertim qui, pro suo Religionis amore, egregie se muníficos praestarunt, dilaudemus. Tibi vero, qui cum in omni pastoralis officii munere virtutem praeclare actuosam ostendere consueveris, tum in hoc ipso declarasti quam decorem Domus Dei diligeres, in primis gratulamur instantiam curasque tuas e sententia successisse. Auspex autem caelestium bonorum ac testis paternae benevolentiae Nostrae sit, venerabilis Frater, apostolica benedictio, quam tibi eisque omnibus quos memoravimus, atque etiam reliquo tuo clero ac populo amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiv mensis martii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD IACOBUM CARD. GIBBONS, BALTIMORENSEM ARCHIEPISCOPUM, EXIMIAM CA TATEM LAUDAT CATHOLICORUM FOEDERATARUM AMERICAE CIVITATUM ERGA MISEROS NATIONIS MEXICANAE INCOLAS, CIVILIBUS PERTURBATIONIBUS VEXATOS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Certiores quotidie de iis reddimur, quibus catholici praesertim Foederatarum Americae Civitatum, praeeunte venerabili Episcopatu, votis Nostris obsecundantes, contendunt moerorem damnumque mitigare, quibus tot fratres nationis Mexicanae iam dudum premuntur ob civiles perturbationes regionem illam catholicam devexantes.

Illud praesertim scimus, caritatem hanc fraternam patuisse actuosam eamdemque multiplicem, scilicet subsidio ephemeridum, conventuum, subscriptionum, collectarum et omne genus beneficorum coeptuum; qua caritate excitati fuere quotquot sive ob spectatam civilem conditionem sive censum, sive praecipue animi nobilitatem ingeniique praestantiam, maximi momenti causae suppetias quomodolibet ferre possent.

Quo factum est, ut Pastores animarum optime meriti, sacerdotes et utriusque sexus claustrales, patria extorres, tuto hospitio humanisque curis iuvari potuerint, et (quod Nobis maxime gratum fuit) in semi-

narium colligi pauperes ephebi mexicani, in sacerdotii spem educandi. Atque ita manifestari coepit penes omnes in hisce regionibus ille amor, eaque cura et tutela in exules, quae perpulcros inter fastos rei christianae et civilis in America accensebitur.

Inter multos, qui pio huic operi adlaborarunt, indigitare heic placet, praeter te, dilectum Filium Nostrum, duosque Patres Cardinales, qui eodem, ac tu, magnanimitatis merito praestant, venerabiles Fratres Archiepiscopos Chicagensem et Novae-Aureliae, una cum Episcopis Campifontis, Matanzensi, Toletano, S. Christophori de Habana et S. Antonii iam a Nobis laudato; nec non dilectos Filios sac. Franciscum C. Kelley, praesidem *Catholic Ghurch Extension Society* et religiosum virum Recaredum Tierney S. L, diarii *The America Press* moderatorem.

Quibus omnibus ceterisque dum laudis testimonium et incitamentum adiungimus, spes Nobis adridet fore, ut iidem et quotquot exstant penes nos Christi fideles « corde magno et animo volenti » salutare opus efficaciter prosequantur ac foveant quousque (quod quantocius eventurum confidimus) civilis ordo et christiana libertas in dilectissima Mexicana republica instaurentur.

Auspicem interim caelestium bonorum Nostraeque benevolentiae testem tibi, dilecto Filio Nostro, tuaeque archidioecesi universae benedictionem apostolicam peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvii martii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. D. CAROLUM GRANNAN, QUOD DE COLLEGIO PIO LATINO AMERICANO BENE SIT MERITUS GRATULATUR.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Suadet has ad te litteras caritas; eaque Nos permoti, non solum, dilecte Fili, gratulamur tibi ex animo providentem in Collegium Pium Latinum Americanum voluntatem, sed etiam te hortamur vehementer ut alacriori in dies studio coeptum urgeas, ad quod et amor fraternitatis et ipsa te suaviter impulit decessoris Nostri f. r. Pii X cura et sollicitudo. Quamquam enim sollertia, hac in re, tua laetabiles iam tulerit fructus, domesticis tamen eiusdem Instituti difficultatibus non ita est provisum, ut

augescenti in dies messi in Americae Latinae dioecesibus par suppetat sacrorum operariorum copia. In ea quidem comparanda probe novimus episcoporum elaborare industriam: illud tamen, ut bene nosti, singularum dioecesium utilitas, illud Ecclesiae universalis bonum requirere compertum est, ut in unaquaque dioecesi sint sacerdotes, quos Roma, ecclesiarum omnium mater et magistra, catholicam doctrinam ac disciplinam uberius tutiusque edocuit. Quare Urbani huius Collegii res fac pergas fovere, ut pietati tuae ac bonorum ex Foederatis Americae Civitatibus liberalitati, fratres ex America Latina sentiant sibi esse haud parum tribuendum.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apo>-stolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, iisque omnibus quas nactus fueris consilii propositique tui adiutores peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvn martii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

VI

AD R. D. FRANCISCUM NAVAL, SACERDOTEM E MISSIONALIBUS FILIIS IMMACULATI CORDIS MARIAE, BINOS LIBROS AB IPSO OBLATOS LAUDIBUS PROSEQUITUR.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Binos libros tuos, quos tribus comprehensos voluminibus, pietatis testandae causa, Nobis deferendos curasti, equidem grate accipimus: illum praesertim qui *Sermonario breve* inscribitur. Doctrinae enim et bonitate et copia, in conpiunculas lucide dispositae, valde commendabilem esse scimus; eundemque peropportunum iis qui debeant subito aut in angustiis temporis de rebus divinis dicere, Nosmet ipsi usu cognovimus. Nam pluries et ante archiepiscopatum Bononiensem, cum aliquid operae daremus *ministerio verbi,* et in archiepiscopatu, maxime cum dioecesim rite lustraremus, praeclarae is liber commoditati Nobis fuit. Eum igitur gaudemus, novis a te expolitum curis latius vulgari. Alterum, qui est *de Teologia Ascetica y Mistica,* nunc primitus videmus; sed, tua perspecta sollertia, existimare licet ipsum quoque probabilem esse ac frugiferum. Quare tibi, dilecte Fili, gratulamur: atque auspicem caelestium, quae optamus,

munerum, et benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi martii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

VII

AD R. D. IOSEPHUM BELLINO, DE EXEMPLARI OPERIS « GESÙ CRISTO NELLE SS. SCRITTURE E NEI SS. PADRI E DOTTORI » REVERENTER EXHIBITO GRATIAS PERSOLVIT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Pergrato Nos munere affecisti oblato opere quod inscribis: *Gesù Cristo nelle Ss. Scritture e nei Ss. Padri e Dottori,* in eoque non officia tantum pietatis in Nos tuae amplexi libenter sumus, sed laudavimus diuturni laboris fructus haud exiguos. Sapienti enimvero iudicio collecta ac disposita in eo comperimus potiora catholicae doctrinae capita; valdeque laetamur probatum Nobis opus ita te absolvisse, ut quod spectabas plane consecutus videaris. Eiusdem enim lectioni si quis assueverit, huic singula dicta, facta vitaeque Divini Servatoris documenta, tot Ecclesiae Patrum ac Doctorum sententiis a te opportune illustrata, adeo luce sua clarescent, ut ad *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam* trahi et prope compelli se sentiat. Pretium labori tuo addit etiam utilitas quam inde percepturi sunt qui sacris habendis concionibus destinantur: eamque portendere perspicuum est rerum copiam uberrimam in argumento omnium maximo ac praestantissimo. Quo sane cum semel quis mentem penitus innutrierit suam legendo pieque commentando, illud facile, quod est summopere optandum, assequetur, ut non aliud se scire, cum Apostolo, iudicet; non aliud se posse maiori cum animarum lucro praedicare, nisi Iesum et hunc crucifixum.

Est igitur cur tibi, dilecte Fili, gratulemur ex animo, officiisque tuis benevolentiae testimonio respondeamus apostolicam benedictionem, munerum caelestium auspicem, tibi amantissime impertiendo.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxn martii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

DE VETITIS NOBILITATIS FAMILIARIS TITULIS ET SIGNIS IN EPISCOPORUM INSCRIPTIONIBUS ET ARMIS.

Apostolica constitutione, cuius initium *Militantis Ecclesiae* die 19 decembris 1644 data, Summus Pontifex Innocentius X mandavit ut « omnes « S. R. E. Cardinales, ad unitatem et aequalitatem ordinis construen- « dam, iubeant e propriis sigillis et insignibus quibuscumque, vulgo « *armis* nuncupatis, amoveri coronas, signa ac omnes notas saeculares, « praeter eas quibus intra scutum armorum eorum familiae tamquam « de essentia et integritate eorumdem armorum utuntur, et ut in poste- « rum ab illorum usu abstineant ». Ad unam vero eamdemque rationem hac in re etiam quoad Episcopos inducendam Ssmus D. N. Benedictus Papa XV legem, quae supra relata est, ad eos extendendam opportunum censuit. Quapropter Sanctitas Sua hoc edi iussit consistoriale decretum, quo Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi omnes tam residentiales quam titulares in posterum in suis sigillis et insignibus seu armis, itemque in edictorum inscriptionibus, titulos nobiliares, coronas, signa aliasque notas saeculares, quae nobilitatem propriae familiae vel gentis ostendant, addere penitus prohibentur, nisi forte dignitas aliqua saecularis ipsi episcopali aut archiepiscopali sedi sit adnexa; aut nisi agatur de ordine equestri S. Ioannis Hierosolymitani aut Ssmi Sepulchri. Contrariis non obstantibus quibusvis.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die 15 ianuarii 1915.

£8 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

f Fr. Thomas Boggiani, *Adsessor.*

II

REGIMEN PAROECIARUM ABBATIAE S. BENEDICTI VETERIS COMMITTITUR EPISCOPO EUGUBINO.

Quo aptiore ratione consuleretur spirituali bono ac commodo trium paroeciarum, quae ad S. Benedicti veteris abbatiam olim pertinebant, Ssmus D. N. Pius PP. X, patrono viro principe Alfonso Doria Pamphilj instante, et Emo viro cardinali Mariano Rampolla del Tindaro protectore assentiente, consistoriali decreto diei 27 maii 1910 tres memoratas paroecias ab ecclesia S. Agnetis V. et M. de Urbe seiunxit easque quoad spirituale animarum regimen univit dioecesi Eugubinae, sub immediata tamen S. Sedis dependentia ac subiectione atque sartis tectisque earumdem paroeciarum iuribus ac privilegiis.

Insequenti vero decreto consistoriali diei 6 aprilis 1911 eadem Sanctitas Sua Episcopum pro tempore Eugubinum, tamquam Apostolicae Sedis Delegatum, titulo quoque *Abbatis S. Benedicti veteris* condecorare dignata est.

S. CONGREGATIO CONCILII

EUGUBINA

ADMINISTRATIONIS

24 maii 1913

Species facti. - Vertitur praesens quaestio circa quoddam assertum privilegium, vi cuius Capitulum Cathedrale Eugubinum quamlibet Episcopo subiectionem quoad bonorum administrationem negat, ac eidem, etiam in sacra visitatione, librum deliberationum capitularium ostendere detrectat, hac definite de causa, quod in plerisque coetibus capitularibus agatur de bonorum administratione.

Pro cuius controversiae statu intelligendo, praemittere praestat in cathedrali ecclesia Eugubina antiquitus canonicos regulares exstitisse, sub regula S. Augustini viventes. Summus autem Pontifex Leo X, per bullam datam die 7 maii 1514, ad preces administratoris apostolici

dioecesis Eugubinae, capitulum regulare in saeculare convertit, salvis iuribus, privilegiis, numero canonicorum regularium, et sub lege ut omnis potestas ac iurisdictio transferretur in Praepositum, qui regularis Prioris locum teneret: qui etiam Praepositus - sunt verba praedictae bullae - « in administratione eorumdem temporalium bonorum aucto- « ritatem et facultatem omnino retineat, quas habet, gerit ac tenet ad « praesens modernus prior ». Deinde vero, instante episcopo Eugubino « ut ipsa ecclesia et eius personae, iuxta iuris communis dispositiones « et aliarum cathedralium ecclesiarum saecularium, regantur et guber- « nentur », Iulius PP. III, bulla *Cunctis orbis ecclesiis* diei 4 sept. 1551 « iurisdictionem, potestatem et superioritatem, in capitulum et pro tem- « pore exsistentes canonicos » episcopo quidem attribuit: statuit tamen ut « administratio rerum et bonorum dictae ecclesiae et illius mensae « capitularis, non ad pro tempore exsistentem praepositum solum, sed « ad praefatum capitulum pertineat et spectet, et per eos tantum exer- ceri... debeat», porro subdens: «ut tam circa iurisdictionem, pote- «- statem et superioritatem praefatas, quam correctionem praefatorum « capituli et canonicorum, et alia quaecumque illas quomodolibet con- « cernentia, dispositio iuris communis omnino servari debeat ».

Synopsis disceptationis. - In primis, extra omnem controversiam etiam in casu, est, attento iure communi, ius esse capitulo administrandi bona temporalia, quae capituli ipsius, qua collegium, sunt propria; episcopum autem non posse huiusmodi ius tollere aut laedere, bene vero - iure communi spectato - posse ac debere advigilare, administrationis rationum redditionem exigere, arguere quae contra canonum sanctiones aut synodalia praecepta in ea deprehenderit, etc. Huiusmodi enim ius in pastorali visitatione praesertim, ordinaria potestate exercet episcopus in collegia a sua iurisdictione non exempta, potestate autem delegata a S. Sede, in cetera collegia. Haec omnia in explicita Ss. Tridentinae Synodi lege continentur (sess. VI, c. 4; sess. VII, c. 8; sess. XXI, c. 8; sess. XXIV, c. 3, 9, 16 *de ref.)* et paene innumeris S. C. Concilii et S. R. Rotae decisionibus firmata sunt. Quin etiam in causa Guardien, 14 nov. 1733 S. C. Concilii tenuit « episcopum libros quoque admini- « strationis bonorum ecclesiarum collegiatarum *commendatarum* [h. e. « quae emis Cardinalibus in commendam concreditae fuere] iure dele- « gato recognoscere et administrationis rationem petere posse ».

Ceterum, si « recenti iure generatim requiritur ut constitutiones « eiusmodi [quas nempe capitulum sibi condere potest] ab episcopo « confirmentur », ut cum communi habet Wernz, *Ius decret.* II, 790, et

in his constitutionibus certe non desint normae bonorum administrationem spectantes, quae igitur normae episcopi approbationi subiacent, multo quidem magis eiusdem approbationi, et ideo vigilantiae ac visitationis iuri, subiici debet earumdem normarum usus et applicatio : quod idem est ac dicere episcopo competere - communi iuri spectato - facultatem exigendi a capitulo redditionem rationum quoad bonorum administrationem.

Haec, uti diximus, ius commune quod spectat, a capitulo quoque Eugubino admittuntur et ultro conceduntur; quod igitur tantummodo contendit, se a communi iure per peculiare quoddam privilegium exemptum fuisse. Idque asserere nititur:

1. In fundamento praefatae bullae Iulii PP. III, diei 4 sept. 1551, in qua legitur ut iam vidimus: « Administratio rerum et bonorum « dictae ecclesiae et illius mensae capitularis non ad pro tempore exsi- « stentem praepositum solum, sed ad praefatum capitulum pertineat et « spectet, et per eos *tantum* exerceri... debeat». Dicitur enim: *per eos tantum*, h. e. per praepositum et capitulum, aliis omnibus exclusis: porro, qui dixit *omnes* neminem excepit, ideoque nec episcopum. - Quae interpretatio confirmatur

2) Ex litteris, quas die 12 iulii 1577, iussu Summi Pontificis dedit emus card. Sauli ad episcopum Eugubinum, qui nonnullas innovationes in capitularem administrationem inducere satagebat; tenor enim litterarum hic est: « Nostro Signore, dopo aver inteso dalla Congregazione « dei Vescovi quel che Vostra Signoria ha risposto alle domande fatte « dal suo capitolo, e quello che ora hanno esposto di nuovo contro di « lei gli ambasciatori di quella città, ha ordinato che, di espressa com- « missione Sua, io scriva a V. S. che, non ostante quanto ha scritto in « giustificazione sua, *non si intrometta più sotto alcun pretesto nelV am- « ministrazione dei beni capitulari, lasciandone la cura libera alii cano- « nici stessi, revocando gli editti e pene contenute in essi* ». Quae litterae tantam efficaciam adeptae sunt, ut episcopus, die 17 iulii 1577, sua decreta circa administrationem bonorum, penitus revocaverit.

3. Ex actis sacrae Visitationis anni 1726 constat episcopum tunc temporis, Iosephum Cavalli, capituli responsiones postulasse circa nonnulla praecipua capita ad bonorum administrationem pertinentia, iuxta hanc formulam: « 1) Quali rendite abbia il capitolo in corpo, con la « descrizione puntuale dei corpi, frutti e dei pesi annessi. 2) Quale ren- « dita abbia ciascun canonico e dignità, il teologo, il penitenziere, li « mansionarii, li cappellani, cantori, musici, chierici di coro e li sacre- « stani. 3) Di tutto si faccia descrizione puntuale e si produca ». At his

quoque capitulum respondere renuit, afferens praedictas litteras cardinalis Sauli; quibus visis episcopus omnino adquievit.

4. Quum consuetudo optima habeatur interpres legum, iure afferri potest ad evincendum assertum privilegium, consuetudo in dioecesi Eugubina vigens ab immemorabili, scilicet a quatuor saltem ante saeculis; quo ingenti temporis spatio, nemine contradicente, constat numquam episcopos in administrationem bonorum capituli partem sibi vindicasse, vel ostensionem obtinuisse librorum ad eamdem spectantium.

Quibus Capituli deductionibus, pluribus respondet episcopus eugubinus.

Et in primis recolit quae generatim in doctrina de privilegiis adnotari solent: nempe in iis asserendis evincendam esse non modo ipsorum exsistentiam, sed et causam: idque maxime si, ut in casu, agatur de privilegio omnino singulari, quod non sine quadam gravissima, manifesta ac memorabili causa concedi solet, quae idcirco non praesumitur ex memoria hominum excidisse. In casu autem nullam historicam rationem asserti privilegii affert capitulum, quod illud interpretare nititur ex tenore quorumdam documentorum. Verumtamen, quod caput est, allata documenta minime sunt univoca, sed dubiae prorsus interpretationis, ex quibus propterea nonnisi dubia quaedam exemptio colligi possit. At explorati iuris est in dubio exemptionis standum esse pro iurisdictione episcopi.

Et sane: quoad 1) bullam nempe Iulii III, non fuisse per eam exclusum ius communiter competens episcopo, colligi omnino potest ex scopo et littera ipsius bullae, quae ad hoc destinabatur ut *ius communiter* vigens, in capitulum ipsum induceretur, sublata *privativa* potestate praepositi quoad administrationem bonorum. Aliis verbis *a)* bulla quae praeter praepositum alios capitulares admittebat ad bonorum gestionem, hoc ipso profecto non excludebat *tertii,* nempe episcopi, in eamdem gestionem advigilandi ius; *b)* bulla quae statuebat «ut ipsa « ecclesia et eius personae iuxta iuris communis dispositionem, et alia- « rum cathedralium ecclesiarum saecularium consuetudinem regantur « et gubernentur » tollere profecto debuit quod huic iuri communi adversabatur, videlicet privativam praepositi in capitulum iurisdictionem, non vero quae ipso iure communi vigebant, inter quae, nemine contradicente, est ius episcopi advigilandi in administrationem capitularem; c) bulla quae concessa fuerat ad preces ipsius Ordinarii, cui facta fuit facultas approbandi capitularia statuta, dummodo « sacris cano- « nibus non contraria », minime praesumitur statuisse exemptionem adeo singularem ab eodem Ordinario, eique sustulisse ius quod districtu

canonum praecepto illi competit, *d)* Demum attendere oportet ex huiusmodi bulla nonnisi argumentum *mere negativum* ad summum confici posse, quatenus nempe in ea dicitur « per eos tantum » (praepositum et capitulum) administrationem gerendam esse: at vero argumentum negativum in materia strictae interpretationis, qualis est coarctatio ordinariae iurisdictionis episcopi, parvi vel nihili est faciendum, nisi fulciatur positivis indiciis.

Gravius prima fronte indicium videtur, quod 2) desumitur ex litteris card. Sauli die 12 iulii 1577 ad episcopum Eugubinum datis. Sed omnis illius vis evanescit si consideretur facti species in qua datae fuerunt, videlicet si spectemus quasnam episcopi praetensiones in concreto excludere litterae illae voluerunt. Etenim edicta episcopalia adversus quae, non modo capitulum, sed et legati Eugubini ad S. Sedem recursus interposuerant, haec inter alia continebant: « Volendo noi dar ordine ad un « buon reggimento per il capitolo nostro cattedrale, comandiamo a « tutti, che, finché l'ordine non sarà da noi stabilito nella nostra visita, « nessuno di loro debba pigliare, nè distribuire, o dare ad alcuno, *per « qualsiasi causa,* delle entrate di detto capitolo, tanto di quelle che « sono al presente in essere, come di quelle che entreranno . . . . *sema « nostra espressa licenza, sotto pena per ciascuna volta di scomunicazione « e di cento scudi* (23 novembris 1568) ».

Edicto, seu « reggimento delle entrate », mense decembri eiusdem anni promulgato, episcopus normas quasdam pro capituli procuratore *(il fattore)* statuerat, quem reddit « *libero nel maneggio di tutte le entrate « e uscite, nè in ciò alcun canonico od altra persona* ardisca d'impacciarsi « o ingerirsi », ac iubet « che si tenghino imbussolati i nomi dei canonici, « dei quali uno o più, *secondo a noi parerà,* per sorte si cavino revisori « delli beni del capitolo e in quel tempo *che noi giudicheremo più espe- « diente,* i quali revisori abbino *solo* il carico di rivedere e riferire a noi « e in nostra assenza al nostro vicario generale i disordini, ecc. - *Che « ogni tre mesi sia tenuto il fattore render conto a noi e in nostra assenza « al nostro vicario generale ».*

In edicto diei 2 novembris 1576 haec inveniuntur: « Per essere che « non convenga alla dignità che ritenete, d'attendere a negoci non con- « decenti . . . . vi comandiamo che niuno di voi s'ingerischi nella cura di « pigliar bollette, registrarle, pigliare il danaro dall'amministrazione « capitolare, pagare, tener conto delle entrate e dell'esito, tanto del «danaro, come grano, vino, ecc. e simili pertinenti alla suddetta ammi- « nistrazione, di custodirle o di farne esito nell'occorrenza, nego- « tiare, ecc. ».

Porro nemo non videt hisce decretis ius capitulo competens sua bona administrandi praeter modum coarctari, immo fere tolli aut certe suspendi. At vero ius vigilandi ad episcopum spectans, minime laedere, sed immo iuvare debet ius administrandi competens capitulo, neque episcopo fas est iustam capituli libertatem minuere ac inusitata gravamina imponere. Iure igitur praefatae litterae card. Sauli, episcopi edicta cum adiectis poenis - etsi ad rectum profecto finem lata - revocanda esse pronuntiant; sed potestatem ipsam quae lege conceditur, minime auferunt, neque ab ipso episcopo ad quem datae sunt, neque, multo minus, ab illius successoribus. - Saltem illud in proposito argumento manifestum est: deesse a voluntatis significatione quae hisce litteris continetur, *expressam, riominativam et decretoriam* potestatis de qua agitur ademptionem: et hoc ad obtinendam episcopi intentionem sufficeret: nam quae (claro) iure contrahuntur solo contrario (claro) iure pereunt (Reg. G. iuris civ.).

Post haec corruere quoque videtur tertii quod opponitur documenti vis: si enim anno 1726 episcopus Cavalli, visis hisce card. Sauli litteris a capitularibus obiectis, illorum intentioni adquievit, nec urgendam existimavit suam petitionem circa statum rei familiaris capituli in sacra visitatione cognoscendum, haec eius agendi ratio, si non ex prudentiali causa, ex erronea interpretatione processisse dicenda est, qua successores profecto non ligantur, quaeque multo minus sufficere videtur ad exemptionis privilegium antea non exsistens constituendum.

Nec meliori omine afferunt canonici consuetudinem seu rectius *non usum* potestatis visitandi, ex parte episcoporum inde a quatuor antea saeculis. Quod argumentum, iterum omnino negativum, iam explosum apparet in folio causae *Bergomen.,* diei 29 februarii 1908 (cfr. *Thesaurus,* tom. CLXVII, p. 156). « Nulla positiva lege episcopus cogitur *periodice* ut « ita dicam, administrationes revisere ; sed, ut aperte legitur in lege Tri« dentina (Sess. VI, cap. 4, *de Bef.) toties quoties opus fuerit...* hoc est quoties « in Domino ipse iudicaverit, idipsum peragere potest. Potest ideo epi« scopus quando vult et quomodo vult iure suo uti; et, si quando suspicio « oboriatur de imperitia vel infidelitate administratorum, *lege conscientiae* « ad id tenebitur; nulla tamen *taxativa dispositio iuris* ipsum compellit, « Ex eo igitur quod nullus episcopus " abbia mai chiesto al capitolo anche « solo l'annua resa dei conti „, illud logice fluit, administratores capituli « semper rem oeconomicam bene gessisse, ut numquam episcopis, per « tantum temporis spatium, opus fuerit ad rationem reddendam eos com« pellere; at extra logicam consequentiam contenderet, si quis negaret « episcopo ius revisionis. Non usus enim in facultativis nullum praeiu-

« dicium infert iuribus » (Glossa in 1. 5 *de Comm. divid.;* 1. 6 *de ann. praeser.;* De Luca, *discept.* XGVII, n. 13, etc.).

Quae omnia, hinc inde deducta, supposita fuerunt Emis S. G. Concilii Patribus, qui, praevio maturo examine, in plenario coetu diei 24 maii 1913, ad propositum dubium « An constet de privilegio exem- « ptionis a potestate episcopi circa bonorum administrationem pro capi- « tulo cathedrali in casu » responderunt: « Negative ».

O. GIORGI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

9 martii 1915. — *Episcopus cathedralis ecclesiae Tinensis et Miconensis,* R. D. Matthaeus Vido, vicarius capitularis eiusdem.

13 martii. — *Episcopus titularis Curiensis et Coadiutor cum futura successione episcopi Allahabadensis in Indiis Orientalibus,* R. P. Angelus a Casóla Valsenio (in saeculo Ioseph Poli), ex ordine Fratrum Minorum Capuccinorum.

Decretis S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

12 aprilis 1915. — *Administrator apostolicus vicariatus apostolici Arabiae,* R. P. Paulus de Lucignano, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum.

13 aprilis. — *Praefectus apostolicus novae praefecturae apostolicae de Sapporo in Japonia,* R. P. Wenceslaus Kinold, ex Ordine Fratrum Minorum.

S. CONGREGATIO INDICIS

i

DECRETUM

Feria II, die 12 aprilis 1915

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV sanctaque Sede Apostolica indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio Apostolico Vaticano die 12 aprilis 1915, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

C TRILLOS MACAIRE, *La Constitution divine de l'Eglise.* Genève, 1913.

PHILIPP FUNK, *Von der Kirche des Geistes.* Religiöse Essays in Sinne eines modernen Katholizismus. München, 1913.

ALPHONSE SALTZMANN, *Les remèdes divins pour l'âme et le corps.* Paris-Bruxelles, 1912.

PIERRE DE COULEVAIN, *Le roman merveilleux.* Paris, s. a.

Itaque nemo, cuiuscumque gradus et conditionis, praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 14 aprilis 1915.

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. ffi S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

II

Damianus Avancini et Theodorus Wacker decreto huius S. Congregationis, quo quidam eorum libri prohibiti sunt, se subiecerunt.

In quorum fidem, etc.

Thomas Esser, O, P., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

NUGERINA PAGANORUM

IURIUM

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo secundo, die 27 iulii 1914, RR. PP. DD. Fridericus Cattani, Ponens, *Antonius Perathoner et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* Nucerina Paganorum-Iurium, *inter Rev.* Dominicum Petti, *parochum S. Michaelis Archangeli in oppido vulgo* Malloni, *actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem adv. Aloisium Lavitrano, ex officio, et* Sodalitatem S. Luciae, *repraesentatam per suum legitimum procuratorem adv. Vincentium Sacconi, interveniente et disceptante Promotore iustitiae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In oppido, quod dicitur *Croce Malloni,* dioecesis Nucerinae Paganorum, exstat, iam a pluribus saeculis, sodalitas S. Luciae nuncupata, quae olim in ecclesia S. Onuphrii sedem habebat, qua, circa annum 1374, relicta, aere proprio capellani exstruxit S. Luciae dicatam, a latere parochialis capellae S. Michaelis Archangeli, et illuc se transtulit. Anno4407, consilium ampliandi capellani S. Michaelis captum fuit, et tunc pars inferior capellae S. Luciae illi fuit adiuncta, ut ibi presbyterium exstrueretur. Ita evenit, ut sepulcrum sodalium, quod in ea parte capellae S. Luciae conditum erat, in ecclesia S. Michaelis inclusum manserit. Capella autem S. Luciae presbyterio ecclesiae S. Michaelis iuncta manet, et tantum per cancellos divisa. In hanc ecclesiam anno 1694, ex templo S. Fortunati, translata fuit sedes paroeciae, quae idèo S. Michaelis Archangeli postea fuit nuncupata. Haec ita enarrantur ab episcopo Ammirante, in libro cui titulus *Siato della città e diocesi di Nocera:* « Quando dalla chiesa di S. Onofrio fosse passata la confraternita di « S. Lucia nel luogo ove attualmente si trova, non ci è noto. Troviamo « però scritto nel mentovato libro che nel 1374 fosse stata la nuova « cappella della confraternita *constructa a latere parochialis capellae « S. Michaelis Archangeli.* Ma è da notare che, all' epoca indicata, la << chiesa o cappellone di S. Michele non era ancora parrocchia, come

« lo fu dopo quasi tre secoli, ed è presentemente ; e quindi potè il cro-
« nista riguardare la chiesa di S. Michele non come era allora, cioè
«semplice cappellone, ma come era nei tempi nei quali esso viveva,
« vera parrocchia. Nell'anno 1407, volendosi allargare questo cappellone
« di S. Michele, si fecero alcune innovazioni nella cappella di S. Lucia,
« le quali consistettero in ciò che da essa cappella fu tolta la parte
« inferiore, e vi si costruì il presbiterio del nuovo cappellone, restando
« così delle due sepolture che aveva la confraternita, una, quella cioè
« destinata per gli uomini, chiusa nei recinti del presbiterio di esso
« nuovo cappellone, ed un'altra, quella per le donne, dentro i limiti,
« come stava prima, della cappella della confraternita... Mentre però i
« confratelli volentieri annuivano all'ingrandimento della parrocchia,
« giustamente vollero che si fosse conservata memoria del fatto da loro
« generosamente compiuto, e quindi pensarono di far collocare l'organo
« nel luogo ove attualmente si trova, ed è sulla porta d'ingresso che
« dalla parte interna della parrocchia mena alla cappella di S. Lucia,
«dando nel tempo stesso agio alla parrocchia di potersene servire per
«le sue funzioni, com'essa se ne serviva per le sue ». Sodalitas autem S. Luciae ab antiquo consueverat nonnullas, per suum spiritualem rectorem, in ecclesia parochiali sacras peragere functiones. Tum in festo B. M. Virginis Perdolentis et in praecedenti septenario, tum in festo S. Luciae et in praecedenti novenario, verbum Dei praedicare et in altari maiori sacra celebrare, ibique in die Paschatis sacram Synaxim sodalibus administrare solebat. Hoc autem non sine questubus parochorum, qui ita ius proprium a confraternitate usurpari lamentabantur, quod praesertim recenter evenit. Hodiernus enim parochus rev. dominus Petti, contra hanc praxim, utpote suorum iurium parochialium laesivam, insurgere coepit. Controversia ad curiam episcopalem delata est, quae, bis partibus accitis, eas inter se plene composuit. Etenim prima vice, scilicet die 13 octobris 1906, coram vicario generali dioeceseos, rev. par. S. Michaelis et moderator sodalitatis S. Luciae sequentem subscripserunt conventionem: « ... dopo scambievoli dichiarazioni di piena
« libertà di parola degli avvocati di entrambe le parti, si è stabilito di
«eliminare del tutto la questione del diritto, riconoscendosi da ambo
« le parti la consuetudine antica locale, e in quanto a numero di fun-
« zioni, e in quanto al modo di esercitarle, supplendosi, col benepla-
« cito della curia, quello che è necessario per evitare turbative del
« diritto comune ecclesiastico. E poiché le formule della convenzione
« esigono ponderazione seria e matura, si è dato appuntamento alle
« parti ed ai rispettivi rappresentanti, perchè il giorno 15 novembre, e

« qualora non sorgessero legittimi impedimenti, si ripresentino innanzi « a questa curia, affinchè si distenda legalmente l'atto curiale e appon- « gano le loro firme. Del che io sottoscritto cancelliere vescovile ho « redatto il presente verbale, munito della firma dei descritti interve- « nuti e di me cancelliere ». Die autem 24 novembris eiusdem anni, denuo partes contendentes apud curiam episcopalem convenerunt, et coram eodem vicario generali declararunt quod « scopo di questa riu- « nione è stato di condurre a termine il dissenso che ha avuto luògo « per equivoci fra l'ente parrocchia e l'ente congrega, giusta ciò che fu « dichiarato nel primo verbale del 13 ottobre corr. anno ». Dein inter cetera statuerunt et subseripserunt quae sequuntur: « 1) Si è discusso «per l'affare della predicazione, e la congrega ha asserito che è sua « consuetudine far predicare al padre spirituale, sia nel settenario « dell'Addolorata, sia nella festa di S. Lucia, sia nel fervorino Pasquale, « aggiungendo che ciò debba intendersi proprio della persona del « padre spirituale, e che è questa consuetudine che non intende alte- « rare.- ti parroco ha risposto che per la persona del padre spirituale « non incontrerebbe mai difficoltà ... 2) Si è discusso sulle funzioni « sacre, occorrenti in dette festività della congrega, cioè messe cantate, « vespri solenni ; la congrega si serba il diritto che siano fatte dal «padre spirituale personalmente. Però dichiara che, in mancanza di « costui, preferirà la persona del parroco, e qualora costui si rifiutasse « di compiere personalmente la funzione, resta la congrega in diritto « di determinare il soggetto che deve farla ... 3) Io sottoscritto vice « cancelliere vescovile ho dato, a chiara e intelligibile voce, lettura « dei singoli articoli, e sia le parti contendenti, sia i loro rispettivi rap- « presentanti hanno dichiarato che è perfettamente il presente scritto « conforme alle loro intenzioni, che non trovano la minima difficoltà a « sottoscriverlo. Dopo il che il revmo mons. vicario e il fiscale hanno « espresso il desiderio che si facesse sentire la convenzione anche a « S. E. illma e revma mons. Vescovo, il quale ha dichiarato di esserne « rimasto contentissimo, impartendo a tutti la benedizione, con auguri « di confermarsi sempre nella pace. Dopo di che le parti hanno apposto « le firme unitamente ai loro rappresentanti ».

Quamvis autem haec inter partes concorditer fuerint statuta, tamen paulo post contra conventionem surrexit parochus, conquestus, se non libere, sed sub timore reverentiali illam subscripsisse; et ab episcopo petiit, ut conventio pro infecta et nulla haberetur, utpote quae laesiva esset iurium parochi, qui habet intentionem fundatam in iure, et quia falso in ea allegaretur consuetudo centenaria, continua, pacifica, ut ipse

praesto esset in iudicio demonstrare; imo pro pacis amore potius beneficio se re nuntiaturam, quam conventioni subiectarum dixit. Curia episcopalis, quin ipsa quaestionem dirimere vellet, ad S. Congregationem Concilii eam detulit, quae tamen, cum ageretur de re iudiciali ritu disceptanda, ad N. S. Tribunal ex Pontificis commissione remisit. Ideo hodie nobis quaestio solvenda venit, sub dubii formula a partium patronis concordata: *An ad tramitem quoque conventionis diei 24 novembris 1906, constet de iure, quo sodalitas per suum rectorem in ecclesia parochiali verbum Dei praedicet, ibique in altari maiori sacra expleat, tum in festo B. M. V. Perdolentis et praecedenti septenario, tum in festo S. Luciae et praecedenti novenario, tum demum in die Paschatis sacram Synaxim sodalibus administret, in casu.*

Quod est in facto. Quoniam ius commune certo certius parocho favet, confraternitas, ut suo muneri satisfaciat, demonstrare debet pro se habere consuetudinem, quae praescriptionem inducere possit, scilicet centenariam, continuam, pacificam; sin minus valere conventionem cum parocho habitam. Quoad primum, seu consuetudinem pro se habere centenariam, continuam et pacificam, per testes plene sodalitas probat. Ut autem testes supradictam consuetudinem probare valeant, tres conditiones a iure requiruntur, quas card. De Luca (ut unum inter sex centos scriptores allegemus) ita exponit: « Requisita (consuetudinis « immemorabilis) vero sunt: primo, ut testes puberes concludant de « quadragenaria, pacifica, ante motam litem, de visu. Et per consequens, « in eis praecise necessaria est aetas annorum quinquaginta quatuor « completorum, praeambula horae litis vel molestiae seu interruptionis, « ut ita, subducto tempore pupillaris aetatis ac illo litis, conclusa «remanere valeat quadragenaria... Alterum est requisitum auditus a « maioribus... Tertium est requisitum, ut concludant testes, quod nun- « quam aliud in contrarium gestum, visum vel auditum fuerit, minusque « de actu contrario alias constet (Lib. XV, pars I, *de lud.,* XXII, par. 59, « 60, 61) ». Hae quae supra requiruntur conditiones, in multis a confraternitate adductis testimoniis plene inveniuntur. Nonnulla ex Summario colligamus : Michael Pannullo agricola, qui 64 habebat annos, interrogatus, utrum consuetudo a sodalitate asserta, fuerit revera continua et pacifica, respondit: « Mi consta che il padre spirituale ha fatto « sempre le funzioni nella chiesa parrocchiale. Non ricordo che, a motivo « delle funzioni, vi siano state questioni tra il parroco e la congrega. « Mi consta poi che le funzioni sono state fatte dal padre spirituale « della congrega; solo ricordo che una volta, due anni or sono, funzionò

« il parroco, in seguito alla questione che ora si tratta. So che da oltre « cinquanta anni vige la consuetudine che il padre spirituale funzioni « nella chiesa parrocchiale in occasione delle tre note feste. Da mio « padre e da altri vecchi ho sempre sentito dire lo stesso ». Testis Ianuarius Bergamo, annos natus 74, sacerdos et protonotarius apostolicus, eidem interrogationi ita respondit: «Da oltre sessanta anni ho potuto « constatare, e per mia esperienza e per ciò che ho inteso dire da altri, « che è stata sempre in vigore la consuetudine che il padre spirituale « funzionasse nella chiesa parrocchiale nelle tre feste e non ho mai « inteso parlare di questioni tra parroco e congrega. So anzi che due «volte il parroco Vignola è andato a rallegrarsi con i confratelli che « avevano fatto il santo precetto per le mani del padre spirituale. Ho poi « inteso dire da certo Sammartino Alfonso, figlio dei priore della con- « grega, (e ciò è accaduto oltre sessanta anni or sono) che il padre spi- « rituale sempre aveva funzionato nella chiesa parrocchiale ». Sed singillatim haec eadem declarat Matthaeus Libroia, canonicus theologus ecclesiae cathedralis Nucerinae, et ipse protonotarius apostolicus, annos natus 62: « Precisare da quanto tempo fu introdotta (consuetudo nempe «de qua est quaestio) non lo posso e non lo so; ma soltanto dico « che la notizia a me è venuta verso Fanno 1871, 1872 e 1873. Ordi- « nato suddiacono io alla fine del 1871, ebbi incarico da monsignor « Ammirante di fare il prefetto dei casi morali, che si tenevano nella «confraternita di S. Lucia in Nocera Superiore, in ogni settimana. « Quei preti, dei quali ricordo uno a nome Pecoraro ed un altro Angri- « sani, o per cerimonia o per altro, si mostravano intenzionati di farmi « predicare nella chiesa di S. Michele per le feste di S. Lucia e per « quella dell'Addolorata; mi dissero però che dipendeva dal priore che « allora era un certo Alfonso Calenda, motivo per cui io dissi che ne « facessero a meno, non volendo ringraziare un borghese... »; deinde sequitur: « Quando fui chiamato all'ufficio di fiscale di curia* per dissensi « tra il parroco Petti e il priore, io cercai di approfondire lo stato della « questione, e dovetti venire alle seguenti conclusioni: 1) che era « migliore cosa non contrastarlo proprio il diritto, perchè si trattava di « cosa sempre esercitata, e di cui non si poteva sapere l'origine; tanto « più che mi fu con sicurezza fatto vedere che un tale Domenico Ber- « gamo, gesuita, nell'espulsione del vicario capitolare generale Marino* «fu messo ad economo curato di detta chiesa e che aveva puntualmente « riconosciuto il diritto della congrega. 2) Che il nostro primicerio don «Federico Bergamo sorrideva se qualcuno mettesse in dubbio questo « diritto, dandolo sempre per certo ed inconcusso. 3) Che la stessa con^

« dotta tenne certo D. Antonio De Angelis ebdomadario, pure messo da « Marino ad economo curato, e che pure dichiarava indiscutibile questo « diritto ».

Cum his testimoniis plene plura alia concordant, reddita ab antiquioribus confratribus eiusdem sodalitatis, qui circa huius consuetudines optime sunt edocti. Ita Agnellus Pannullo annorum 83, qui iam a 64 annis sodalis erat confraternitatis, quique testatur: « ... Sempre ho veduto fun- « zionare il padre spirituale, nella chiesa parrocchiale: solo qualche volta « ho notato che, in assenza del padre spirituale, ha funzionato, non il «parroco, ma un prete forestiero, appositamente invitato. Ho inteso « dire poi da vecchi confratelli che vi è stata sempre questa usanza. « Non vi sono state mai questioni tra il parroco e la congrega, e nep- « pure il parroco Vignola e Silvestri si sono mai opposti, ma hanno «lasciato fare». Item Alfonsus Attanasio, iam ab anno 1850 confraternitati adscriptus, testatur: «... da questo tempo (1850) sino ad ora, « sempre ha funzionato il padre spirituale, e non so se vi siano state « questioni tra la congrega e il parroco a motivo delle tre note funzioni. « Quando entrai a far parte della confratèrnita, intesi che il padre spi- « rituale aveva sempre funzionato nella chiesa parrocchiale, senza alcun « cenno a dissidi ». Eadem confirmant Iosephus Cicalese, annorum 54, Raphaël Lamberti, annorum 61, et praesertim Alfonsus Sammartino, natus anno 1822, cuius pater fuerat prior confraternitatis S. Luciae. Is iam ab anno 1830, omnes cognovit confraternitatis moderatores, nec non eiusdem capellanos, et parochos S. Michaelis, et omnia singillatim enarrat quae ceteri testes summatim referunt.

Praeterea etiam nonnulli testes a parocho Petti pro se in iudicium adducti, confirmant consuetudinem immemorabilem atque continuam, quamvis negent eam fuisse pacificam. Ita Alfonsus Marciano: « So, per « propria esperienza, che il padre spirituale della congrega ha, sin dal « tempo in cui esercitava tale ufficio il rev. D. Antonio De Angelis, fatte « sempre tre funzioni nella parrocchia, ed ho inteso dire più volte che «anche in tempi più remoti si è fatto allo stesso modo». Adiungit tamen: « Debbo però aggiungere che vi sono state sempre questioni « accanite fra il parroco e la confraternita per causa delle dette fun- « zio ni ; ë ricordo che mio zio canonico Silvestri, nel tempo che occu- « pava l'ufficio di economo nella parrocchia, si allontanava non solo « dalla parrocchia stessa, ma anche da Nocera, quando il padre spiri- « tuale della congrega faceva qualcuna delle tre funzioni nella par- « rocchia. Ho sentito pur dire che le questioni fervevano anche ai tempi « del parroco Vignola, questioni che, senza interruzioni, sono continuate

* sino ad oggi ». Pariter Paschalis D'Alessio, annorum 62: « Ha s*empre « funzionato il padre spirituale. Quando l'anno 1880, fui ricevuto fra- « tello della congrega, non vi erano questioni ; esse incominciarono sotto « il parroco Vignola, a motivo di cèrte finestre, che furono fatte chiudere « dalla congrega: continuarono sotto il parroco Silvestri ». Item Ioseph Ferentino affirmât: « ... Ha funzionato sempre il padre spirituale ». Ceterum, testes a parocho inducti, ad haec duo probanda animum convertunt, nempe consuetudinem non fuisse pacificam, et parochum Petti, non libere, sed sub metu reverentiali conventionem subscripsisse.

At relate ad primum, observandum venit, quod non omnes oppositiones et molestiae ad interrumpendam consuetudinem valent; quinimo possunt eam confirmare, si, his non obstantibus, possessor, tum de facto, tum de iure, in sua maneat possessione. Audiatur card. De Luca: « Illae « perturbationes et molestiae, quae non habuerunt effectum atque in « eis possessor victor potius remansit, in eius possessione postmodum « pacifice continuando, non causant interruptionem, neque nocent, sed « potius prosunt, magisque possessionem immemorabilem confirmant « et canonizant » (lib. II, *de régal.*, dis. 184, par. 5). Quod autem oppositiones parochorum in casu consuetudinem confraternitatis subverterint vel interruperint, minime probatur. Imo testis Matthaeus Cioffi, qui pro parocho testimonium reddit, quique, utpote cancellarius curiae episcopalis, bene de hac re edoctus esse debet, affirmat: « Le rimostranze « fatte dai parroci, come ho detto innanzi, non sono state mai presen- « tate in iscritto in curia, però erano note in curia ». Quod si hae dissensiones, praesertim sub parocho Vignola insurrexerunt, hoc evenit, non propter functiones a sodalitate in ecclesia parochiali peractas, sed quia haec nonnullas fenestras arbitrarie clauserat, ut testantur Paschalis D'Alessio et Ioseph Pagano. Revera nonnulli testes a parocho vocati, consuetudinem non fuisse continuam referunt, sed ii iuniores sunt, et a pluribus aliis, etiam provectioris aetatis, mendacii arguuntur.

Relate vero ad secundum, seu parochum Petti non libere, sed sub timore reverentiali, conventionem subscripsisse, in primis animadvertendum venit, hunc metum reverentialem contra valorem conventionis a parocho adductum, non facile esse admittendum ; praesertim quia inter primam et alteram conventionem in curia initam, quadraginta interfuerunt dies, quo tempore facillima erat defensio contra quamlibet coactionem; et insuper conventioni interfuit ipse parochi patronus, inque ipso palatio episcopi confecta est, ad quem, omni voluntati cogendi prorsus extraneum, patebat recursus. Ast de hac re inquirere parum vel nihil refert. Etenim cum in casu agatur de cessione iurium parochialium, cumque

his parochus renuntiare nequeat, quin, ad formam Paulinae constitutionis extravagantis *Ambitiosae,* iusta causa et apostolicum beneplacitum accedat (quod confirmatur decreto S. G. Rituum diei 12 ianuarii 1704, in quo edicitur, opus esse ut concordiae de huiusmodi re inter partes initae, a S. Sede approbentur), cumque huic conventioni quaevis apostolica approbatio defuerit, patet, hanc nullitate laborare. Audiatur ad hanc rem card. De Luca: « Alienatio exigens solemnitatem et causam, «ad praecisos limites Extravagantis *Ambitiosae,* locum sibi vindicat « in iuribus incorporalibus, eodem adamussim modo, quo in alienatione « praediorum et rerum corporalium » *(De iurisd.,* dis. 30, par. 7). Unde recte concludit Santi : « Transactio in casu, si fiat, obligabit ipsum transi« gentem, quoadusque ecclesiam aut beneficium possidebit ... Talem « transactionem videri potius factam inter personas, quam inter èccle« sias, nec pacta inter alios acta, aliis obesse posse » (Prael. Iur. Can., lib. I, tit. 36, *de trans.,* pag. 371). Confer etiam quae habentur in una Teatina *Iurium* anni 1911, ubi legitur: « Conventio ... destituta fuit « beneplacito apostolico, unde obligare non valuit parochum successorem, qui nequit in suis iuribus praeiudicari ab antecessore, cum bene« ficia ecclesiastica sine diminutione sint conferenda » *(Acta Apostolicae* /Sectis, III, 413). Cum igitur conventio substantiali requisito careat, haud potest a sodalitate, tanquam titulus directe afferri ad sua iura vindicanda, ideoque, ut ex dubii formula patet, nonnisi tanquam subordinate proposita fuit relate ad principalem quaestionem, quae est de praescriptione. Ceterum cum conventio consuetudinem, utpote suam causam, assumat, si haec non exsistat, et illam certe corruere necesse est.

Quod est in iure. Diximus iam, quod consuetudo, a confraternitate adducta, contra ius commune est, etenim in percelebri decreto sacrorum Rituum Congregationis « Urbis et Orbis » a Summo Pontifice approbato, die 12 ianuarii 1704; quaestioni XXIX: « An in ecclesia «parochiali confratres, vel eorum capellani, immiscere se valeant, « invito parocho, in eiusdem ecclesiae functionibus, sive parochialibus, «sive non parochialibus?» responsum est: « Negative ». At in ea Constitutione cautum est: «... salvis tamen,., concordas inter partes initis et «a S. Sede approbatis ...consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem « centenariis ». Consuetudinem autem, saltem centenariam, RR. PP. DD. a confraternitate satis probatam censuerunt. Etenim haec plures induxit testes, 54 annorum aetatem excedentes, sive confratres, sive non; qui controversa iura iam a quadraginta annis et amplius, a confraternitate exerceri testati sunt; ita pariter factum esse antiquiori aevo se a maio-

ribus audivisse, nec notitiam habere de legitimis reclamationibus, quae pacificam consuetudinem potuissent interrumpere.

Quod circa hanc controversiam etiam sodales confraternitatis S. Luciae possent testimonium ferre, certum est in iure (Cfr. Reiffenstuel, *Ius Can.,* lib. Ii, tit. XX, *de testibus,* etc., n. 211 et seqq.). Quaerendum ergo remanet, utrum haec consuetudo fuerit revera efficax, scilicet utrum omnia iura et functiones quae ad parochum iure communi pertinent, quaeque a confraternitate praescripta dicuntur, revera praescribi potuerint. Sunt enim nonnullae res impraescriptibiles, ut ex. g. parochiarum fines (Cap. *Super eo,* 4, *de parochiis).* Quod parochialia iura in genere possint praescribi, non videtur esse denegandum; nulla enim lege id prohibetur; nec obstat eorum natura, siquidem ipsa episcopalia iura, quae exceilentiora sunt, possunt praescribi (Cfr. Reiffenstuel, *Ius Can.,* lib. II, tit. 26, *depraescrip.,* n. 32, et Ben. XIV, *de synodo dioec,* lib. XIII, cap. 8, n. 17 et seqq.). Iam vero de parochialium iurium praescriptione passim loquuntur scriptores, quorum nonnullos praestat audire. Ita Engel: « Ad ecclesias parochiales pertinet iurisdictionem in foro poenitentiali « exercere, sacramenta administrare, matrimonia solemnizare, fontem « baptismalem, coemeterium et ius sepeliendi defunctos habere... Licet « vero ex singulis his narratis iuribus non praecise probetur ... ecclesia « esse parochialis, cum similia possint etiam aliis ecclesiis, ex privilegio « vel consuetudine aut praescriptione, competere, etc. » (Lib. tit. *de parochis,* n. 5). Itemque Reclusius: « Cum neminem lateat in ecclesia quo- « que non parochiali et sacramenta administrari et animarum curam « posse exerceri ex privilegio vel praescriptione, iuxta doctrinam « Engel... Barbosa ... Rota coram Herrera ... coram Crispo ... coram « Samminiato ... coram card. Elephantutio ... coram Figueroa, etc. ... » *(De re parochiali,* pars. I, tit. 5, nn. 63-64). De iure funerandi ita ait Petra: «An vero consuetudine possit acquiri tale ius funerandi a regu- « laribus, ita ut illis sint manutenendi; respondeo affirmative; nam etsi « parochi habeant iuris assistentiam, ... tamen haec amittit vires, rema- « netque obfuscata et debilitata, pluralitate actuum possessionis regu- « larium,... nam dicta assistentia iuris pro parocho non habet eam « vehementem iuris praesumptionem, ut non possit infringi, saltem per « quadragenariam cum titulo colorato, vel per immemorabilem » (In Const. IX Innocentii III, n. 57). Eadem de iure decimandi affirmant Gonzalez, in cap. *Ad aures,* VI, *de praescrip.,* et cap. *Cum contingat,* XIX, *de decimis;* Passerini, in VI, tit. *de dec,* nn. 298-299; Reiff., in tit. *de decimis,* nn. 124-117; Schmalzgrueber, in eund. tit., nn. 42-44, aliique multi.

Sed si iura parochialia, generice loquendo, sunt praescriptibilia, nonnulla tamen ita ad parochos pertinent, ut, sine iuris corruptela et animarum damno, alteri cedi non possint. Non enim semper consuetudo valet ad praescriptionem inducendam, iuxta principium in iure civili enunciatum et a iure canonico acceptum: « Consuetudo ususque Ion- I « gaevi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo est valitura, ut aut « rationem vincat aut legem » *(Decr. Grat.,* 1. 2, cod. VIII, 53). Rationabilis ergo esse debet consuetudo, nec ideo contra bonum commune sit, vel nervum disciplinae disrumpat, ut possit praescribi. Huius generis non est certe consuetudo, qua sodalitas S. Luciae per suum rectorem in ecclesia parochiali S. Michaelis verbum Dei praedicare, ibique in altari maiori sacra explere solet, tum in festo S. Luciae et praecedenti novenario, tum in festo B. M. V. Perdolentis et in praecedenti septenario. Vidimus enim quod etiam a decreto S. C. Rituum *Urbis et Orbis* admittatur consuetudinibus immemorabilibus praescribi ea posse, quae ibi iure concessa non sunt, scilicet ex. gr. in ecclesia parochiali, etiam invito parocho* functionibus sive parochialibus sive non parochialibus confratres se immiscere easque peragere. Haec enim consuetudo minime haberi potest ut nervum disciplinae ecclesiasticae disrumpens, tanquam animarum saluti damnosa, et propterea non praescriptibilis, praescriptione scilicet translativa, non vero exstinctiva. Ita S. Congregatio Concilii non semel admisit ius alicuius confraternitatis celebrandi missas solemnes per annum in altari maiori ecclesiae parochialis, etiam invito parocho, ut e. g. in S. Agathae Goth.: 8, III, 1879 (Cf. *Monitore Eccl.,* II, pag. 145). Pariter contra iura parochialia immemorialem admisit consuetudinem, ut in Adiacen., 15, VI, anni 1878.

Nec PP. AA. aliquid faciendi putarunt ea quae parochi patronus opposuit, nempe praesumi debere in casu, et quidem praesumptione iuris, confraternitatem functiones peregisse actibus mere facultativis, seu de licentia a parochis obtenta, et ideo consuetudinem non esse praescriptam, quia in facultativis non datur praescriptio. Haec enim iuris praesumptio alii validiori praesumptioni locum cedit, ut si agatur de consuetudine immemoriali seu centenaria. « In facultativis regula est, ait « cardinalis De Luca, ut praescriptio non detur... nisi adeo diuturnum « sit tempus, cuius lapsus det facultatem allegan di titulum sine proba- « tione » *(De lud.,* disc. 22, n. 70). «r Praesumptio facultativi excluditur « ex continuata possessione per longum tempus » (Rota in Colonien. *Praec,* coram Ubaldo, p. 5, t. I, dec. 85, n. 6, Recent.). « Privilegium actus « facultativi cessat, ubi concurrat immemorabilis » (Rota in CalagUritana, *Iur. visit,* coram Pirovano, pag. 3, dec. 289, n. 3).

Nec magis valent ea quae adducit contra canonicam confraternitatis erectionem ut dubium ingerat eam laicalem esse, non ecclesiasticam, cum de eius canonica erectione minime constet, et ex alia parte in Neapolitano regno pleraeque confraternitates ecclesiasticae non sint. At « in casu quo, ait Sebastianeiii, dubitetur an confraternitas natu« ram habeat ecclesiasticam vel laicalem, recurrendum est ad coniec« turas, quae referuntur in decis. S. R. Rotae, Urbinien. 27 maii 1892, « coram Ansaldo, et in Ferrarien, 10 sept. 1842 et 29 iulii 1853 apud « S. Congregationem EE.-et RR. (vol. I, pag. 439, n. 385) ». Ex coniecturis autem inferri potest, eidem sodalitati canonicam non defuisse erectionem; quae ita in quodam scripto Francisci de Novellis, episcopi Sarnensis, memoratur: « Archiconfraternitas S. Luciae a Malone legitime « erecta, ut docum. auth. recogn, revmi episc. Luria Lozo », prout habetur in actis. Ceterum, canonicae erectionis defectus non officere videtur, quin sodalitas legitime praescribere potuerit.

Ea quae supra de ecclesiasticis functionibus diximus, de praedicatione inter functiones habenda pariter dicantur. Praedicare enim verbum Dei et conciones ad populum habere, ad parochos certe pertinet (Conc. Trid., sess. 5, *de ref.,* c. V, et 24, *de ref.,* c. IV), sed non ita exclusive ne etiam alii sacerdotes, ab episcopo ad hoc munus approbati, hoc facere cum animarum utilitate possint. Sed non item dicendum est relate ad consuetudinem in altari maiori parochialis ecclesiae Synaxim sodalibus die Paschatis administrandi. Ministrare enim suis parochianis Eucharistiam in Paschate, parochi tantum est ius officiumque. Si enim parochiani tunc praecepto urgentur Eucharistiam sumendi a proprio parocho vel in propria parochiali ecclesia (Cf. D'Annibale, *Summ. Theol. Mor.*, vol. III, n. 397), ius etiam habent, ut parochus vel qui eius munere fungatur, singulis matutinis horis, eis Eucharistiam praebeat. Contra rationem esse videtur, quod arcendus sit parochus ab altari suae ecclesiae in quo Eucharistia servatur, eo ipso tempore, quo fideles officium et ius habent, ab eodem paschalem Synaxim ibi accipiendi, quin ius publicum quodammodo laedatur. Hoc ita verum est, ut nec regularibus quidem detur facultas et privilegium, illo mane in suis ipsis ecclesiis, sacram fidelibus administrandi Synaxim, ut pluries S. C. C. decrevit (Cf. Bened. XIV, *de syn. dioec,* lib. IX, cap. 16, nn. 3-4). Non igitur acquiri posse videtur praescriptione, quod neque per privilegium conceditur, quodque ecclesiasticam infringeret disciplinam. De particulari autem consuetudine decernere ad iudicem pertinet (Cf. Reiffenstuel., 1.1, tit. IV, n. 41).

Quibus omnibus in facto et in iure perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus: *« Constare de iure, quo sodalitas S. Luciae, per suum rectorem, in ecclesia « paroeciali sancti Michaelis, verbum Dei praedicet, ibique in altari maiori « sacra expleat, tum in festo S. Luciae et praecedenti novenario, tum in « festo B. M. V. Perdolentis et praecedenti septenario; constare vero, illam « ius non habere, ut in die Paschatis sacram Synaxim ab altari maiori « sodalibus administret »*. Praeterea statuimus dari locum mutuae expensarum compensationi inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant, ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de ref.* Conc. Trident., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, 27 iulii 1914.

Fridericus Cattani, *Ponens.*
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

L. j$j"S.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

i

EPISTOLA

AD R. P. D. EVERMUNDUM VAN DEN BERG, ABBATEM BERNENSEM IN HEESWIJK, VICESIMO QUINTO RECURRENTE ANNO AB INSTITUTIONE ARCHICONFRATERNITATIS A SANCTA MISSA REPARATRICE IN ECCLESIA ABBATIALI.

Quas misisti litteras die 4 huius mensis datas, Beatissimo Patri exhibui. Summus autem Pontifex, eas benigne excipiens, haud exigua animi iucunditate cognovit quam innumeri sint Christifideles qui Archiconfraternitati a S. Missa reparatrice in ista abbatiali ecclesia de Hees-

wijk canonice erectae nomen adhuc dederint, quot item auctae fidei et pietatis adhuc percepti fuerint ex ea fructus. Quoniam vero haec archiconfraternitas quintum et vicesimum ab erectione canonica annum est proxime ceiebratura, Beatissimus Pater, tuis obsecundare volens precibus, eam apostolica benedictione amantissime prosequitur, ac vota libens facit ut simul cum eiusdem ephemeride, cui « Het Offer » nomen, maiora inde capiat in dies incrementa ad Dei gloriam populique pietatem magis magisque fovendam.

Dum haec tibi significo, magna cum existimatione sum et permanere gaudeo

Romae ex aedibus Vaticanis, die 16 martii 1915.

Tui addictissimus

PETRUS CARD. GASPARRI.

II

DECRETUM

DE ORATIONE PRO PACE SINGULIS DIEBUS IN SUPPLICATIONIBUS MENSIS MARIALIS RECITANDA, ET DE INDULGENTIA TUM PARTIALI TUM PLENARIA HUIUSMODI RECITATIONI ADSISTENTIBUS CONCESSA.

La Santità di Nostro Signore, il Papa Benedetto XV, mossa dal pio desiderio di aumentare sempre più la devozione alla Vergine santissima, alla quale è consacrato il mese di maggio, ed animata altresì dalla confortevole fiducia che mediante la potente intercessione della Madre di Dio, la quale fra gli altri Suoi titoli si adorna anche di quello nobilissimo di *Regina della Pace,* possa quanto prima ottenersi la fine della presente luttuosissima guerra, ha stabilito che in tutto il mondo cattolico sia recitata ogni giorno, durante le sacre funzioni del mese mariano, la preghiera della pace, composta dalla medesima Santità Sua; alla quale preghiera il Santo Padre si è benignamente degnato di annettere l'Indulgenza di 300 giorni da lucrarsi *semel in die,* e l'Indulgenza Plenaria da lucrarsi nella forma consueta della Chiesa da quei fedeli che per non meno di 20 giorni avranno preso parte alla recita della preghiera medesima.

Dal Vaticano, li 9 aprile 1915.

PIETRO CARD. GASPARRI

Segretario di Stato di Sua Santità.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

1 aprile 1915. — L'Emo signor cardinale Benedetto Lorenzelli, *Protettore dell'Istituto delle povere Suore delle Scuole di Nostra Signora in Baviera.*

12 aprile. — Il Rmo P. Pietro Benedetti, procuratore generale dei Missionari del sacro Cuore, *Consultore della sacra Congregazione Concistoriale.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

2 febbraio 1915. — Mons. Silvestro Silvestri-Setacci, canonico priore del capitolo di Terni.

24 marzo. — Mons. Giacomo Skala, seniore del capitolo di S. Pietro in Bautzen.

— Mons. dott. Martino Leitner, professore nel collegio teologico di Passavia.

29 marzo. — Mons. Stanislao Roti-Michelozzi, canonico della Metropolitana di Firenze.

30 marzo. — Mons. Gaetano Bossi, professore nel seminario Romano Lateranense.

12 aprile. — Mons. Antonio Domenico Rossi, abate *Niülius* di S. Martino al Cimino.

ONORIFICENZE

Con Breve apostolico il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

26 marzo 1915. — Al sig. Federico Alfonso de Carvalho, sotto-segretario nel Ministero degli esteri nel Brasile.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

9 aprile 1915. — Al sig. Carlo Augusto Bertini, di Roma.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

26 marzo 1915. — Al sig. cav. Carlo Balestrino, console generale di Guatemala.

27 *Cavalierato dell'Ordine Piano:*

12 aprile 1915. — AI sig. Vincenzo Gigliesi, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 marzo 1915. — Al sig. Domenico Mordacchini, di Ronciglione.

13 aprile. — Al sig. Giacomo Helbach, dell'archidiocesi di Colonia.

15 aprile. — Al sig. ingegnere Enrico Rossi, di Bologna.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

29 marzo 1915. — Al sig. Giuseppe Samalik, presidente dell' associazione degli agricoltori cattolici di Moravia.

10 aprile. — Al sig. Mario Timoteo conte Kolowrat-Krakowsky-Liebsteinsky, dell'archidiocesi di Praga.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. Sì:

12 ottobre 1914. — Mons. Teofilo Guimaràes, della diocesi di Pouso Alegre.

9 dicembre. — Mons. Giuseppe M. Friessenegger, della dioc. di Augsburg.

— Mons. Massimiliano Rippler, della medesima diocesi.

. *12 dicembre.* — Mons. Carlo Goetz, della diocesi di Passavia.

— Mons. Francesco di Paola Pangratz, della medesima diocesi.

30 gennaio 1915. — Mons. Agostino Albrecht, dell'archidiocesi di Vienna.

— Mons. Venceslao Binder, della medesima archidiocesi.

— Mons. Stefano Bratanié, della medesima archidiocesi.

— Mons. Francesco Dorfmann, della medesima archidiocesi.

— Mons. Ladislao de Esterhazy, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni Grippel, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni Hein wein, della medesima archidiocesi.

— Mons. Edoardo Kraus, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni Lhotta, della medesima archidiocesi.

— Mons. Michele Mayer, della medesima archidiocesi.

— Mons. Egelberto Müller, della medesima archidiocesi.

— Mons. Guglielmo Panesch, della medesima archidiocesi.

— Mons. Ludovico Petschner, della medesima archidiocesi.

— Mons. Vittorio Schmidt, della medesima archidiocesi.

— Mons. Carlo Weczerzik, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giulio Dworak, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giuseppe Pascher, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni Mayboeck, della diocesi di Linz.

— Mons. Giovanni Trinkfass, della medesima diocesi.

— Mons. Carlo Edelmueller, della medesima diocesi.

— Mons. Ferdinando de Schoemburg, della medesima diocesi.

— Mons. Ruperto Buchmair, della medesima diocesi.

— Mons. Luigi Walcher, della medesima diocesi.

— Mons. Francesco Schmid, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore ÌM, abito paonazzo di S. S.:

12 novembre 1914. — Mons. Sabino Coelho, della diocesi di Parahyba.
— Mons. Odilone Continho da Silva, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco d'Assisi Albuguerque, della medesima diocesi.
9 dicembre. — Mons. Simone Schmid, della diocesi di Augsburg.
30 gennaio 1915. — Mons. Rodolfo Böhm, dell'archidiocesi di Vienna.
— Mons. Mattia Eisterer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Hiessberger, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Pax, della medesima archidiocesi
— Mons. Leopoldo Rossmiller, della medesima archidiocesi.
— Mons. Leopoldo Schranzhofer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Carlo Straniale, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Stauracz, della medesima archidiocesi.
— Mons. Federico Tobler, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Wolny, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Kobler, della diocesi di Linz.
— Mons. Martino Fuchs, della medesima diocesi.
— Mons. Mattia Hiptmair, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Stingeder, della medesima diocesi.
— Mons. Luigi Weinberger, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

28 settembre 1914. — Il sig. visconte Luigi G. Franco Valon de Espés, dell'archidiocesi di Saragozza.

12 dicembre. — Il sig. barone Antonio de Ow Felldorf, della dioc. di Passavia.

30 gennaio 1915. — Il sig. conte Daniele d'Esterhazy, dell'archidiocesi di Salisburgo.

— Il sig. Giuseppe Baechlé, dell'archidiocesi di Vienna.

— Il sig. marchese Alberto Kubinzky, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

9 dicembre 1914. — Mons. Giovanni Landes, della diocesi di Augsburg.
— Mons. Massimiliano Steigenberger, della medesima diocesi.
30 gennaio 1915. — Mons. Gaspare Foraschik, dell' archidiocesi di Vienna»
— Mons. Carlo Pauczek, della medesima archidiocesi.
— Mons. Federico Sixt, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Scheiner,- della medesima archidiocesi.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

30 gennaio 1915. — Mons. Ferdinando Guschel, dell'archid, di Vienna.
— Mons. Giovanni B. Hauser, della diocesi di Linz.

NECROLOGIO

Maggio 1914. — Mons. Emmanuele Rivera, vescovo di Queretaro.
30 marzo 1915. — Mons. Pancrazio Giorgi, vescovo di Segni.
31 marzo. — Mons. Giacomo Lodovico Monestés, vescovo di Dijon.
8 aprile. — Mons. Fedele Abati, vescovo titolare di DioclezianopolL

Annus TU - Toi. YII Die 6 Maii 1915 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE ABBATIA SUBLACENSI

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Coenobium Sublacense, utpote ab ipso Monachorum per occidentem Patriarcha, sancto Benedicto, conditum atque eius praesentia praeclarisque magnarum virtutum exemplis consecratum, iam inde a principio Romani Pontifices, decessores Nostri, sua semper gratia foverunt, cum illud vel sanctus Gregorius Magnus, ut ex perpetua maiorum memoria constat, in praecipuam Sedis Apostolicae fidem receperit multisque beneficiis ornaverit. Deinceps per saecula quae subsecuta sunt, crescens in dies auctoritate, sensim factum est ut ad amplum patrimonium perveniret, atque vicos pagosque complures haberet et suae tutelae commissos, et suae ditioni tum *in temporalibus* tum *in spiritualibus* subiectos.

Itaque saeculo undecimo, cum latissimum territorium Coenobio accessisset, illud Romanorum decreta Pontificum proxime seu *immediate* Apostolicae Sedi subdiderant: Gregorius

autem XI in binis Constitutionibus, anno MCCCLXXIV et anno MCCCLXXVI, id ipsum *Abbatiam Nullius Dioecesis* agnovit et appellavit; quo quidem tempore idem Abbas regularis qui Coenobio praeerat, territorium illud separatum gubernabat. — Postea vero a decessoribus Nostris vel Urbano VI qui anno MCCCLXXIX nominationem Abbatis regularis sibi reservavit, vel Callisto III qui anno MCCCCLV eam Abbatiam uni e S. P. E. Cardinalibus in *commendari* dedit, nihil de natura Abbatiae mutatum est, quae regularis permansit, ut erat, cum a Coenobii Abbate regebatur. Quin etiam Urbanus VIII per Apostolicas litteras *Sacrosanctae militantis Ecclesiae* datas die XV novembris anno MDCXXXVIII, accurate definiens Abbatiae Sublacensis *Nullius* terminos atque iura, quae Tiburtinus Episcopus impugnaverat, edixit « Monasterium « seu Abbatiam S. Scholasticae Sublacen. Ordinis S. Benedicti « habuisse et habere territorium seu districtum separatum; in « quo Abbas seu Commendatarius illius pro tempore habuit, « exercuit et exercere potuit omnem iurisdictionem ecclesiasticam « quasi episcopalem in parochos, ecclesias, incolas, in eiusdem « Monasterii territorio comprehensos ».

Nec vero, quod ad quasi episcopalem Abbatis seu Commendatarii iurisdictionem attinet, quidquam novavit Benedictus XIV, cum iurisdictionem ei abstulit *temporalem*. Aperte enim in Constitutione *Commendatam Nobis* data die VII novembris MDCCLIII declaravit « salvis tamen integre et absque diminutione ac in per- « petuum dicto Monasterio illiusque Abbati seu Commendatario « pro tempore exsistenti iurisdictione ecclesiastica et spirituali » in idem territorium. — Recentioribus autem temporibus et Pius VI, qui Commendatarius Abbas Monasterii Sublacensis fuerat, et Pius IX, et proximus decessor Noster sanctae memoriae Pius X, quo erant in Abbatiam Sublacensem studio, eiusdem aliquamdiu regimen ipsi tenuerunt.

Iam Nos, qui pro singulari pietate Nostra erga S. Benedictum, cuius, cum spe caelestis patrocinii, suscepimus in adeundo Pontificatu nomen, nulli decessorum Nostrorum in studiosa Abbatiae Sublacensis cura cedere nolumus, reputantes, quibus

causis impulsi Romani Pontifices Abbatiam in Commendam dederint, eas, adiunctis rerum temporibusque commutatis, iam nullas esse, eamdem Abbatiam restituere in pristinum decrevimus, ut eodem sit iure, quo Abbatia *Nullius* Montis Cassini, aliaer que huiusmodi. Quare Abbatem seu Praepositum pro tempore Capituli regularis ven. Monasterii S. Scholasticae ad gubernationem Abbatiae *Nullius* Sublacensis revocamus; cui quidem Abbati, canonice quidem electo atque a Nobis confirmato, quasi episcopalem reddimus iurisdictionem in territorium separatum quod Abbatiae obnoxium est, atque etiam in ecclesias, clericos et laicos, qui eius territorii terminis continentur; idque cum omnibus iis privilegiis, honoribus, facultatibus, non excepta potestate sacramentum Confirmationis conferendi intra fines territorii, quae concessa sunt Abbati Cassinensi aliisque Praelatis inferioribus, qui iurisdictionem quasi episcopalem in territoriis separatis exerceant. Eidemque Abbati S. Scholasticae omnia iura *temporalia* in mensam abbatialem, quaecumque Cardinalis Commendatarius habuit, damus, attribuimus.

Praeterea volumus, ut Capitulum saeculare ecclesiae S. Andreae, quae Sublaci est, itemque Sublacense Seminarium clericorum saecularium Abbati Ordinario S. Scholasticae ita prorsus pareant, quemadmodum secundum sacros canones quaelibet vel Collegia seu Capitula canonicorum vel Seminaria dioecesana suis parere Ordinariis debent: utrumque tamen suam retineat naturam rei ad Clerum saecularem pertinentis.

Et quoniam antehac ecclesiae et Capitulo saeculari S. Andreae plus semel cum Capitulo regulari et ecclesia abbatiali S. Scholasticae de iuribus contentio disceptatioque fuit, Nos, ut res iam desinat in incerto esse — habentes ante oculos interpretationem, quam de Apostolicis litteris Pii IX *Interest Ecclesiae,* die xxviii ianuarii anno MDCCCLXXVI datis, Leo XIII sanctae memoriae decessor Noster, decreto S. C. Concilii die xxvi aprilis a. MDCCCXCII edito, sanxit — ecclesiae quidem abbatiali S. Scholasticae cum ipsius Capitulo regulari titulum, privilegia et honores cathedralis vel quasi-cathedralis Abbatiae *Nullius* Subla-

censis **v<** cum iure potioritatis super ecclesia et canonicis S. Andreae », eidem autem ecclesiae saeculari S. Andreae cum eius Capitulo iura, honores et privilegia concathedralis vel quasi - concathedralis confirmamus. — Rationes vero, quae inter Abbatem Ordinarium et Capitulum saeculare S. Andreae, atque inter hoc ipsum et Capitulum regulare S. Scholasticam, quod ad eiusdem Abbatiae regimen attinet, intercedere debent, iis praescriptionibus *(Disposizioni Complementari)* definiuntur, quas Constitutioni huic adiicimus. Quae praescriptiones aeque valeant atque ipsa Constitutio : et utrumque omni ex parte, etiam quatenus aliquam commutationem affert iis quae antehac concessa sunt, de Apostolicae potestatis plenitudine praecipimus ut inviolate servetur. — Venerabili autem Fratri, Episcopo Anagnino committimus ut ad huius Constitutionis praescriptionumque adiectarum exsecutionem procedat.

Quaecumque igitur hic, tum in Constitutione tum in adnexis praescriptionibus, a Nobis statuta sunt, ea rata ac firma esse iubemus : non obstantibus Apostolicis litteris *Interest Ecclesiae,* supra commemoratis, quibus, qua parte huic Constitutioni Nostrae adversantur, derogamus, itemque Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis de iure quaesito non tollendo, ceterisque, etiam speciali atque individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo decimo quinto, die vicesima prima martii, in festo sancti Patris Benedicti, Pontificatus Nostri anno primo.

P. CARD. GASPARRI i$¡ C. CARD. DE LAI
a Secretis Status. S. C. Consistorialis ***Secretarius.***

Loco ₤ Plumbi
VISA

M. **RlGGl,** C. A., *Not.*

Reg. in Cane. Ap., N. —

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. PASCHALEM MORGANTI, RAVENNATENSIUM ARCHIEPISCOPUM, GRATIAS AGENS DE LIBELLIS REVERENTER EXHIBITIS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Munusculum tuum non ob exhibita tantum pietatis in Nos tuae officia pergratum Nobis fuisse scito, sed etiam ob spem utilitatis, quam inde, ut confidimus, percepturi sunt sacerdotes quibus iuvandis ad sanctitatem libelli tui conscripti sunt. Piae enim commentationes et preces, quas in iisdem collegisti, sacerdotalis vitae munera, Scripturae Sanctae atque Ecclesiae Patrum ac Doctorum sententiis tam bene illustrant, tam suavia efficiunt voluntatis, ut divinae gratiae haud exiguo sint adiumento ad disponendas in sacerdotum cordibus mirabiles illas ascensiones, quibus eorumdem vita, et abscondita cum Christo in Deo, et in lucrandis proximorum animis fit mirifice actuosa. Habeto igitur non solum pro officiis gratias et pro locato in re optima labore gratulationes, sed et expetitam - quam sane tribuimus libentes - facultatem libellos eosdem nomini Nostro dicandi: quod ipsum ut religionis pietatisque incremento benevertat, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis Frater, universoque tuo gregi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiv aprilis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS XV

II

AD R. P. D. IOSEPHUM SCATTI, EPISCOPUM SAVONENSEM ET NAULENSEM, OB SOLLEMNIA SAECULARIA IN HONOREM DOMINAE NOSTRAE A MISERICORDIA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Decessorem Nostrum sanctae memoriae Pium X scimus anno superiore, datis ad te litteris, venerabilis Frater, de sacris saecularibus quae istic in honorem Dominae nostrae a Misericordia pararentur, hoc promisisse

egregium aliquem virum ad ea solemnia, qui Romani Pontificis vicem gereret, adfuturum. Iam quod Pius pollicitus est, id Nos, Deo favente, facturi sumus, et quidem peculiari cum studio ac voluntate. Nam permultum caritas Nos movet Liguriae Nostrae, cuius in sinu divina Mater nobilem benignitatis suae sedem collocavit; grateque meminimus, cum in ipso flore pueritiae eam pluries invisimus aedem, cumque ibi semel et iterum, magna suavitate animi, sacrum fecimus. Sed ante omnia movet ratio Nos horum, in quibus versamur, miserrimorum temporum. Ubi enim, suscepto Pontificatu maximo, incidimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen, continuo intelleximus Nobis, si unquam decessoribus Nostris, praecipue laborandum esse, ut humanae societati, de cuius salute potissimum in Nos iam cura incumberet, iratum Deum placaremus. Itaque, indictis catholico orbi supplicationibus, divinam implorare clementiam non desinimus, patronam in primis adhibentes Virginem Matrem, quae, cum multas praeclaras appellationes, tum *omnipotentiae supplices* recte nomen acceperit. Quamobrem existimare per te potes ista Marialia festa, quae propediem agentur, Nobis non solum valde libentibus actum iri, sed cupientibus etiam atque exoptantibus, ut ad pietatem fiduciamque Mariae in plurimis vel excitandam vel refovendam conducant. Ad haec illud velut cumulus accedit quod ista ipsa sollemnia earum afferunt memoriam rerum, quae ad eandem fiduciam confirmandam admodum opportunae videantur. Admonent enim abhinc fere centum annis, in simili perturbatione omnis Europae, cum Vicario Iesu Christi esse multo acerbius actum, adeo acerbius, ut iactatam maximis turbinibus et fluctibus Ecclesiae navim vix gubernare sineretur: at praesenti ope Virginis implorata, Ecclesiae atque huic Urbi Pium VII contra exspectationem omnium esse redditum, eundemque anno post, aurea corona simulacro Savonensi imposita, votum Mariae Auxiliatrici christianorum solvisse. Haec igitur Nos considerantes, ad augendam auctoritate Nostra istius commemorationis sollemnitatem non solum grati animi officio adducimur quod in Decessore sanctissimo pontificalis et libertas et dignitas Deiparae patrocinio mirandum in modum vindicata sit, sed ea etiam causa, ut tam tristibus tamque formidolosis rei christianae temporibus illud ipsum patrocinium conciliemus - Itaque unus e S. R. E. Cardinalibus volumus istis sacris sollemnibus intersit, Nostro nomine; isque sit qui ante alios ex finitimis Liguriae regionibus cooptatus est, dilectus filius Noster, Andreas cardinalis archiepiscopus Mediolanensis, quem his litteris Legatum Nostrum renuntiamus. - Iam vero non tantum placet augustiora haec facere sollemnia, sed etiam populo christiano fructuosiora. Quare, caelestes

thesauros Ecclesiae, quorum apud Nos dispensatio est, aperientes, omnibus qui in ea celebritate dierum, rite poenitentia expiati et Eucharistico epulo refecti, Savonensem aedem inviserint, ibique rem catholicam Deo commendaverint, *plenariam* peccatorum veniam indulgemus. Praeterea sacerdotibus ex utroque clero qui peccata confitentibus aures ibidem dabunt, eam ampliorem tribuimus facultatem absolvendi, quae tempore Iubilaei ab Apostolica Sede tribui solet. Sed hac de re proprias litteras apostolicas in forma brevi expediri iussimus. Denique, cum velimus Nostrae erga Savonensem dioecesim benevolentiae exstare documentum, atque episcopalem istam sedem, quae cum Romano Pontificatu non vulgaribus sane vinculis coniuncta est, eximio aliquo ornamento distingui, eidem sedi privilegium Pallii attribuimus in perpetuum; quo quidem privilegio te, venerabilis Frater, ex episcopis Savonensibus primum usurum esse, pro ea qua te diligimus caritate, valde gaudemus. - Auspicem autem divinorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae, tibi tuoque clero et populo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xix mensis aprilis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. D. MATTHAEUM CRAWLEY BOEVEY, SACERDOTEM E CONGREGATIONE SS. C
DIUM IESU ET MARIAE: DE SINGULIS CATHOLICORUM FAMILIIS SANCTISSIMO CORDI IESU CONSEGRANDIS.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Libenter tuas legimus litteras, itemque iis adiuncta scripta, ex quibus cognovimus diligentem et sollertem, plures iam annos, a te dari usquequaque operam consecrandis sanctissimo Cordi Iesu familiis, ita quidem ut, imagine eius in illustriore loco aedium posita tamquam in throno, vere Christus Dominus intra domesticos catholicorum parietes regnare videatur. Universum quidem genus humanum Leo XIII felicis recordationis decessor Noster divino Cordi iam devovit, notissimaeque sunt eius de hac re litterae encyclicae ***Annum sacrum.*** Sed, ea generali devotione peracta, non haec singularum familiarum devotio videtur supervacanea, imo et

illi admodum congruens, et ad sanctum Pontificis propositum valde conducibilis: nam quae cuique propria sunt, multo magis nos tangunt, quam quae communia. In quo tuorum laborum fructus opinione uberiores exstitisse gaudemus, teque, ut in incepto impiger perseveres, hortamur. — Rem enim habes in manibus, qua nihil ad haec tempora opportunius. Pervertere et privatim et publice eam conformationem morum quam peperit et expolivit Ecclesia, humanamque societatem - omni sensim vestigio in ea sapientiae honestatisque christianae delendo - ad misera instituta ethnicorum revocare, hoc est quod hodie volunt, quod nituntur nimis multi, atque utinam sine effectu. Praecipuis autem improborum telis proposita est societas domestica; quae cum communis hominum societatis principia et velut semina contineat, necessario eonsecuturam vident eam, quam moliuntur, conversionem vel corruptionem potius communitatis humanae, si semel instituta domestica corruperint. Itaque sancientes legem de divortiis, stabilitatem coniugii convellunt; cogentes iuventutem publica disciplina, quae plerumque Religioni alienissima est, institui, in re maximi ponderis, ñervos patriae potestatis elidunt; ac, probrosam praedicantes artem potiuhdae voluptatis naturaeque fraudandae, impie ipsum generis humani fontem arefaciunt, ac thalami sanctitatem impurissimis moribus coinquinant Recte igitur, dilecte Fili, societatis humanae suscepta causa, ante omnia christianos spiritus in convictu domestico vel excitare studes vel fovere, caritatem Iesu Christi penetralibus nostrorum, tamquam dominam, inferendo. Quod quidem facis ipso Sponsore Christo, qui beneficiis se ornaturum promisit eas domos, in quibus sui Cordis imago exposita pie coleretur.

Iam vero cultum honoremque id genus tribuere amantissimo Redemptori nostro sanctum profecto et salutare est: sed nequaquam in isto sunt omnia. Opus etiam maximeque est nosse Christum; cognitam Eius habere doctrinam, vitam, passionem, gloriam: non Eum sequi levi quodam sensu religiositatis, quae quidem tenera molliaque corda facile commoveat, lacrimulas eliciat, vitia vero intacta relinquat; sed vivaci constantique fide, quae mentem, quae animum, quae mores dirigat ac moderetur. Atqui hoc omnino est causae, cur Iesus aut a plurimis negligatur, aut a multis parum ametur, quod illis fere ignotus, his non satis est cognitus. Quare perge quidem, dilecte Fili, eniti et efficere, ut amoris flammas erga sacratissimum Cor Iesu per domos catholicorum exsuscites: sed enitaris etiam et efficias ante [velimus, ut hic amor cognitionem Christi Domini notitiam que eius, quam ipse attulit, veritatis et disciplinae usque maiorem altioremque in omnibus, quas adieris, domibus sequatur. - Nos autem, ut hac in re stimulos pietati communi admo-

veamus, quaecumque decessor Noster sanctae memoriae Pius X anno MCMXIII, Chilensium Episcoporum rogatu, familiis ex ea republica quae se sanctissimo Cordi consecrarint, largitus est pontificalis indulgentiae munera, eadem ad omnes orbis catholici familias, quae id ipsum faciant, extendimus.

Auspicem caelestium bonorum ac testem paternae benevolentiae Nostrae habeas, dilecte Fili, apostolicam benedictionem, quam tibi peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvn aprilis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

I

LITTERAE

AD EMUM AC RMUM DNUM CARD. ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, SUPER CULTU SACRATISSIMI CORDIS IESU EUCHARISTICI.

Ad omnes dubietates et anxietates tollendas quae post evulgata sacrae Rituum Congregationis Decreta dierum 28 martii et 15 iulii anni superioris istic inter fideles exortae perhibentur, flagitabat nuper Eminentia Tua explicitam Sanctae Sedis declarationem super dubio: « Num « titulus *Gor Iesu Eucharisticum* servet sensum, quibuscumque non « obstantibus, quem habet in ultima Collectione *{Raccolta)* Indulgen- « tiarum anni 1898 et in Brevi dato a Leone XIIÏ die 16 februarii 1903 ».

Re delata ad supremam hanc sacram Congregationem sancti Officii, cuius est curare ne fidei puritas coeni quacumque permixtione turbetur, omnibus eadem mature perpensis, in plenario conventu habito feria IV die 24 martii anni currentis, respondendum censuit: « Adfirmative; et « ad mentem. *Mens est* ut firma et immutata remanere debeant Decreta « Sanctae Sedis quoad emblemata, imo etiam quoad partem liturgicam

« devotionis erga Cor Iesu Eucharisticum ; attamen devotio ipsa erga « Cor Iesu Eucharisticum haberi debeat ut adprobata ab Apostolica Sede « in sensu declarationis quae continetur in ultima Collectione Indulgen- **te** tiarum anno 1898 edita >.

Quam quidem responsionem perpetuo hac super re Ecclesiae sensui apprime consonam facile inveniet quisquis paulisper secum reputet in ipsis Breviarii Romani lectionibus pro Officio festi sacratissimi Cordis Iesu iamdiu concesso, commendari praecipue « caritatem Christi patientis « et pro humani generis redemptione morientis atque in suae mortis « commemorationem instituentis sacramentum corporis et sanguinis sui, « ut [eam] fideles ***sub sacratissimi Cordis symbolo*** devotius ac ferventius « recolant, eiusdemque fructus uberius percipiant » ; et festum Ssmi Corporis Christi cum eiusdem sacratissimi Cordis festo in sacra liturgia ita coniungi ut alterum alterius quasi sequela et complementum videatur. Nil igitur mirum si, inoiescente postea devotione erga sacratissimum Cor Iesu Eucharisticum, constanter ab Apostolica Sede declaratum fuerit. « cultum erga sacratissimum Cor Iesu in Eucharistia non esse per- « fectiorem cultu erga ipsam Eucharistiam neque alium a cultu erga « sacratissimum Cor Iesu >.

Ex quibus omnibus plane consequitur devotionem erga sacratissimum Cor Iesu Eucharisticum nedum unquam a Sancta Sede improbatam haud fuisse, quin immo pluries positive recognitam: hoc tamen omnino et non alio sensu, nova vero circa eam emblemata, imagines, titulos ac festivitates liturgicas ideo potissimum vetitas fuisse, ne forte simplicium animis, novitatis amore captis, devotionem ipsam in erróneos vel minus opportunos sensus deflectentibus, res tam sancta obloquentium dicteriis exponeretur.

Dum Te igitur precor ut huius adeo salutaris devotionis frequentatores, veram et genuinam Apostolicae Sedis mentem prudenter edoctos, in sancto proposito confirmare satagas, honori mihi duco altissimae aestimationis meae sensus exprimere Eminentiae Tuae, cui manus humillime deosculor.

Datum ex aedibus S. O. die 3 aprilis 1915.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

II

SECTIO DE INDULGENTIIS

DECRETUM

AUGETUR ET EXTENDITUR INDULGENTIA PRO QUADAM LAUDE SSMI SACRAMENTI

Die 15 aprilis 1915

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, abolitis indulgentiis partialibus, quae hactenus viguere ob recitationem laudis: *Sia lodato e ringraziato ogni momento, il santissimo e divinissimo Sacramento,* quibusdam determinatis temporibus et adiunctis, benigne concedere dignatus est indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, toties lucrandam, quoties quilibet ex christifidelibus eandem laudem, corde saltem contrito, recitaverit: firma remanente plenaria indulgentia, item defunctorum animabus applicabili, semel in mense ab iis lucranda, qui per integrum mensem praedictam laudem recitare consueverint. Praesenti iri perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque' non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. $ S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Ads. S. O.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DECLARATIO

ad Gonsistoriale decretum diei 25 ianuarii 1911

Consistoriali decreto diei 25 ianuarii 1911 statutum fuit ut pia opera instituta et onera quae in ecclesia Ssmae Trinitatis apud Innocentianam Curiam exstabant, una cum eiusdem titulo, iuribus et privilegiis omnibus, transferrentur ad S. Apollinaris; et huius ecclesiae regimen et cura, vi eiusdem decreti, susciperetur ab eo sacerdote qui modo rectoris munere fungitur ecclesiae Ssmae Trinitatis, imposita eidem et successoribus eius legitimis obligatione satisfaciendi omnibus oneribus quae utriusque separatae ecclesiae erant propria.

Cum vero quaestio nuper mota sit de modo et conditionibus quibus cura ecclesiae S. Apollinaris et satisfactio onerum antiquae ecclesiae Ssmae Trinitatis inhaerentium praefato rectori commissa est, re mature considerata, Ssmus D. N. Benedictus XV declarandum et statuendum censuit, prout hoc Consistoriali decreto declarat et statuit, memoratum rectorem dependenter ab Emo Urbis Vicario, ad quem proinde res principaliter spectat, et salvis semper iuribus Seminarii Romani, curam gerere ecclesiae S. Apollinaris et in ea oneribus satisfacere quae veteri ecclesiae Ssmae Trinitatis inhaerebant iuxta commune ius, cui minime derogatum est decreto diei 25 ianuarii 1911.

Datum ex S. Congregatione Consistoriali, die 24 aprilis 1915.

SS C. CARD. DB LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

f Thomas, Archiep. Edessenus, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO CONCILII

FANEN.

MEDIAE ANNATAE

16 ianuarii 1915

Species facti. - Post captam a quodam parocho dioecesis Fanensis possessionem sui beneficii, capituli cathedralis syndicus, utpote procurator fabricae, ab eo exigere voluit *mediam annatam,* quae dicitur, hoc est dimidiam partem redituum primi anni, pro expensis ipsius fabricae erogandam. Parochus autem reposuit, sibi, in primo anno officii sui, taxis et expensis deductis, nullum fere aut certe perexiguum superesse reditum; sed capitulum, attento quod in praesentiarum nullus parochus in Italia minorem nongentis libellis annuum reditum percipiat, sibi debitam, ad iuris apicem, titulo *mediae annatae,* summam saltem 450 libellarum asseruit, quam tamen, veluti per transactionem, ad libell. 225 favore parochi reducebat, solutionem urgens. Neque hisce parochus obtemperavit, qui propterea coram curia conventus a capitulo fuit: Episcopus vero, ad litem sopiendam, satius duxit argumenta hinc inde deducta, et praesertim difficultates a parocho obiectas examini huius S. Congregationis subiicere.

Hae autem difficultates - ita referente, sub mense iulio anni 1914, Episcopo - sunt: *a)* Quod in praesentiarum *media annata* nonnisi in exigua summa de more consistat, quanta nempe sufficit ad obsequium et subiectionem erga maiorem ecclesiam profitenda; quam difficultatem capitulum immo vocat « il cavallo di battaglia del parroco ». 6) Quod summa titulo congruae aut supplementi congruae percepta, non veniat in computatione redituum, de quibus solvenda sit *media annata:* tum quia praedicta summa ut iustus reditus ab Ecclesia non agnoscatur; tum quia ea stet integra substentationi rectoris, ideoque titulo personali, non officii percipiatur, c) Quod in computatione redituum deducenda sint onera quaecumque, tum vectigalium, tum etiam expensarum quae ad recte gerendum parochiale munus, in hac praesertim temporum acerbitate, necessario occurrunt sustinendae, *d)* Quod revera in dioecesi Fanensi nonnisi exigua summa in praeterito a parochis titulo *mediae annatae* solvi consueverit. Haec postrema difficultas, quae in facto tota consistit, contraria capituli

et Episcopi attestatione satis elidebatur. Ad ceteras autem enodandas difficultates, quae circa ius versantur, Episcopus haec quatuor dubia S. Congregationi reverenter subiecit, nimirum :

I. *An obligationi solvendi* mediam annatam *subiiciantur tantum beneficia parochialia quae nullum obtinent a gubernio civili congruae supplementum, vel dictae obligationi obnoxia sint ea quoque beneficia quae a praedicto gubernio supplementum vel integram congruam percipiunt?*

II. *An in determinanda quantitate* mediae annatae *computari debeat etiam supplementum congruae?*

III. *An in eadem quantitate determinanda computari etiam debeant :*

a) decimae quae reipsa percipiuntur?

b) incerta cuiuscumque generis?

c) *summae quae a civili potestate traduntur titulo expensarum cultus?*

IV. *An in statuenda quantitate* mediae annatae *praeter onera realia deducenda sit:*

a) taxa quam vocant di mano morta?

b) taxa successionis *eaque pecuniae summa, quae primo anno solvi débeat pro adipiscenda possessione beneficii vel alio simili titulo?*

Votum Consultoris. - Super hac facti specie rogatus fuit de sententia unus ex S. C. Consultoribus, cuius votum summatim referre praestat.

I. Ad proposita dubia enodanda - ita ille - oportet in primis canonum praescripta et statuta circa mediam annatam breviter recensere. Et de natura quidem ac origine huius praestationis non est cur multa inquiramus. Notum est enim, e parte competentis auctoritatis imponi consuevisse super beneficiis ecclesiasticis, ad quemdam peculiarem finem obtinendum, determinata onera, quae dicuntur pensiones, *annatae* etc. Ex his est *media annata,* videlicet praestatio determinata, dimidiam partem redituum primi anni e sorte beneficii provenientium adaequans, quae auctoritate Apostolica in ipsa collatione beneficii imponi solet una tantum vice facienda favore fabricae ecclesiae cathedralis aut collegiatae. Ordinario iure fundatur in constitutione Benedicti XIII quae incipit *Pius et misericors,* data die 10 maii 1725, cuius textus, a S. C. C. tamquam authenticus declaratus *(Arimin.,* 7 iul. 1855), haec, inter alia, ad rem nostram, habet:

« Decernimus, praecipimus et mandamus, per totam Italiam et « insulas adiacentes, ut, in posterum, provisi *de parochialibus, una cum « incertis annuum reditum scutorum centum monetae romanae exceden- « tibus,* et de canonicatis et beneficiis, tam residentialibus, quam non « residentialibus et simplicibus, sitis extra ecclesias collegiatas, *cuius-*

« *cumque valoris exsistant,* teneantur solvere et respective deponere « *mediam annatam* pro fabrica ecclesiae cathedralis. Provisi vero de paro- « chialibus, una cum incertis annuum reditum scutorum centum monetae « praefatae excedentibus, et de canonicatibus et beneficiis tam residentia- « libus et simplicibus, sitis in ecclesiis collegialibus vel ad illas translatis, « *cuiuscumque valoris exsistant,* itidem teneantur solvere et respective « deponere *mediam annatam* pro fabrica ecclesiae collegiatae... Sive bene- « ficia praedicta liberae collationis sive iurispatronatus mixti ac etiam « laicalis fuerint, et ad quemcumque electio, collatio, institutio et pro- « visio pertineat, sive nimirum ad Metropolitanum vel Ordinarium, sive « ad capitulum, sive ad alium quemcumque inferiorem, *dummodo* colla- « tionis, institutionis et provisionis S. Sedis minime exsistant, *aut etiam* « legitima non vigeret consuetudo solvendi vel dimittendi fructus sex « mensium, aut similem, non tamen minorem ratam favore fabricae vel « sacristiae: utroque enim in casu pro fabrica praedicta nihil solvendum « vel deponendum erit... Volumus autem quod huic nostrae constitutioni « *minime* subiecta sint beneficia illarum dioecesium et collegiatarum, in « quibus reperitur opus seu peculiare patrimonium fabricae sufficienter « instructum, aut onus seu obligatio reparandi, restaurandi et conser- « vandi ecclesias residet penes communitates locorum, vel adsunt dicta- « rum ecclesiarum patroni ».

Constitutio ipsa, decreto irritanti et clausula « sublata » munita est ideoque consuetudine contraria postea invalescente tolli nequit; nec alias exceptiones admittit quam tres illas in textu supra relato expli- cite recensitas: videlicet, si provisio beneficii fiat immediate ab Apo- stolica Sede; si, quum lex lata fuit, iam consuetudo vigebat solvendi pro fabrica vel sacrario similem, non tamen minorem ratam ; si ecclesiae cathedralis aut collegiatae fabricae sufficienter aliunde consultum fuerit, adeo ut finis legis prorsus cessasse dicendus sit. - Porro (ut a limine hoc in comperto ponamus), nulla ex bis tribus exceptionibus in casu occurrit: quin immo in capitulo Fanensi, praeter communem obligatio- nem, peculiaris titulus exigendi *mediam annatam* exsurgit ex pacto, anno 1828 post diuturnas lites inito et S. Congreg. Concilii auctoritate munito, quo capitulum ipsum obligatur partem suscipere in onere manu- tenendi fabricam ecclesiae cathedralis, ad hoc nonnullos reditus erogando « *comprehensis mediis annatis* »; quas igitur nisi capitulum sedulo exigat, de suis bonis supplere tenebitur.

Hisce attentis iam satis colligi videtur quid sit respondendum ad primum quaesitum : videlicet, quoties paroeciae reditus annuus, una cum incertis, summam scutatorum centum excedat, ex eo solvendam esse

dimidiam annatam, nullo discrimine facto quoad paroecias congrua vel supplemento congruae fruentes. Prorsus infirma sunt iudicanda argumenta quae in contrarium afferuntur a parocho; nam, quod « la mezza « annata ora sia ridotta a ben piccola cosa, un omaggio, *un segno di « venerazione verso la maggior chiesa,* poche lire e nulla più », id arbitraria assertio est, omni fundamento carens, nisi forte nitatur in aequivocatione inter *mediam annatam* et ius cathedratici, quod revera datur episcopo « in signum subiectionis cathedrae episcopali »; *media annata* e contrario est subsidium necessario solvendum et integre erogandum favore *fabricae* et utensilium (luminibus et cera comprehensis) ecclesiae; adeo ut S. Congregatio pluries inhibuerit illud expendi in festorum et cantus sumptus, aut in stipendium organistae et similia.

II. Cetera quaesita versantur circa rectam computationem reditus annui ex quo solvenda sit *media annata:* in quo argumento in primis consideranda sunt ipsa Benedictinae constitutionis recitata verba includentia in hac computatione proventus *incertos:* « provisi de parochiale libus, *una cum incertis,* annuum reditum scutorum centum monetae « romanae ex cedentibus... teneantur solvere, etc. »; quam normam sacra congregatio ita interpretata est ut incerti proventus qui fixi sunt, includerentur, non tamen adventitii. Sic decisum invenimus, v. g. in *Nolan.* 14 dec. 1901, in qua, capitulo negante in computatione reditus, ad hunc effectum, includendos esse incertos proventus, et multo minus quotidianas distributiones, S. C. tamen reposuit: « Servetur constitutio « *Pius et misericors* Benedicti XIII, exclusis tantum *simpliciter advenit titiis ».*

Porro ex hac resolutione non modo prono alveo fluit quid sit respondendum ad quaestionem III c, « an in eadem quantitate determinanda, « computanda sint incerta cuiuscumque generis » (quae responsio esse nequit alia nisi : *affirmative, exclusis tantum simpliciter adventitiis),* sed etiam ceterae huius III quaestionis partes, quin immo et II, facile solvuntur. Etenim decimae quae reipsa percipiuntur, sicut etiam summa quae a civili auctoritate nonnumquam solvi consuevit loco decimarum quas illa abolere praesumpsit, sunt veri certique reditus, qui patrimonium paroeciae augent, ac proinde certo certius includi in computatione debent.

Subtilior quaestio, theoretice, moveri posset de supplemento congruae; sed in praxi omnis difficultas cessat, post responsum S. Poenitentiariae diei 14 decembris 1899 ad I: « attentis temporum circumstan- « tiis, tolerari posse (ut parochi congruam aut supplementum percipere « possint, etsi haec proveniant e bonis ecclesiasticis iniuste confiscatis),

« remoto scandalo, et habita intentione standi mandatis Ecclesiae ». Quidquid igitur sit de origine huius proventus, in facto, sub conditionibus praedictis, licite et tuto a parocho percipi solet et in eius bonis haberi et ideo, sive ut certus verusque reditus, sive saltem (habita nempe ratione obligationis standi mandatis Ecclesiae) ut incertus, nunc tamen fìxus et stabilis proventus, procul dubio comprehenditur in quantitate summae de qua solvenda est media annata. Qua attenta obligatione « standi mandatis Ecclesiae » etiam liquido patet quam infirma sit parochi difficultas ex eo desumpta quod supplementum aut congrua, e potestatis laicae intentione solvantur titulo tantum sustentationis rectoris,

Restat dicendum de summis, quae a civili potestate traduntur titulo expensarum cultus ; verum facile constat has summas statim perceptae, *integre* absumi respondentibus cultus oneribus, ad quae sustinenda data sunt, adeo ut, si includerentur in supputatione quantitatis, statim deducendae essent titulo expensarum respondentem. Quum igitur eaedem summae, necessario, numquam in bonis parochi consistant, pronum est respondere, in supputatione de qua agitur eas minime venire, neque scilicet in includendis, neque in deducendis.

III. Demum quaestio fit de oneribus quae deducenda sint in statuenda quantitate *mediae annatae.* Principium ad hanc questionem solvendam perspicue edicitur pluribus S. G. resolutionibus, nempe « deducenda esse onera *fixa et realia,* non vero personalia ». Cfr. *Tiburtin.,* U mart. 1754; *Aesin.,* 20 iul. 1878 ad III; *Gamerinen.,* 3 iul. 1852, ubi onera detrahenda pressius sic determinantur: « detractis expensis pro « ordinaria fundorum manutentione, solutionibus pensionum, *publicorum « vectigalium,* et eleemosynae Missarum iuxta legem fundationis calcu- « landae ad rationem synodalem » ; *Aesin.,* 18 iul. 1874, ubi negatur deductio oneris Missarum conventualium (quod est onus personale, sicut et missae pro populo), etc. Iuxta autem legem canonicam dubitationi non subest quaenam onera dicantur *realia,* quaenam *personalia:* illa enim sunt solutiones quae fiunt ad *habendum* ab extrinseco aliquod (sive res sit sive opera) sacro ministerio necessarium, v. g. ad celebrationem Missarum fundatarum; personalia vero onera dicuntur quae in *praestatione* propriae seu intrinsecae operae consistunt, v. g., in Missis ex officio dicendis (conventualibus aut pro-populo), in praedicatione verbi Dei, in administratione Sacramentorum, etc. *Fixa* autem onera - ut compertissimum est - ea dicuntur quae singulis annis adimpleri debent, sive personalia sint, sive realia.

Ex his patet omnia publica vectigalia, excepta taxa, quam vocant successionis, esse onera fixa et realia (non exclusa taxa quam vocant

« a manu mortua »; nam et haec quotannis solvenda est). Taxa vero successionis, sicut et aliae expensae quae sustineri debent una tantum vice, seu primo anno dumtaxat, pro possessione beneficii capienda, minime sunt habendae ut onera fixa et realia, atque ideo non sunt deducendae. Secus enim et illud absonum haberetur, in supputatione quantitatis summae de qua solvenda sit media annata, et ipsam mediam annatam deducendam esse! - Attenta tamen gravitate huius taxae successionis, quae ad quartam partem reditus pertingere solet, Consultor votum suum pandit, ut, ex benignitate S. Congregationis, aliqua indulgentia vel mitigatio in supputatione quantitatis de qua agitur, aut saltem in ratione solutionis ipsius *mediae annatae* concedatur, ne forte contingat ut novis beneficiatis primo anno fere desint honestae substentationis media.

Quibus praenotatis, quaesitum fuit quomodo dubia ab Episcopo Fanensi proposita essent dimittenda.

Resolutio. Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum Patrum comitiis habitis die 16 ianuarii 1915, omnibus mature perpensis, respondendum censuit:

Ad 1, II, III, IV ad mentem. *Mens est:* Episcopus, adhibitis iuris remediis, adigat parochum *N. N.* ad solvendam summam lib. 225 pro fabrica ecclesiae cathedralis.

Quam resolutionem, in audientia diei 18 eiusdem mensis, Ssmus Dnus noster Benedictus div. prov. Pp. XV approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ADIACEN. SEU NICIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI CAROLI DOMINICI ALBINI E CONGREGATIONE OBLATORUM B. V. MARIAE IMMACULATAE.

DECRETUM DE CAUSA INTRODUCENDA

In urbe *Mentone*, principatus Modoecensis, die 26 novembris 1790, Carolus Dominicus Albini, e parentibus honestate et religione claris ortus, pueritiam et adolescentiam sub tutela et protectione Deiparae

Virginis et S. Aloisii Gonzagae ita exegit, ut ingenio, docilítate ac pietate aequalibus praestaret. Humanioribus litteris in patria expletis, Dei servitio se mancipare cupiens, in Niciensem dioecesim se contulit, ubi in seminario maiori *Cimiez* erecto superiores disciplinas cum laude absolvit. Anno 1815 sacerdotio auctus, statim sacrum ministerium, per urbes pagosque discurrens, salutariter exercuit; tum Episcopo Niciensi probatus, primum ad confessiones monialium excipiendas, dein ad seminarium maius gubernandum deputatur. Verum maiora molitus, Dei Famulus, inter Oblatos Mariae immaculatae anno 1824 Aquis Sextus tirocinium ingressus est, et paucos post menses dignus est habitus qui, de Apostolico indulto, ad votorum professionem admitteretur. Scientia scripturali, patristica et historica instructus, ab Evangelii praedicatione numquam destitit; itemque, superiorum iussu, anno 1827 Massiliam petiit, ubi, uti fertur, tam clero christianaeque plebi quam sororibus S. Caroli atque operi *ab italis* nuncupato, quod ipse in ecclesia Montis Calvarii erexerat ad fidem moresque tuendos, mirum in modum profuit. Volvente autem anno 1835, cum sociis ab ipso Fundatore Oblatorum in insulam Corsicam missus et domui Vicensi praepositus, regionem illam fere totam sacris missionibus peragravit. Tandem Vir Dei, laboribus viriumque debilitate confectus, morbo in dies ingravescente, a P. Guibert, sodali suo, postea cardinali archiepiscopo Parisiensi, sacramentis Ecclesiae receptis, migravit ad Dominum die 21 maii anni 1839. De opinione sanctitatis huius sacerdotis religiosi et missionarii Processus Ordinarii Informativi in dioecesibus Adiacensi et Niciensi adornati sunt et Romam ad S. Rituum Congregationem transmissi. Quum vero omnia in promptu essent ad normam iuris, instante Rmo P. Iosepho Lemius, Congregationis Oblatorum Mariae immaculatae procuratore generali et Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Praepositorum generalium Ordinum aut Congregationum aliarumque personarum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus et Rmus dnus cardinalis Benedictus Lorenzelli, eiusdem Causae Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Emi et Revmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt : *Affirmative* seu *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 13 aprilis 1915.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV, per infrascriptum Cardinalem S. Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Caroli Dominici Albini, e Congregatione Oblatorum B. V. Mariae immaculatae, die 14, eisdem mense et anno.

A. CARD. VICO, *Pro-Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine* Patriarcha electus Venetiarum,
Secretarius'.

SACRA ROMANA ROTA

LIMBURGEN.

CONTUMACIAE

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 18 februarii 1915, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* Limburgen. - Contumaciae, *inter* R. D. N. N., *parochum, actorem appellantem, repraesentatum per R. D. De Angelis Hectorem, procuratorem legitime deputatum, et* R. Curiam Episcopalem Limburgensem, *appellatam, repraesentatam per procuratorem R. D. Arthurum Wynen, advocatum, interveniente et disceptante in causa Promotore Iustitiae, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Sacerdos *N. N.*, parochus loci *N. N.*, dioecesis Limburgensis, fuit accusatus apud curiam episcopalem eiusdem dioeceseos a personis fide omnino dignis de gravissimis delictis. Qua de causa denuntiatus sacerdos fuit citatus ab auctoritate ecclesiastica Limburgensi, non semel sed compluries, ut se defenderet ab his accusationibus. Sed omnibus citationibus rite factis standi in iudicio parochus *N. N.* non solum non obedivit, sed etiam in .ipsam curiam maximas contumelias contulit et

iudices suos iniuriis vulgaribus affecit. Cum omnes monitiones Episcopi, omnes citationes curiae episcopalis frustra tentatae fuissent, accusatus sacerdos contumax est declaratus et post processum canonicum rite confectum beneficio suo parochiali propter delicta gravissima per testes probata uti plene convictus est privatus.

Sed parochus *N. N.* non acquievit huic sententiae, sed appellavit ad secundam instantiam, nempe ad tribunal metropolitanum Friburgense, ut innocens declararetur a contumacia et absolveretur a poena in eum lata. Tribunal autem metropolitanum rejecit recursum parochi, declarationem contumaciae a prima instantia factam,-validam confirmans.

Sed et contra hanc sententiam secundae instantiae parochus *N. N.* remonstravit, appellationem ad H. S. O. interponens, quare ab hoc Tribunali supremo de dubio rite concordato: *An constet de contumacia in casu,* diiudicandum est.

Quod ius attinet de contumacia, de qua agitur in casu, hoc breviter adnotandum est. Cum quaelibet citatio vel invitatio in ius, a iudice legitime facta, sit peremptoria, si reus, citatus vel invitatus, nulla iusta causa excusatus, comparere renuat, contumax habebitur. Non tamen potest iudex reum contumacem declarare, nisi prius constiterit: citationem tempore utili ad rei notitiam pervenisse, porro reum neglexisse absentiae a iudicio excusationem afferre aut non iustam attulisse, quae omnia comprobari possunt sive per novam citationem reo factam, ut contumaciam suam, si possit, excuset, sive alio modo. Rei contumaciam in processu poenali iudex declarare potest sive ex officio sive ad instantiam promotoris iustitiae; declarata rei contumacia, iudex procedere potest ad sententiam definitivam, eaque vero rite intimata, ad ipsius sententiae exsecutionem. Post latam sententiam contumax beneficium restitutionis in integrum adversus sententiam contumacialem ab ipso iudice qui eam tulit, petere potest, si iustum morae impedimentum probaverit; si vero quaestio agatur de contumacia, supponenda est semper contumacia vera, non ficta, formalis, non tantummodo materialis, ergo inobedientia adversus legitimum iudicem in iis quae ad iudicem pertinent, *cum dolo commissa* (Schmalzgr., pars 2, tit. 14, n. 38; Reiffenstuel, 1. 2, t. 14, n. 43; Rota, dec 293,-n. 4, p. 4, Rec.) seu quae rationem delicti habet, utpote cum contemptu iudicis seu iudicialis auctoritatis coniuncta, qui contemptus tamen non necessario verbis explicitis exprimi debet, sed sufficit, ut in facto ipso inobedientiae, omnibus perpensis circumstantiis, sit implicatus (Pirhing, 1. 2, tit. 14, § 1, n. 20; Rota, coram Heiner, decis. 19, n. 24, 399).

Qui igitur legitime vocatus in iudicium, nec iuste impeditus, nec causam excusationis iustam habens, iudicis mandato obtemperare renuit, vere contumax est, nam imprimis, rite citatus, comparere debet. Ad normam iuris communis tres citationes edici debent vel una peremptoria vice trium (Schmalzgr., 1. c, n. 40), sed in processu summario iuxta instructionem S. C. EE. et RR. in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum diei 11 iunii 1880, requiruntur et sufficiunt duae citationes (n. XXIV), ut citatus non comparens contumax declaretur.

Haec iuris principia ante oculos habuerunt RR. DD. PP. Auditores in quaestione in casu, an parochus *N. N. in facto* sit contumax, prout duae instantiae anteriores deciserunt. Inquirimus hoc ex singulis factis in actis processus exstantibus.

Die 13 novembris 1911 curia episcopalis Limburgensis, aliquas litteras in causa denuntiationis de criminibus ab ipso patratis misit ad parochum *N. N.* Hic autem easdem litteras acceptare recusavit, quare ad dictam curiam clausae remissae sunt, uti videri possunt in actis. Paucos post dies, nempe die 17 novembris 1911 per medium parochi vicini curia episcopalis eidem parocho *N. N.* transmisit citationem cum praecepto comparendi in iudicio die et hora determinata. Lectis litteris citationis parochus *N. N.* easdem parocho latori reddidit declarans eas non pertinere ad suam personam. Idem deinde scripsit ad curiam litteras sibi missas non ipsum spectare, adiiciens, se in alio casu latorem litterarum uti vulgarem nuntium curiae per scalas deiecturum. Causa unica, ex qua parochus *N. N.* affirmabat litteras illas ad ipsum non spectare, fuit, quia directae fuissent ad « Rev. D. *N. N.*, parochum », non autem ad Rev. dominum *doctorem N. N.* - Episcopus Limburgensis, graviter aegrotans, misit litteras benignas, affirmans omissionem tituli « doctoris » non factam esse ex mala fide, sed ex oblivione curiae. Adnotandum est, parochum *N. N.* acquisivisse titulum « doctoris » philosophiae in universitate protestante Basiliensi, sine licentia et consensu Ordinarii proprii Limburgensis, qui consensus in omnibus dioecesibus Germaniae praescriptus est.

Initio deinde mensis ianuarii 1912 ad curiam episcopalem pervenerunt accusationes seu denuntiationes novae gravissimae a personis fide dignis contra eundem parochum *N. N.* Citatis et rite excussis quatuor testibus, Episcopus ad evitanda ulteriora scandala, suspendit accusatum sacerdotem ab officio per decretum diei 17 ianuarii 1912 et eumdem citavit ad comparendum coram curia, ut responderet ad accusationes gravissimas contra eum promotas. Hanc citationem accusatus sequutus

est, et die 30 ianuarii 1912 eius excussio coram vicario generali in praesentia notarii locum habuit, [n ipsa sessione ad accusationes respondere debuit ad omnia et singula capita de quibus accusatus fuit, sed fere omnia facta in modo clamoroso negavit, excepto uno delicto, quod confessus est. Accusatus protocollum inquisitionis ei lectum approbavit quidem, sed refutavit eius subscriptionem, dicens: se ibi, sc. in aedibus curiae, nunquam protocollum firmaturum esse.

Octo diebus post, novae denuntiationes fide dignae ad curiam episcopalem pervenerunt; quare, ad evitandum grave scandalum, parocho *N. N.* die 21 februarii 1312 intimatum est ut parochiae suae renunciaret; si autem hoc recusaret, continuationis procedurae iudicialis causa ad comparendum coram iudice citatus est. Parochus vero litteris diei 26 februarii 1912 plenis gravissimarum iniuriarum contra Episcopum et eius curiam rescripsit: « se non renuntiaturum nec coram curia « compariturum esse ». Deinde 28 februarii curia episcopalis misit parocho secundam citationem et quidem peremptoriam cum intimatione expressa, quod, si accusatus non obediret, uti contumax haberetur et procedura inquisitionis contra eum incepta ad finem prosequeretur. Has litteras in manus parochi pervenisse, demonstrat fides receptionis ex officio postali. At et nunc citatus parochus non comparuit.

Sed omnia haec, uti constat ex documentis in actis processus, non pertinebant ad processum canonicum in sensu stricto, cum Episcopus voluerit procedere in modo administrativo. Cum tamen omnis clementia Episcopi non haberet effectum, hic tandem proceduram stricte iudicialem praecepit et ad hunc finem instituit promotorem iustitiae per decretum diei 9 aprilis 1912. Promotor iustitiae constituit capita accusationis, quae exstant in summario, sed parochus pluries citatus ad comparendum, ut accusationibus respondeat et se defendat, non comparuit, quare die 17 iunii 1913 contumax est declaratus, et hoc cum optimo iure, nam prout praescribit iam supra citata Instructio S. C. EE. et RR. diei 11 ianuarii 1880 in num. XXIV:*« Si (accusatus) iudicio sistere abnuat, « iteratur indictio, in qua eidem praeficitur congruus peremptorius ter- « minus, eique significatur, quod si adhuc obedire renuat, habebitur ceu «contumax, et pro tali in facto aestimabitur, quatenus absque probato « legitimo impedimento istam quoque posthabeat intimationem ».

In facto: parochus *N. N.* a curia episcopali Limburgensi, contumax declaratus est postquam rite saltem duabus vicibus fuit citatus? et quidem altera vice peremptorie, tamen non comparuit, quin iustum impedimentum proferret. Prima nempe citatio iudicialis facta est die 21 augusti 1912, in qua, enumeratis delictis denuntiatis, dicitur: « Hisce

« citamus, ut die Veneris, die 23 huius mensis, hora tertia cum dimidio « p. m. in aula officiali infrascripti compareas, ut excutiaris ». Cum non comparuerit citatus accusatus, sequuta est secunda citatio diei 3 sep~ tembris 1912. Haec citatio sonat sic: « Iterum et quidem in forma « peremptoria citaris in proximum diem Lunae, diem 9 septembris in «horam tertiam cum dimidio p. m. in aulam officialem infrascripti, ut « in eadem re ac in citatione diei 21 huius mensis dictum erat, excu- « tiaris, cum notificatione, ut, si iterum, quin causam excusationis pro- « feras, citationi non obtemperes,- absque ulterioribus in contumaciam « contra te processus instituetur ».

In tertia denique citatione diei 24 ianuarii 1913, praeses tribunalis episcopalis accusato ita scribit: «Ob specialem respectum hisce tibi « transmittimus *ultimam* citationem ad comparendum coram infrascripto « proxima die Veneris, 31 huius mensis, hora tertia cum dimidio p. m., « cum notificatione quod, si forte, quin causam excusationis habeas, non « venturus sis, absque ulterioribus in *contumaciam* procedura contra te « instituetur. Excutiendus es hic circa accusationes, in citatione 21 augu- « sti anni praeteriti tibi iam communicatas, scilicet circa gravem ... ». Omnes hae citationes rite intimatae sunt accusato, nam erant secundum usum generalem in Germania transmissae per epistolas, a publicis tabu- lariis inscriptas, exquisita fide receptionis uti hoc videri potest ex actis. Ceterum accusatum legisse ultimam citationem, ipse fatetur : « Epistolam « ordinariatus episcopalis die 24 h. m. (nempe ianuarii 1913) inspexi » ut in summario habetur. Et si in eisdem litteris scribit: « Litteras « posterioris dimidii ultimi anni non legi », non est ei credendum, nam eum cognovisse saltem citationem diei 3 septembris 1912 apparet ex eis, quae curia episcopalis citationi diei 24 ianuarii praemittit: «...cum « neque ad tertiam citationem diei 3 septembris anni praeteriti in diem « 9 septembris eiusdem anni, quam testante fide receptionis, a publicis « tabulariis transmissa, ipse recepisti, non magis quam ad priores cita- « tiones responsionem dederis, quamvis eam legisse videaris, uti con- « ciudi debet ex animadversione propria tua manu in involucro *aperto* «scripta: "ad reiiciendas expensas expeditionis obligatus est mit- « tens (scilicet curia episcopalis), doct. *N. N.* parochus loci .*N. N.*, « 25, 9, 12 „ ». Sed etsi citatus non legisset litteras citatorias, sibi ipsi sequentias attribuere debet. Nunquam hic modus agendi excusat a contumacia in processu canonico, uti etiam confirmatur a supremo Signaturae Apostolicae tribunali in causa Neo - Eboracen. Querela enim nullitatis fuerat interposita contra rotalem sententiam diei 9 de cembris 1911, ex defectu formae iudicialis, quasi regularis citatio

partis-recurrentis defuisset. « Cum tamen, ita decidit Signatura Apo-
« stolica, ex Actis evidenter constiterit, citationem per regularem tra-
« mitem Parisiensis curiae diligenter missam fuisse litteris in publico
« diribitorio commendatis, addito onere receptionem denuntiandi: atque
« idcirco *imputandam, unice esse ipsi mulieri, si litterae illae apertae ab*
«ipsa non fuerint: eminentissimi Iudices, in plenaria sessione diei
« 10 ianuarii 1914, recursum reiiciendum esse decreverunt ». *{Acta Apostolicae Sedis,* vol. VI, p. 165). In facto, si talis ignorantia affectata excusare posset a contumacia, iudicialis processus esset inefficax et ita omnis iustitia disturbata.

Nec dicatur, neminem esse posse contumacem, qui habeat iustam causam non comparendi ante iudicem ei tantam. Iam vidimus non esse causam excusationis, si citatus, uti dicit, non legerit citationes indubitanter acceptas. Sed et omnes aliae causae excusationis ab accusato postea allatae sunt ita leves, futiles, quinimmo ridiculae, ut tribunali sit indignum de his tractare singulatim easque refutare. Exempli causa scribit accusatus in litteris diei 18 ianuarii 1913, ad ultimam citationem peremptoriam: «Vix credendum est, ordinariatum episcopalem a me
« revera exspectare, me studia mea, quibus solis firmor, interrumpere aut
«generatim absque honesta ratione interrumpere posse, ut infamis,
« qualem me reddit, coram ipso compaream. Quapropter epistolam consi-
« derare possum solum tanquam aliquod signum bonae voluntatis
4 ineundi commercium mecum ». Haec licentia verborum contra curiam episcopalem iam per longum tempus nimis mitem et benignam versus accusatum haud est excusatio a contumacia, sed augmentât eius culpabilitatem, est spretus auctoritatis iudicis, est igitur ipsa crimen (cf. Lega, *de iud. eccl.* vol. IV, P. III, t. 7 IV, n. 365).

Non aliter se habet res cum altera causa excusationis ex parte parochi citati. Scribit enim (1. c.): « Quia homo non habet nisi unum
« systema nervosum, et quia si procedurae ordinariatus absque resis-
« tenti a me dedissem, non amplius viverem, at neque ullus de ordina-
« riatu ». Sed hoc incommodum est oneri, sese coram iudici in causa poenali sistendi, intrinsecum, et nemo ab onere excusatur ob incommodum ipsi oneri intrinsecum; Porro parochus *N.. N.* potuit sine periculo salutis, tempore suae suspensionis, Berolini voluntarie ad studia philologiae incumbere et quidem ita strenue, ut non tempus inveniret, citationi curiae episcopalis, ne quidem per litteras excusationis, respondere; quinimmo: *non eidem licet,* se sistere iudici citanti ex inhonesta seu infami causa, qualis est citatio. Illa autem sic dicta « infamia », quam citatus a curia episcopali causatam dicit, consistebat in facto, quod curia

quosdam testes citaverat et exeusserat. Ergo, secundum parochum *N. N.* nullum tribunal habet ius citandi testes, ut audiat eos de criminibus ab ipsis denuntiatis, ne reddat denuntiatum infamem. Non est iudicis de talibus stultitiis discutere. Si patronus rei putet, suum clientem laborasse ex ignorantia iuris quoad citationes canonicas earumque sequendas, contradicendum est, parochum *N. N.* non potuisse ignorare sequelas suae contumaciae, quas ipsi in memoriam revocavit praeses tribunalis primae instantiae, necnon canonicus Kilian, nunc episcopus Limburgensis; et si reapse eas ignorasset, non ideo a contumacia excusarétur, cum iuxta regulam iuris in 6[a] « ignorantia facti, *non iuris* excusat ».

Neque suspensa fuit iurisdictio primi tribunalis per recursum rei conventi ad tribunal superius Friburgense contra suspensionis poenam sibi inflictam die 17 ianuarii 1912, nam *a)* nonnisi sex menses post appellationem instituit recursum; *b)* recursus fiebat contra actum administrativum Episcopi, non iudicialem tribunalis, cum tantummodo die 9 aprilis 1912 tribunal constitutum fuerit per Episcopi decretum ; *c)* recursus denique reiectus fuit, seu libellus potius haud acceptatus fuit, quia in numerosis locis offenderit in reverentia auctoritati ecclesiasticae debita; *d)* haud ex serio proposito igitur idem recurrens eumdem libellum in forma immutatum ordinariatui Friburgensi die 9 novembris 1912 iterum offerre potuit. Constat igitur de vera contumacia sac. *N. N.* - Contumacia autem punitur denegatione iuris appellandi, saltem regulariter, uti docent auctores (cf. Rota, *Colonien.-Monasterien.,* coram Heiner, et in ultimo gradu coram Lega), atque etiam beneficii restitutionis in integrum (Pichler, 1. 2, tit. n. 14,21). Invaluit quidem praxis in Rota Romana, testantibus de Luca *(de iudic,* disc. 10, n. 1439), Schmalzgrueber *(de dolo et contum.,* n. 56) Pichler, 1. c. et aliis canonistis, concedendi appellationem etiam vero contumaci; quae tamen praxis supponit, appellantem animum habuisse non omnino rebellem in auctoritatem ecclesiasticam, ut apparet ex Rota, decis. 16 in Novis, a Schmalzgrueber citata: « Et sic « pro hac parte fuit declaratum et determinatum taliter citatum posse « appellare, nisi expresse posset constare de ipsius scientia et contemptu, « qui solus facit quod non audiatur contumax ». Parochus *N. N.* vero extrema contumaciae attigit, et signa indubia animi rebellis in auctoritatem ecclesiasticam praebuit: ante institutum iudicialem processum, durante inquisitione administrativa, bis reiecit litteras ordinariatus, futili motivo de non adhibito titulo « doctoris » adducto; die 30 ianuarii 1912 protocollum eius depositionum, quod uti accuratum agnovit, subscribere recusavit, dicens, se in aedibus ordinariatus « nullum amplius protocollum « sabscripturum esse ». Litteris dein diei 26 februarii 1912, plenis iniuria-

rum iri Episcopum et ordinariatum, Episcopum certiorem fecit: « se non « renuntiaturum parochiae nec coram ordinariatu eo m parituram esse ». Citationem peremptoriam diei 28 februarii, quam certe accepit, ut constat ex fide receptionis diribitorio publico ab ipso data, omnino neglexit. Huiusmodi circumstantiae, processum iudicialem antecedentes, ostendunt contemptum eius erga auctoritatem ecclesiasticam, quem etiam in citationibus iudicialibus recipiendis constanter exhibuit, sicque absentiam contumacem, quam minitatus est, ad effectum perduxit. Videtur igitur in casu aequitatem canonicam nullatenus exigere, ut parochus *N. N.* iterum audiatur, sed potius, ut *sine mora* saluti parochianorum loci *N. N.* consulatur, qui tribus iam annis se oneratos vident parocho a divinis suspenso.

Quibus omnibus perpensis, dubio proposito *An constet de contumacia in casu,* subscripti RR. PP. DD. Auditores de turno respondendum esse decernerunt *Affirmative,* ideoque sententiam primae instantiae Limburgensem fieri exsecutoriam. Simul condemnatur parochus *N. N.* in omnes expensas iudiciales, etiam in honorarium patroni parochiae *N. N,* cum in casu habeatur appellatio frivola (Reg. serv. apud S. R. Rotae Tribunal § 185).

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sunt.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 13 februarii 1915.

Franciscus Heiner, *Ponens.*

Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 3 martii 1915.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. D. CAROLUM IOSEPHUM SCHULTE, EPISCOPUM PADERBORNENSEM, DE OPERE CAPTIVIS OPITULANDIS AB EO CETERISQUE EPISCOPIS GERMANIAE INSTITUTO.

Sento il dovere di rilevare quanto la S. V. Ulm a e Revma mi comunicava col pregiato suo foglio, in data del I° aprile corrente, intorno all'opera benefica da lei svolta, con la preziosa cooperazione del suo clero, a favore dei prigionieri di guerra. A tale riguardo, ella mi faceva sapere come varie persone di buona volontà siano sempre occupate nell'ufficio appositamente istituito, lavorando con ammirabile spirito di sacrificio alla missione di consolare i prigionieri stessi e le loro famiglie, tanto più lietamente perchè .sanno di assecondare con l'opera loro la pietosa iniziativa del Santo Padre, e con tanto maggior merito, in quanto trattasi di beneficare dei nemici, che la vera carità evangelica fa loro considerare quali fratelli in Gesù Cristo, senza distinzione di nazionalità e religione.

Compio ora il gradito incarico di testimoniare, ancora una volta, alla S. V. con quanta compiacenza vegga Sua Santità l'attività intelligente e misericordiosa che ella consacra all'opera sullodata; opera, che fa degno riscontro alla sollecitudine dimostrata anche dagli altri Revmi Prelati della Germania verso i prigionieri ed i detenuti civili, e specialmente a quella promossa, in sollievo dei sacerdoti francesi prigionieri, dall'Emo signor cardinale de Hartmann, la quale meritò a questo il solenne encomio tributatogli dalla medesima Santità Sua col venerando autografo del 18 ottobre del decorso anno.

Vuole pertanto il Santo Padre che alla S. V. ed a quanti, con alto e squisito senso di cristiana carità, si applicano o si applicheranno a coadiuvarla, vada l'espressione del sovrano Suo gradimento ed elogio, mentre, ad incoraggiarne sempre più il santo zelo, imparte nuovamente

a lei ed a tutti gli altri, in segno di particolare benevolenza, l'apostolica benedizione.

Mi valgo poi della presente occasione per confermarmi con sensi di distinta stima

della S. V. Illma e Revma

Roma, 29 aprile 1915.

Servitore
P. CARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nella S. Congregazione dei Religiosi avrà luogo il concorso ad un posto di Ufficiale Minore per esame scritto, che si terrà il 10 del prossimo giugno, alle ore 8 antimeridiane.

Quegli ecclesiastici che desiderassero prendervi parte, dovranno, entro un mese dalla data del presente avviso, esibire alla Segreteria di detta Congregazione la domanda corredata dei titoli necessari per l'ammissione.

Roma, 5 maggio 1915.

f Adolfo Vescovo di Canopo, *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Cou Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di ll ominare:

22 aprile 1915. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore dell'Istituto «de la Société des Filles de St François de Sales», di Parigi.* -

— L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, *Protettore delle Benedettine dell'Adorazione Perpetua del Ssmo Sacramento, del monastero di Bonco (Novara).*

22 aprile 1915. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore della Congregazione della santa Famiglia di Villefranche-de-Rouergue (Rodez).*

23 aprile. — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Ordine di Maria Ssma della Mercede.*

— L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore della Società cattolica operaia di Mutuo Soccorso « San Gioacchino ».*

24 aprile. — L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità di Leavenworth.*

25 aprile. — L' Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore della Arciconfraternita dell' Orazione e Morte di Roma.*

26 aprile. — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore dell' Istituto dei Fratelli di S. Vincenzo de' Paoli.*

29 aprile. — Il revmo P. Gelestino de Deggendorf, dell'Ordine dei **Barati** Minori Cappuccini, *Consultore della sacra Congregazióne dei Sacramenti.*

— Il revmo P. Mariano Fernandez Garcia, dell' Ordine dei Frati Minori, *Consultore della sacra Congregazione dei Riti per le cause di beatificazione e canonizzazione.*

2 maggio. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Suore Sacramentine di Bergamo.*

— L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della Società di san Gregorio, d'America.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

20 aprile 1915. — Mons. can. Adalberto Grócz, vicario generale della diocesi di Gran Varadino.

21 aprile. — Mons. Gedeone Furrer, della diocesi di Coirà.

Prelati Domestici di S. S.:

13 aprile 1915. — Mons. Michele Bundala, canonico della cattedrale di Gran Varadino.

— Mons. Lorenzo Siccardi, canonico prevosto della collegiata di N. S. delle Vigne a Genova.

— Mons. Carlo Gaudiano, canonico primicerio della cattedrale di Foggia.

24 aprile. — Mons. Andrea Croci, dell'archidiocesi di Siena.

29 aprile. — Mons. Benedetto Zandano, vicario generale dell'archidiocesi di Vercelli.

— Mons. Riccardo Orsenigo, cancelliere della curia della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Cori Breve apostolico il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 aprile 1915. — Al sig. Gonzalo de Ojeda y Brooke, già addetto alla ambasciata di Spagna presso la S. Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 aprile 1915. — Al sig. Ercole Pisani, aggiunto alla computisteria della prefettura dei SS. PP. AA.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

30 settembre 1914. — Mons. Emmanuele Béchetoille dell' archid, di Lione.
10 novembre. — Mons. Enrico Calleja Schembri, dell'archidiocesi di Malta.
23 dicembre. — Mons. Giovanni Steinman, della diocesi di Breslavia.
— Mons. Emilio Nikel, della medesima diocesi.
— Mons. Leopoldo de Brühl, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Gottwald, della medesima diocesi.
15 gennaio 1915. — Mons. Bartolomeo Piceda, dell'archidiocesi di Buenos Ayres.
30 gennaio — Mons. Ladislao Dvorak, dell'archidiocesi di Vienna.
— Mons. Francesco Hlawati, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Ujöic, della medesima archidiocesi.
10 febbraio. — Mons. Carlo Dangl, della diocesi di Passavia.
13 febbraio. — Mons. Stefano Horvat, dell'archidiocesi di Zagabria.
18 febbraio. — Mons. Carlo Fritz, dell'archidiocesi di Friburgo.
— Mons. Carlo Sehen, della medesima archidiocesi.
— Mons. Gustavo Schweitzer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Wächter, della medesima archidiocesi.
— Mons. Federico Werber, della medesima archidiocesi.
23 febbraio. — Mons. Pietro Giuseppe Géraud, della diocesi di Saint-Flour.
— Mons. Domenico Mezzadri, della diocesi di Lodi.
24 febbraio. — Mons. Francesco Pintér, della diocesi di Alba Reale.
— Mons. Francesco Streit, della medesima diocesi.
— Mons. Luigi Viszota, della medesima diocesi.
26 febbraio. — Mons. Eugenio Toldy, della diocesi di Vaccia.
— Mons. Carlo Thury, della medesima diocesi.
28 febbraio. — Mons. Michele Mareth, dell'archidiocesi di Praga.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

28 settembre 1914. — Mons. Benedetto Virili, di Roma.
— Mons. Vincenzo Nani, della diocesi di Massa Carrara.
30 settembre. — Mons. Carlo Dumaz, dell' archidiocesi di Lione.
10 febbraio 1915. — Mons. Bernardo Hauth, della diocesi di Passavia.
18 febbraio. — Mons. Nicola Gihr, dell'archidiocesi di Friburgo.
— Mons. Carlo Mayer, della medesima archidiocesi.
24 febbraio. — Mons. Giovanni Hufnagl, della diocesi di Alba Reale.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

18 novembre 1914. — Il sig. Luigi de Ossa y Brewn, della diocesi di Santiago (Chili).
— Il sig. Giovanni Enrico Concha y Subercaseaux, della medesima diocesi.
23 dicembre. — Il sig. conte Edvino de Henkel-Donnersmark, della diocesi di Breslavia.
— Il sig. Emanuele de Woykowsky Biedan, della medesima diocesi.
— Il sig. Felice Porsch, della medesima diocesi.
— Il sig. Federico de Mikusch-Buchberg, della medesima diocesi.
23 febbraio 1915. — Il sig. conte Raimondo de Fugger Kirch berg, della diocesi di Rottemburg.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

19 gennaio 1915. — Mons. Stefano Schulz, della diocesi di Warmia.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S. :*

23 dicembre 1914. — Mons. Giovanni Sikora, della diocesi di Breslavia.
18 febbraio 1915. — Mons. Luigi Testa, dell'archidiocesi di Milano.
24 febbraio. — Mons. Giuseppe Vass, della diocesi di Alba Reale.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

24 febbraio 1915. — Mons. Nicola Weicher, della diocesi di Alba Reale.

NECROLOGIO

23 aprile 1915. — Mons. Leonardo Baumbach, vescovo titolare di Soli.
— Mons. Benedetto Bonazzi, arcivescovo di Benevento.
26 aprile. — Mons. Camillo Tiberio, vescovo di Teggiano.

Annus TU - Yol. TU Die 21 Maii 1915 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE DIOECESIBUS SUBURBICARIIS

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex actis tempore quidem postremis, sed pondere atque utilitate praecipuis Pii X sanctissimae memoriae Summi Pontificis unum illud est, quod Motu Proprio *Edita a Nobis* diei v maii **MCMxiv** de Dioecesibus Suburbicariis continetur. Iamdiu communis erat ea, sane gravis, querimonia, gubernationem harum dioecesium, praeterquam Veliternae et Ostiensis, omnino instabilem et quasi precariam esse ; nam S. R. E. Cardinales, ex iure optionis aliquam ex iis obtinentes, cum semper possent, illa dimissa, aliam sibi optare, saepe contingebat, ut plures iam sedes mutavissent, antequam ad Decani locum pervenirent. Quanta incommoda et detrimenta curationi animarum haec frequens mutatio sedium afferret, probe animadvertit pro sua vigilantia Pontifex, reique directo occurrere constituit. Eo igitur, quem memoravimus, Motu Proprio sancitur : « ut, quam quisque Cardinalis Episcopus na-
« ctus est initio Sedem, in ea permaneat etiam cum Decani gra-

« dum attigerit; tum enim dioecesim suam Ostiensi cumulabit. « Quare, perpetua coniunctione dirempta Veliternae dioecesis et « Ostiensis, cui quidem accidet ut cum alia atque alia dioecesi in ((persona Cardinalis Decani coniungatur, hae Suburbicariae « erunt sedes: Portuensis et Sanctae Rufinae, Albanensis, Prae- <(nestina, Sabinensis, Tusculana, Veliterna ». Haec sapientissime Decessor Noster.

Iam vero, posita stabilitate Cardinalium Episcoporum in sua cuiusque sede, et condita lege ut qui Decanus evaserit, is dioecesim, quam obtinet, non dimittat, Ostiensem assumons, recte dixeris earum dioecesium regimini satis consultum esse, amotaque incommodae rerum conditionis causa, necessitatem iam non ita urgere assignandi singulis dioecesibus suffraganeos Episcopos qui, Cardinalium nomine, easdem regant : de quibus suffraganeis idem Pius X quatuor ante annis edixerat in Constitutione *Apostolicae Romanorum Pontificum* d. xv aprilis **mcmx**. Accedat quod Suburbicariarum Dioecesium ea est et exiguitas territorii et propinquitas Urbi et nunc maxime facilitas commeatus, ut Cardinalium quisque in Urbe residens, quamvis occupatus sit, quamcumque earum in perpetuum gubernandam susceperit, gubernare per se recte posse videatur. Quod si alicui contigerit ex valetudine, aut ex aetate, aut alia ex causa ut ad episcopi rite obeundum munus adiutore indigeat, facile ei semper erit hunc adiutorem seu suffraganeum ab Apostolica Sede petere et impetrare.

Itaque, cum Decessor Noster Motu Proprio *Edita a Nobis,* qua parte huius praescriptiones attulimus, Constitutioni *Apostolicae* tamquam fundamentum subtraxerit, cumque aliae etiam haud levis momenti rationes ad id accesserint, Nos, adhibitis in consilium aliquot S. R. E. Cardinalibus, eam Constitutionem abrogatam declarantes, Cardinales Episcopos suburbicarios officio et onere adsciscendi suffraganeos, quo ex eiusdem Constitutionis praescriptis tenebantur, solvimus. Item, quaecumque memorato Motu Proprio statuta sunt de annuis quae singulis suffraganeis praebenda essent, et de omnibus bonis eccle-

siarum suburbicariarum apud sacrum consilium Fidei Propagandae coniunctim administrandis ab Officio *Spoliorum*, ea quoque ut aboleri consentaneum est, ita abolita declaramus. Illud vero sanctum et inviolatum esto, quod eo ipso Motu Proprio diximus a Pio X singulari cum sapientia constitutum, ut quam quisque Cardinalis Episcopus initio sedem acceperit, eam ne mutet unquam ; Decanus autem, praeter illam, etiam Ostiensem assumat. Denique redditus bonaque omnia singularum earumdem ecclesiarum singuli Cardinales Episcopi, ut antea, administrabunt. Volumus tamen, ut quotannis Officio oeconomico Spoliorum, quod supra dictum est, administrationis suae rationem referendam curent.

Quae igitur his litteris statuta, declarata, sancita sunt, omnia rata, valida, firma in omnes partes esse ac fore decernimus, atque ab omnibus, ad quos pertinet, sancte servari iubemus ; contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo decimo quinto, die i februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. H. M. CARD. GOTTI P. CARD. GASPARRI

S. C. de Propaganda Fide ***Praefectus.*** ***a Secretis Status.***

Loco ***Çfc*** Plumbi

VISA

M. RIGGI, C. A., *Not.*

Beg. in Cane. Ap., N.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

PIUM EXERCITIUM XV FERIIS TERTIIS ANTE FESTUM S. DOMINICI CONF. PERAGENDUM PLENARIA INDULGENTIA DITATUR.

Die 6 maii 1915.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, ad preces Rmi P. Hyacinthi Mariae Cormier, magistri generalis Ordinis Praedicatorum, benigne concedere dignatus est, ut omnes et singuli christifideles, qui confessi ac sacra Synaxi refecti piis exercitationibus ac supplicationibus, in qualibet ecclesia vel publico aut semipublico oratorio, per quindecim ferias tertias continuas sancti patris legiferi Dominici Confessoris festum immediate antecedentes, in honorem eiusdem sancti Rmo Ordinario probante publice habendis, interfuerint, simulque ad mentem Summi Pontificis pie oraverint, valeant plenariam Indulgentiam defunctis quoque applicabilem, singulis vicibus, adquirere. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L.Ç&S.

f DONATUS, Archiep. Ephesinus, *Adsessor S. O.*

II

DECRETUM

CONCEDITUR INDULGENTIA CCG DIERUM RECITANTIBUS PIAS PRECES IN HONOREM V VULNERUM D. N. I. C.

Devoto esercizio in onore delle cinque Piaghe di N. S. Gr. C.

f. *Deus, in adiutorium meum intende.*

RI. *Domine, ad adiuvandum me festina.*
Gloria Patri, etc. Sicut erat, etc.

Alla Piaga della Mano destra.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria Ssma, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga Ssma della vostra Mano destra. Vi ringrazio dell'amore infinito coi quale voleste sopportare tanti e sì atroci dolori per isconto dei miei peccati, che io detesto con tutto il cuore: vi domando la grazia di liberare il Sommo Pontefice dai suoi nemici, e che oggi tutti i sacerdoti del mondo celebrino santamente.

Pater, Ave e Gloria.

Alla Piaga della Mano sinistra.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifìsso, io adoro profondamente prostrato, con Maria Ssma, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga Ssma della vostra Mano sinistra, e vi domando grazia per i poveri peccatori e pei moribondi, specialmente per quelli che non vogliono riconciliarsi con voi.

Pater, Ave e *Gloria.*

Alla Piaga del Piede destro.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria Ssma, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga Ssma del vostro Piede destro, e vi chiedo la grazia che in tutti gli Ordini e Congregazioni religiose germoglino molti Santi.

Pater, Ave e *Gloria.*

Alla Piaga del Piede sinistro.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria Ssma, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga del vostro Piede sinistro, e vi prego per la liberazione delle anime del Purgatorio, principalmente di quelle che in vita furono più devote delle vostre sante Piaghe.

Pater, Ave e *Gloria.*

Alla Piaga del sacro Costato.

Amabilissimo mio Signore Gesù Crocifisso, io adoro profondamente prostrato, con Maria Ssma, con tutti gli Angeli e Beati del cielo, la Piaga Ssma del vostro sacro Costato, e vi prego di benedire il Pastore della nostra diocesi e tutte quelle persone che si raccomandano alle nostre preghiere.

Pater, Ave e *Gloria.*

Virgo dolorosissima, ora pro nobis (tre volte).

Gesù Crocifisso, avvalorate queste preghiere coi meriti della vostra Passione : concedeteci la santità della vita, la grazia di ricevere i santi Sacramenti in punto di morte e la gloria eterna. Amen.

Die 6 maii 1915.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut christifideles, corde saltem contrito, supra relatum pium exercitium in memoriam quinque Vulnerum D. N. I. C. peragentes, indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque profuturam, adquirere valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

f DONATUS, Archiep. Ephesinus, *Adsessor S. O.*

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

PRAESUMPTAE MORTIS CONIUGIS

FACTUM. - In quadam Galliae civitate, G. B., die 7 septembris 1871 ritu Tridentino uxorem duxit quamdam V. E. Haec autem, elapso fere sexennio, idest mense februario 1877, maritum deseruit, ac paulo post omnino disparuit. Quare G. B., cum eam sedulo, sed frustra, exquisivisset, civili foedere sibi adiungere ausus est aliam feminam.

Conscientiae autem stimulis exagitati, ambo demum Ordinario supplicarunt ut sibi liceret civile consortium sacramentali vinculo honestare, simul sub fide iurisiurandi asseverantes se non ante civile foedus iniisse quam sibi de obitu prioris coniugis persuasum fuisset.

Curia dioecesana, licet, omnibus perpensis, maximam probabilitatem agnovisset mortis uxoris V. E., attamen acta processus ad hanc S. Congregationem transmisit.

RESOLUTIO. - Quando ad demostrandum alicuius coniugis obitum probationes veri nominis adduci non possunt, tunc satis erit tales *coniecturas, praesumptiones, indicia et adiuncta* congerere, e quorum cumulo *probabilitas maxima, seu moralis certitudo* exsurgat (cfr. Instr. S. Officii, an. 1868). Humana enim tractanda sunt modo humano.

Iamvero ex Actis sequentes praesumptiones colliguntur.

Aetas. Mulier nunc esset annorum septuaginta duorum. Vix autem admitti potest eam ad hanc aetatem pervenisse, quum valde tum vino tum libidini indulgerei. Immo haec causa fuit qua tribunal civile anno 1882 sententiam separationis corporum ac bonorum contra eam proferret. « Cette décision n'était que trop motivée par les habitudes d'intempé- « ranee et l'inconduite notoire de la femme, qui avait abandonné le « domicile conjugal pour aller vivre avec des amants ». Compertum est autem ebriositatem et incontinentiam adhuc funestiores esse generatim sanitati mulierum quam virorum.

Accedit quod mulier erat inops; e famulatu enim victum quaerebat. Immo prorsus in miseriam cecidisse videtur, siquidem ob continuam ebrietatem nec famulatum agere amplius poterat. « Elle se livrait à « la boisson continuellement, elle ne pouvait plus rester en place... ».

Unde, labente tempore, valde probabile evenit ut etiam iis rebus careret quae ad vitam sustentandam requiruntur. Est ne verisimile talem mulierculam, tum vitiis tum egestate tabescentem, usque ad annum vixisse septuagesimum secundum?

Inutilitas requisitionum. Femina disparuit anno 1877, ergo abhinc annos triginta octo ; nec tot annorum spatio ullum eius vestigium reperiri potuit, etsi diligentes peractae sint investigationes tum ab auctoritate civili, tum a parentibus.

Sedulo enim requisita est iam anno 1882 a tribunali civili, quando nimirum vir instabat coram iudice pro sententia separationis. Cum enim illa inveniri nullatenus potuisset, tribunal hanc sententiam proferre coactum est - uti dicit - « par défaut ». Quae sententia deinde etiam evulgata fuit per ephemeridem ad huiusmodi promulgationem specialiter designatam, nihil autem nec tunc de muliere auditum fuit.

Nec eius propinqui ullum de ea nuntium dare potuerunt, sed ipsi quoque eam iamdudum e vivis sublatam credunt. Sic enim eius frater iam multis abhinc annis scripsit ad oratorem C. B.: « Tu me parles « toujours de cette disparue *(idest* de ma sœur)... maintenant oublie-la « totalement, fais comme moi, il est très probable qu'il y a longtemps « qu'elle est morte... S. m'a écrit en 1906 qu'il avait fouillé un peu par- « tout dans P. (ubi mulier habitaverat) et qu'il n'avait jamais pu avoir « aucun renseignement sur elle ». Ac iterum ab oratore interrogatus anno 1911, idem frater uxoris in eumdem modum respondit: « Tu me « parles de ma sœur; pour moi je la crois morte, et il y a longtemps ». Ergo nec familia mulieris a plurimis annis quidquam de ea rescivit, eamque iampridem defunctam putat. Et sane haud difficile erat mulierculam, nimio potu tam saepe delirantem, infausto aliquo casu petiisse, nec identitas defunctae haberi poterat utpote nullum sui nominis indicium praeseferentis. In magnis quippe civitatibus, qualis ea est in qua mulier vixit, non raro evenit ut cadavera inveniantur sepelienda uti anonyma. En verba processus: « Ceux de sa famille, comme ils étaient « au courant de ses habitudes d'ivresse, affirment qu'ils la croyaient « décédée par accident. Mais n'ayant aucune pièce (ou document) sur « elle, le décès n'avait pu être constaté ».

His omnibus perpensis, Emi ac Rmi Patres in generalibus huius sacrae Congregationis comitiis habitis die 29 aprilis 1915 ad dubium: *An oratori G. B. permitti possit transitus ad alteras nuptias in casu,* respondendum censuerunt: *Affirmative.*

f ALOISIUS CAPOTOSTI, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DUBIUM

DB SYLLABIS HYPERMETRIG1S QUOAD CANTUM

A sacra Rituum Congregatione pluries expostulatum fuit: « An « regula descripta in Antiphonario Vaticano circa syllabas hypermetri- « eas, quae frequenter occurrunt in cantu hymnorum, scilicet quod ipsae « non elidantur, sed distinctae pronuncientur propriaque nota cantentur, « stricte et rigorose interpretanda sit, vel e contra liceat etiam ipsas « syllabas elidere, praesertim si in praxi id facilius et convenientius « censeatur? ».

Et sacra eadem Congregatio, audita specialis Commissionis, pro cantu liturgico gregoriano sententia, propositae quaestioni re sedulo perpensa ita rescribendum censuit: « Negative ad primam partem, affir- « mative ad secundam ».

Atque ita rescripsit et declaravit die 14 maii 1915.

A. CARD. VICO, *Pro-Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Patriarcha electus Venetiarum,

Secretarius.

SACRA ROMANA ROTA

LUGANEN.

IURIUM

*Benedicto Papa X V feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae * anno primo, die 5 martii 1915, BB. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii,* Decanus Ponens, *Seraphinus Manu et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Luganen. - Iurium *inter* Canonicos antiquae fundationis, *repraesentatos per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum, et* Canonicos recentioris fundationis seu iurispatronatus, *repraesentatos per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, in ecclesia collegiata oppidi* Bellinzona, *dioecesis Luganen., sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Bellinzonae, dioecesis Luganen., in collegiata, parochiali etiam exsistente ecclesia, Ss. Petro et Stephano Protomartyri dicata, capitulum olim constabat archipresbytero et sex canonicis; circa vero medietatem saeculi XVII aliae prebendae canonicales erectae fuerunt, quae, utpote ex privatorum dotatione originem trahentes, dictae fuere iurispatronatus, ut distinguerentur a praeexsistentibus antiquae fundationis nuncupatis. Inter antiquae et recentioris fundationis canonicos, haud raro discordiae et contentiones exoriebantur, ad quas tollendas, anno 1752 conventio inita fuit duodecim comprehendens articulos a canonicis subscripta, et ab Ordinario tunc Novocomensi confirmata. - Vacantibus his ultimis temporibus in eadem collegiata ecclesia tribus canonicatibus veteris fundationis, obtentum fuit anno 1890 a S. C. Concilii rescriptum quolibet septennio renovandum, quo cautum est reditus canonicatuum vacantium esse, diversa tamen ratione, inter utriusque fundationis canonicos dividendos. Verum, cum ab anno 1909, canonici a. f. a participatione praebendarum vacantium exclusos voluerint canonicos recentiores, ex ea praesertim ratione, quia ipsos admittebant ad eorum vicem supplendam cum participatione emolumentorum in anniversariis et funeribus dictis *di capitolo vecchio,* canonici i. p. Pfister et Rossi, ad propria iura tuenda, Luganense conscenderunt tribunal, a quo duae controversiae, distinctis tamen in iudiciis, prouti postulaverant canonici antiquiores, exa-

minatae ac definitae fuerunt. Prima respiciebat participationem redituum praebendarum vacantium, et die 14 decembris 1911 decretum prodiit: « I canonici di patronato in Bellinzona hanno diritto di partecipare allo « scomparto delle puntature dei canonici di antica fondazione vacanti « dal 1909 fino ad oggi, ossia per tre anni arretrati consecutivi 1909, « 1910, 1911 ». Altera se referebat ad interventum canonicorum i. p. in anniversariis et funeribus *di capitolo vecchio,* et iudex Luganensis post mutuas partium allegationes, proposito dubio : « Utrum canonici recen- **te** tiorum fundationum, seu iuris patronatus, in ecclesia Ss. Petri Apostoli « et Stephani Protom. in oppido *Bellinzona* admittendi sint ad officia « et funera, quae *di capitolo vecchio* nuncupantur, et ad relativas distri- « butiones, quoties intersint ad implendum septenarium numerum pro « antiquae erectionis canonicis absentibus, vel in vice canonicatuum « vacantium » reposuit: « Quoad officia anniversaria ab antiquioribus « canonicis ante erectionem recentiorum canonicatuum acceptata, *Nega- « Uve',* quoad reliqua officia et quoad funera, *Affirmative* ». Ab hac decisione canonici a. f. ad H. S. O. pro vocarunt, impetentes non solum sententiae iustitiam, sed etiam validitatem. At, vix dubiis concordatis, recentiorum canonicorum patronus exceptionem promovit litis finitae, nisus art. 9 conventionis anni 1753, in quo statuitur quod in casu alicuius malae et oppositae intelligentiae super uno vel altero conventionis capilulo, dubium submitteretur pro declaratione archipresbytero et canonico theologo, in collegiata ecclesia pro tempore exsistentibus, quorum iudicio, si qua pars sese remittere nollet, controversia, submota appellatione, ab Ordinario definiretur. Verum Domini Patres de Turno sub die 15 decembris 1914 exceptionem non admiserunt, ex eo potissimum quia, cum in primo dubio proposita fuerit querela nullitatis sententiae latae a curia Luganensi, haec reiicit quamlibet litis finitae exceptionem. Quare hodie discutienda sunt dubia a partibus concordata, scilicet:

1) *An constet de sententiae diei 5 maii 1913 nullitate in casu?*

2) *Utrum canonici recentiorum fundationum seu iuris patronatus in oppido Bellinzona admittendi sint ad officia et funera, quae* di capitolo vecchio *nuncupantur, et ad relativas distributiones, quoties intersint ad complendum septenarium numerum pro antiquae erectionis canonicis absentibus, vel in vice canonicorum vacantium?*

Ad primum dubium Patres adnotarunt in S. R. Rota non admitti nisi tres nullitates, ex defectu videlicet iurisdictionis seu competentiae, mandati et citationis. Ad rem card. De Luca, in disc. 38, n. 22, *de iudi-*

dis: « Nimium quidem commendabiliter resecatae sunt omnes illae scru-«polosae nullitates quae ex legum subtilitate vel praeticorum rigorosis « superstitionibus ac formalitatibus proveniunt, ideoque in Curia non « attenduntur, nisi tres resultantes a tribus defectibus substantialibus, « nempe iurisdictionis, citationis et mandati ». Hanc legem primum induxit Pius IV const. *In throno iustitiae,* 27 dec. 1561, n. 13, confirmavit Paulus V const. *Universi agri* 1 martii 1612, par. 5, renovavit Clemens XIII const. *Ex parte,* 30 septembris 1760 et ratam habuit Pius VII in suo motu proprio diei 6 iulii 1816, par. 47. Per hanc autem legem, uti accurate adnotatur in una Treviren. coram Many 15 maii 1913, summi Pontifices noluerunt auferre nullitates substantiales, quae nempe sunt ex iure naturae, secus iudicia penitus destruxissent, sed illas tantum quae proveniunt « ex legum subtilitate, vel praeticorum rigorosis super-« stitionibus et formalitatibus ». Tribus recensitis nullitatibus quartam addidit Pius X f. r. expressam in par. 3, can. 27, Legis propriae S. R. Rotae in Bulla *Sapienti Consilio* et hanc doctrinam hodiernis temporibus sequitur H. S. Tribunal, uti patet ex decisione superius citata.

Quibus in iure adnotatis, ex triplici capite patronus canonicorum a. f. autumat sententiam 5 maii 1913 esse nullam. Primum est, quia ex actis non constat de peracta litis contestatione, et partium citatione. At in genere dicendum quod cum patronus non probaverit utrumque revera defecisse in casu, praesumptio stat pro validitate sententiae ex cap. 23 *De electione,* cap. 6 *De renuntiatione* et cap. 2 *De probationibus.* In specie quoad citationem patet ex actis partes in iudicio comparuisse et bis defensiones suas exhibuisse. Porro communis auctorum doctrina est, defectum citationis sanari, aut etiam eam non esse necessariam, si pars conventa sponte compareat, hoc enim in casu finis citationis attingitur. Ita Schmalzgrueber in tit. *De oblatione libelli,* n. 15: « Citatio non requi-« ritur si reus aliunde cognosceret contra se intentandam litem, et non « citatus compareret coram iudice, ac respondendo iudicium susciperet; « nam tali casu non apparet cur, ob non factam citationem, actus iudi-**ce** cíales iure naturae essent invalidi; nam simile quid contingit in recon-« ventione, ubi actor fit reus et tamen non citatur, quia praesens est ». Idem habent Reiffenstuel in eundem titulum n. 69 Pichler n. 15 etc. etc. Deinde canonici a. f. non tantum citati sed et compulsi fuerunt ad iudicium, legitur enim in sententia appellata: « Nos decreto 19 februarii 1913 « eos compulimus ad agendum coram nostro tribunali ». Relate ad litis contestationem neminem latet hodie non requiri amplius formulas illas iudiciales solemnes quae olim adhibebantur; sufficit litigantes probe litis obiectum cognovisse et super litis obiectum defensiones paravisse.

At hoc abunde acta demonstrant. Ita vindicantibus sibi canonicis iuris patronatus participationem emolumentorum in anniversariis et funeribus *di capitolo vecchio,* canonici antiquiores se opposuerunt his verbis: « I « sottoscritti impugnano il diritto accampato dai canonici Pfister e Rossi « di partecipare alle officiature, anniversari e funerali di capitolo vec- « chio ». Et clarius in scriptura exhibita die 26 octobris 1912: « Se gli « avversari battagliano per l'intervento solo gratuito, per un diritto ven- « toso abbiamo già ceduto, se per un diritto reale di tangibile rétribu- **as** zione resistiamo ».

Dicitur secundo loco nullam esse sententiam ob defectum defensionis denegatae canonicis a. f. At hi non semel, sed bis defensionem suam exhibuerunt. Nec dicatur hos canonicos non respondisse duplicationi canonicorum recentiorum: nam, si non responderunt, tota illorum culpa fuit; tempus enim illis non defuit ad respondendum. Uti enim patet ex summario pro canonicis iunioribus, duplicatio canonicorum iuniorum remissa est canonicis antiquis die 17 februarii 1913, et eorum responsio exspectata fuit usque versus finem aprilis; i. e. fere per duos menses et dimidium. Cum ergo nimium responsionem distulissent, episcopus iustissime conclusum esse in causa decrevit die 28 aprilis.

Impetitur tandem validitas sententiae, eo quia partes citatae non fuerunt ad audiendam sententiam. At notandum in primis est hanc solemnitatem non esse ex admissis a S. R. Rota. Deinde scitum est hodie sufficere, ut sententia prolata ad notitiam partium perveniat absque trina vel peremptoria citatione. Hoc aperte evincitur ex stylo curiae et nostri Tribunalis.

.Ad *secundum dubium* quod spectat, sciendum est in collegiata Bellinzonensi quatuor classes esse anniversariorum, seu officiorum aut funerum: scilicet, prima classis, quando invitatur clerus totius civitatis; secunda classis, quando invitatur capitulum integrum; tertia, quando solum capitulum antiquius; quarta, quando non adest nisi solus archipresbyter. Quaestio nostra respicit tertiam classem, anniversaria nempe et funera *di capitolo vecchio* nuncupata. Et ante omnia Patribus visum est inquirere an in praedictis anniversariis aut funeribus sit complendus numerus septenarius sive quando aliquis canonicus a. f. impedimento detentus non interveniat, sive quando aliquis canonicatus vacet. In utroque casu complendum esse numerum septenarium derivarunt Patres primo ex praesumpta fidelium voluntate, qui anniversarium aut funus postulantes *di capitolo vecchio,* petunt funus in quo non omnes quidem sed septem adesse debent canonici; antiquiores certe canonici praeferendi sunt, sed

ipsis non intervenientibus, ne solemnitati derogetur, alii vocandi sunt ad ipsorum vices supplendas. Secundum argumentum duxerunt ex art. 8 conventionis 1752. In hoc expresse dicitur canonicos antiquiores qui in praedictis anniversariis *di capitolo vecchio* choro non intersunt, posse sibi substituere, deficiente canonico iuniore, alium sacerdotem, qui nomine eorum interveniat, eorumque obligationi satisfaciat. Supponitur ergo septenarium numerum compleri debere ad satisfaciendum obligationi capituli antiqui. Tertio loco adnotarunt a tempore vacationis trium canonicatuum a. f. archipresbyterum et reliquos antiquos canonicos ad supplendas vices canonicatuum vacantium in praedictis anniversariis iuniores canonicos admisisse. Hoc testatur *a)* can. Nazarius Desideri, qui,' antequam ad capitulum cathedrale S. Severini promoveretur, de gremio erat canonicorum i. p. in collegiata Bellinzonensi: « Il sottoscritto dichiara... « che nei breve tempo in cui ebbe l'onore di appartenere al revino capi- « tolo dell'insigne collegiata di Bellinzona, prima dell'epoca 1889 fino « all'ottobre 1891, è sempre intervenuto ai funerali ed offizi di 3ª classe « eseguiti in detta chiesa »; *b)* sac. Cornelius Fedele: «Durante gli anni « nei quali fui seminarista, ho preso parte un numero stragrande di volte « ad ufficiature e funerali, non solo di prima e seconda classe, ma anche « di terza elasse, in sostituzione di qualche canonico assente ». c) Eadem habet Augustinus Locarnini: «Nel tempo che io fui in Bellinzona quale « seminarista, spesse volte partecipai agli offici e funerali così detti di « capitolo vecchio.... La regola che in simili casi si teneva, si era di « supplire ai canonici, quando il loro intervento non arrivava al numero « sette ». Hoc adeo verum est ut, cum mense augusto anni 1911, canonici antiquiores ab anniversariis tertiae classis iuniores canonicos excludere coeperint, hi restituti sunt vi decreti episcopalis diei 14 decembris eiusdem anni, et de novo ad supradicta anniversaria admissi, ita ut semper septenarius numerus compleretur. Quod, si quando, ob difficultates temporum, hic numerus impletus non fuerit, inde tamen oriri non potest praescriptio, vi cuius contra praesumptam fidelium voluntatem et tam longi temporis usum, capitulum antiquius ab obligatione se liberaverit praedictum numerum complendi.

Neque aliquo in pretio habenda sunt testimonia quae collecta sunt a patrono canonicorum a. f. Etenim declaratio parochi Agosti nimis incerta est, cum in ea non dicatur ad quale tempus et ad quot annos se referat. Declaratio canonici Codelaghi potius canonicis iunioribus favet; uti enim fert illa declaratio, ab anno 1885 ad annum 1887 cum canonici antiquiores duo tantum essent, ad eadem officia invitati sunt iuniores. Addit quidem can. Codelaghi, non obstante hac iuniorum invi-

tatione, numerum septenarium non fuisse completum, sed hoc non nocet thesi canonicorum iuniorum; satis enim est quod, deficientibus canonicis antiquis, invitati fuerint ad supplendas eorum vices; hoc enim ostendit capitulares antiquos putasse, se, per se solos, ad numerum trium vel quatuor reductos, praefata anniversaria celebrare non potuisse, et ideo alios invitare debere. Quod tandem, omissis testimoniis Magdalenae Gaietto ac sororum Forni, attinet ad declarationem Caroli Nadi, haec non est ad rem, cum referatur ad tempus, quo tres canonicatus a. f. nondum vacantes relicti fuerant.

Ex his non solum evincitur complendum esse numerum septenarium in anniversariis tertiae classis, sed etiam canonicos i. p. vocandos esse, quando canonici a. f. non interveniant, aut vacent canonicatus eiusdem fundationis. Quod ceteroquin a canonicis antiquis non negatur; ut enim dicit iudex primarum actionum: « Serius iidem canonici « (antiqui) sub die 26 octobris 1913 intentionem suam clarius explica- « runt asserentes suam contestationem contra canonicos i. p. non eo « devenire, ut hi absolute ab anniversariis et funeribus *di capitolo vec- « chio* excludantur, sed solum a participatione distributionum in huius- « modi officiis ». Itaque hoc unum remanet videndum, an canonici recentiores intervenientes anniversariis tertiae classis ius habeant percipiendi relativas distributiones.

Solutio quaestionis pendet ex interpretatione conventionis initae a. 1752, articuli praesertim octavi, qui ita sonat: « Licitum erit DD. archi- « presbytero et sex canonicis antiquioris fundationis, quando aliquis ex « DD. canonicis recentioris erectionis nollet gratis eorum vices supplere, « delegare et substituere unum vel alterum sacerdotem ipsis benevisum « pro anniversariis et stationibus ab antiquiori capitulo usque in hodier- « num diem acceptatis, ut nomine ipsorum interveniat, eorumque obli- « gationi satisfaciat ». Hoc in articulo canonici antiquiores ita sibi reservarunt emolumenta anniversariorum et stationum, quae ad diem conventionis fuerunt acceptata, ut ne in casu quidem absentiae eisdem privarentur. Quamvis enim canonicis i. p. ius sit canonicos a. f. non intervenientes supplendi, gratis tamen suam operam praestare tenentur. Etenim verbum *gratis* sumendum est secundum significationem obviam et communem, ita ut non solum excludat peculiarem mercedem in praemium acceptatae subrogationis, uti vult patronus canonicorum iuniorum, sed virilem etiam portionem emolumentorum; i. e. canonici i. p. canonicos seniores substituentes nihil omnino percipere debent. Neque iustitiae adversatur quod ille qui suppletur emolumenta percipiat, et nihil proveniat ei qui supplet. Nam in primis canonici i..p. non cogun-

tur supplere canonicos a. f. absentes, sed tantum si velint. Deinde notissimum est, quod quando episcopus erigit novum aut novos canonicatus, exquirere debet consensum capituli antiqui, et capitulum suum praebens consensum, plura potest sibi reservare, modo non attingant substantiam canoniae. Ita tradunt communiter Doctores v. g. Tonduti, *Quaestiones beneficíales* cap. 68, n. 13, 14; Scarfantonius, *Ad Geccoperium,* lib. I, tit. -14, animad. 35-36 et receptum est in S. C. Concilii uti legimus in folio causae Veliternae, *Participationis,* 20 decembris 1851, n. 8. « In iure haud ambigitur quod capitulum novae canonicatuum erectioni « consentiens, conditiones sibi benevisas possit adiicere, quae iustitiae « consonae apparent, easque S. Congregatio iugiter approbavit. Iustam « praeter alias, censuit conditionem quod novi canonici non participent « de legatis, anniversariis, bonis aliisque iuribus iam antiquo capitulo « quaesitis; vel quod nec activam nec passivam habeant vocem in nego- « tiis ad interesse pertinentibus antiquorum dumtaxat canonicorum, uti « prostant exempla in Aretina, *Erectionis canonicatuum,* 5 maii 1703, in « Alatrina 8 febr. 1727, et in Toletana, *Archipresbyteratus,* 1 febr. 1766 ». Porro huius generis sunt reservationes factae ab antiquis canonicis in conventione anni 1752, et speciatim quoad funera et anniversaria ; certum est anniversaria fundata ante annum circiter 1650, scilicet ante erectionem novorum canonicatuum, profecto spectare privative ad antiquos canonicos, qui soli tunc erant in collegiata; anniversaria autem post annum 1650 fundata, sed acceptata ab antiquiori capitulo (sunt verba conventionis) pariter pertinere ad antiquos canonicos privative, cum haec anniversaria non possunt esse nisi officia *di capitolo vecchio,* aliter enim acceptanda fuissent a toto capitulo.

Recensitae voluntariae et gratuitae interessentiae canonicorum i. p. in anniversariis capituli antiqui, duae faciendae sunt, iuxta Patres, limitationes. Prima respicit anniversaria fundata post conventionem an. 1752. In istis enim canonici iuniores admitti debent ad substitutionem canonicorum antiquiorum, si hi fuerint infirmitate vel alio impedimento detenti, et ad relativas distributiones. Ratio non est petenda ex unitate morali capituli, ut habetur in sententia appellata, quia unitas corporis moralis manet semper, posita etiam exclusione a partecipatione quorumdam emolumentorum ex parte aliquorum canonicorum, uti supra dictum est, sed derivanda est ex verbis saepius cit. art. 8 conventionis : « usque in hodiedum die acceptatis » i. e. canonici antiquioris fundationis reservantes sibi anniversaria fundata ante annum 1752, eo ipso canonicis iunioribus concesserunt implicite quidem, sed verissime, anniversaria postea fundata, secundum regulam - inclusio unius est exclusio

alterius - quod dicendum pariter est de officiis manualibus, etiamsi *di capitolo vecchio* nuncupentur, quae fideles recurrente die anniversaria mortis parentum celebrari postulant; nec enim haec sibi canonici antiqui reservaverunt. Fortasse canonici antiquiores reservata sibi voluerunt tantummodo anniversaria fundata ante conventionem, ut aliquo modo, aequitate suadente, compensaren! onera haud levia imposita in praefata conventione canonicis iunioribus. Isti enim obligantur ad praestandam mercedem custodi, seu sacristae, ad largitionem pro festis natalitiis, ad praestationem pro virili parte condiorum quinque vini albi, ad honorarium pro oratione panegyrica in festo S. Petri Apostoli, ad sumptus occurrentes decursu temporis pro librorum choralium emptione aut reparatione, pro parandis carbonibus hiemalibus, etc.

Secunda limitatio admittenda est quoad funera capituli antiqui quibus canonici i. p. intersunt non loco canonicorum a. f. absentium, sed vice canonicatuum vacantium. Hoc enim in casu nulla ratio est, ut ad praefata officia admissi, relativis priventur distributionibus. In primis enim de hac substitutionis specie silet omnino conventio anni 1752, et de ea forsitan ne cogitarunt quidem canonici antiquiores. Deinde cum in funeribus dictis *di capitolo vecchio* compleri debeat, uti supra diximus, numerus septenarius; i. e. debent interesse archipresbyter et sex canonici, vacantibus canonicatibus a. f., canonici iuniores ipsis succedunt non iure delegato, sed iure proprio. Proinde sicuti in rescripto S. G. Concilii anni 1890, renovato annis 1897 et 1908 indultum fuit ut reditus praebendarum vacantium inter canonicos utriusque fundationis distribuerentur; ita pariter, imo multo magis dici hoc debet de funeribus, quoties canonici iuniores interveniunt vice canonicatuum vacantium. Neque per hoc aliquod praeiudicium aut damnum infertur canonicis senioribus, ipsi enim suas integras distributiones percipiunt, et pars quae canonicis iunioribus cedit, pars est quae ad tres canonicos antiquos pertineret, si hi canonicatus non vacavissent. Neque dicatur quod pars quae competeret canonicatibus vacantibus reliquis accrescere debet canonicis eiusdem fundationis. Etenim hic agitur de emolumentis quae inter praesentes distribui solent, et quod excludatur ex parte canonicorum ius accrescendi praeter praesumptam fidelium voluntatem et iuris intentionem, luculenter evincitur ex pluries cit. art. 8. Non enim in alium finem canonici a. f. statuerunt posse alios in praedictis anniversariis ac funeribus delegare aut sibi substituere, nisi ut emolumenta in eisdem anniversariis distribuenda perciperent.

Quibus omnibus in facto et in iure perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, Christi nomine invocato et solum Deum prae oculis

habentes, pro tribunali sedentes dicimus et sententiamus ad proposita dubia respondentes: Ad I. *Negative.* Ad II. *Canonicos i. p. in ecclesia Ss. Petri Apostoli et Stephani in oppido* Bellinzona *admittendos esse ad complendum numerum septenarium in anniversariis, officiis et funeribus* ***quaer*** di capitolo vecchio *nuncupantur, et ad relativas distributiones, exceptis tantum officiis et anniversariis fundatis ante conventionem anni 1752, quibus iidem canonici recentiores intersint, non vice canonicatuum vacantium, sed loco canonicorum a. f. absentium, ad normam art. octavi praefatae conventionis anni 1752.* Expensas autem iudiciales declaramus esse inter partes compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.*, Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 5 martii 1915.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*

L. £ß S. Seraphinus Many.

• Franciscus Heiner.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 7 augusti 1914.

T. Tani, *Notarius S. B. Rotae.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I

AD PETRUM CARD. MAFFI, ARCHIEPISCOPUM PISANUM, DE CREATIONE OPERIS VULGO « OPERA NAZIONALE PER LA BUONA STAMPA », CUIUS ETIAM STATUTA ADIUNGUNTUR.

Emo e Rmo Signor Mio Ossmo,

Ricevo dal Santo Padre il venerato incarico di significare a Vostra Eminenza aver Egli portato ben volentieri la Sua Sovrana attenzione sul progetto dell'Opera *Nazionale per la Buona Stampa,* presentatogli

dall'Eminenza Vostra e rispondente ai voti manifestati da più parti al Pontefice da distinte personalità del campo cattolico.

In considerazione della propaganda esiziale e deleteria che a mezzo della stampa antireligiosa e settaria si va operando, con gravissimo detrimento della fede, della morale e della disciplina cattolica, l'augusto Pontefice ha ' mostrato la più benevola disposizione a favorire del supremo Suo appoggio l'anzidetta nobile e salutare intrapresa, diretta a promuovere un'intensa e progressiva diffusione del pensiero e del sentimento cattolico, talché si giunga, con ordinata armonia di intendimenti e di forze, a porre un argine al dilagare della stampa antireligiosa.

In pari tempo la Santità Sua, ben compresa della necessità assoluta che i giornali, le riviste ed i periodici inspirati ad un sentire schiettamenle e profondamente cattolico, incontrino sempre più ampio favore, e persuasa, inoltre, che l'ideata *Opera Nazionale per la Buona Stampa* si presenta ai giorni nostri come uno dei più efficaci e dei più necessari presidi per il raggiungimento dell'altissimo scopo, non solo ha accordato il sovrano Suo consenso alla costituzione dell'anzidetta Opera, ma ha voluto darle un ben ponderato Statuto e farne oggetto di un apposito Decreto, mercè il quale sappia il nostro popolo autorevolmente ed indubbiamente quale sia la linea di condotta da seguirsi in materia così grave.

È pertanto volere dell'augusto Pontefice che i cattolici tutti, ed in modo particolare i singoli sacerdoti e i singoli religiosi, nonché i conventi, i collegi, i sodalizi, le parrocchie e tutti i pii istituti reputino loro dovere di favorire lo sviluppo e la solidità di tale Opera, sia col dare alla medesima nome e contributo, sfa coll'avvalersi di ogni opportuna occasione per raccomandarla, e per procurarne, insieme a quella estimazione che i buoni intelletti le debbono, una diffusione ognora crescente.

Nell'emanare il provvido Decreto, è desiderio del Santo Padre che l'Eminenza Vostra, alla quale devesi il. principale merito della nobile iniziativa, continui a prestare la sua saggia ed autorevole assistenza perchè la grande e ben armonizzata opera sua sia mandata ubertosamente ad effetto.

Intanto mi è grato comunicarle che Sua Santità, volendo dare a Vostra Eminenza un contrassegno della Sua augusta soddisfazione, e bramando simultaneamente di rinsaldare coll'Opera tradotta in atto quei vincoli che Ella per primo ha avuti colla istessa nella condizione di progetto, si è degnata conferirle l'alto titolo di Presidente Onorario della medesima. La Santità Sua ha poi designato a Presidente effettivo dell'Opera il Rmo Mons. Francesco Faberi, e non dubita che la scelta di questo egregio Prelato, mentre assicurerà una fedele e sollecita inter-

prelazione del pensiero della Santa Sede su di un tema di così seria importanza, garantirà altresì all'Opera *Nazionale della Buona Stampa* una prospera, feconda e salutare esistenza.

Da ultimo sono ben lieto di rimetterle, qui compiegato, il testo originale del Decreto anzidetto e dello Statuto che Sua Santità ha prescritto per la nuova Opera; e mi onoro confermarle i sènsi della profonda venerazione, con cui Le bacio umilissimamente le mani.

Dal Vaticano, 30 marzo 1915.

Dell'Eminenza Vostra *
devino obbmo umo servitor vero
PIETRO CARD. GASPARRI.

DEGRETO

La Santità di Nostro Signore il Papa Benedetto XV, avendo ricevuto da più parti raccomandazioni e preghiere perchè fosse istituita un'Opera avente per fine la diffusione della buona stampa in Italia, onde porre un argine alla propaganda esiziale e deleteria che a mezzo della stampa antireligiosa e settaria si va facendo sempre maggiore con gravissimo detrimento religioso e morale dei popolo, ed avendo rivolto la Sua sovrana considerazione sul progetto di un'Opera *Nazionale per la Buona Stampa,* che autorevoli personaggi Le hanno con filiale fiducia sottoposto, si è benignamente degnata di approvare la costituzione di tale Opera e di dare alla medesima il seguente

STATUTO

1. - E costituita in Italia l'Opera *Nazionale per la Buona Stampa.* L'Opera è posta sotto il patrocinio di S. Francesco di Sales.

2. - L'Opera si propone la diffusione di giornali, periodici e riviste per opporre un'intensa e progressiva propaganda dell'idea cattolica a quella esiziale che, a mezzo della stampa, è largamente fatta a danno della fede, della morale e della disciplina cattolica.

3. - Per il conseguimento di tale scopo l'O. N. B. S. dispone dei seguenti mezzi finanziari:

a) di quote annue di L. 5, versate dai soci;

b) di offerte, donazioni, lasciti straordinari.

È socio dell'Opera chi sottoscrive almeno una quota e la versa ogni anno. Il numero delle quote, per le quali ciascun socio si può impegnare, è illimitato.

4. - L'Opera è diretta ed amministrata da un *Consiglio Centrale* composto di un Presidente e di dieci Consiglieri.

11 Presidente è nominato dalla Santa Sede e dura in carica a beneplacito della Santa Sede.

I dieci Consiglieri sono nominati dal Presidente sopra elenco previamente approvato dalla Santa Sede ; durano in carica per un triennio e possono essere rieletti.

Tra i Consiglieri il Presidente nomina un Vice-Presidente, un Segretario ed un Cassiere.

5. - Ogni Ordinario diocesano, a preghiera del Consiglio Centrale, designerà un proprio *Delegato diocesano.*

Previa intelligenza coli'Ordinario, i Delegati diocesani nomineranno i *Delegati parrocchiali.*

I Delegati diocesani ed i parrocchiali durano in carica tre anni e possono essere rieletti.

6. - Al Consiglio Centrale spetta ogni facoltà per l'organizzazione e la gestione dell'Opera.

L'erogazione delle somme raccolte si farà tenendo conto dell'importanza e delle condizioni dei giornali, periodici e riviste, previa approvazione della Santa Sede.

7. - Il Consiglio Centrale si riunisce ogni anno, entro il mese di marzo, per la erogazione delle somme e per il resoconto della gestione, ed ogni volta che il Presidente lo crederà necessario od opportuno.

All'adunanza di resoconto nel mese di marzo potranno intervenire i Delegati diocesani.

Dal Vaticano, li 25 marzo 1915.

PIETRO CARD. GASPARRI,
Segretario di Stato di S. S.

II

AD LEONEM A. AMETTE, PARISIENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE PECULIARI SANCTITATIS SUAE BENEVOLENTIA IN GALLIAE CATHOLICOS AC DE PONTIFICIA 40.000 LIBELLARUM OBLATIONE PRO GALLICIS REGIONIBUS BELLO VASTATIS.

Eminentissime et très vénéré Seigneur.

Vous n'ignorez pas, Eminence, quel douloureux retentissement ont eu dans le cœur du Saint-Père les désastres causés par la terrible guerre qui étend ses ravages sur l'Europe entière; Vous n'ignorez pas non plus combien Sa Sainteté s'est appliquée à faire tout ce qui était

en Son pouvoir pour en adoucir les funestes conséquences, sans aucune distinction de parti, de nationalité, ni de religion.

Toutefois, il est bien naturel que la sollicitude du Père commun des fidèles se tourne de préférence vers ceux de Ses fils qui témoignent plus vivement leur respect et l'affection à Son égard. De ce nombre méritent une mention particulière Ses fils de France, les enfants de cette nation qui, à juste titre, a été appelée la fille aînée de l'Eglise, qui donna toujours des preuves splendides de sa générosité pour les œuvres catholiques, spécialement pour les missions, et qui présente en ce moment et depuis plusieurs mois d'un bout à l'autre de son territoire, à l'armée comme dans les ambulances et les hôpitaux et jusque dans la moindre bourgade, des manifestations éclatantes de foi et de piété, dont le Saint-Père est grandement consolé.

Aussi est-ce à bon droit qu'au milieu de tant de maux, Sa Sainteté s'est sentie attirée avec une commisération particulière vers certaines populations de la France, plus durement éprouvées par le fléau de la guerre au point que, malgré les efforts de la charité nationale et universelle, elles ont encore grand besoin de secours matériels et moraux. Emu de leurs souffrances au plus intime de son âme, le Souverain Pontife, tout en continuant d'adresser au Très-Haut des prières et des supplications pour obtenir la fin de cette ère de sang, sollicité instamment de la Bonté Céleste qu'Elle accorde aide et réconfort aux douleurs de cette partie si affligée du peuple de France.

A ces vœux et à ces prières le Saint-Père désire joindre une attestation sensible de l'affectueux intérêt qu'il porte à ces populations malheureuses. C'est pourquoi Sa Sainteté m'a chargé d'envoyer avec cette lettre à Votre Eminence, pour être employée à leur soulagement, la somme de quarante mille franfes: offrande assurément bien inférieure à l'étendue des désastres, mais qui du moins manifestera avec évidence le paternel empressement que, dans Son auguste pauvreté, rendue plus étroite encore par la difficulté des temps actuels, le Vicaire de Jésus-Christ veut témoigner à la France, Sa fille bien-aimée. Et comme nous avons appris qu'il doit y avoir, le dimanche et. le lundi de la Pentecôte prochaine, au bénéfice des régions occupées, une grande souscription, par les soins d'un Comité constitué sous les auspices de Votre Eminence, le Saint-Père se plaît à espérer que cet acte de sa libéralité pourra servir de prélude à la générosité de tous les Français, en faveur d'une initiative si chrétienne et si patriotique.

Heureux de penser qu'il aura ainsi pour coopérateurs, dans la charité de la prière et de l'offrande, tous ses chers fils de France,

rangés sous la conduite de leurs Evêques vénérés, l'auguste Pontife invoque sur eux, avec toute l'effusion de son cœur, l'abondance des récompenses célestes, et comme gage des faveurs divines, Il accorde à Votre Eminence, à PEpiseopat, au clergé et à tout le peuple de France la bénédiction apostolique.

Il m'est très agréable, eminentissime Seigneur, de saisir une occasion aussi propice pour Vous renouveler l'expression des sentiments profondément respectueux avec lesquels je Vous baise humblement les mains, et demeure

de Votre Eminence

Rome, le 23 avril 1915.

Le très dévoué et affectionné serviteur
PIERRE GARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

6 maggio 1915. — L'Eolo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Istituto delle Suore del Terz'Ordine Regolare di san Francesco, di Oldenburg (Indianopolis).*

7 maggio. — Mons. Giovanni Mac Intyre, vescovo tit. di Lamo e rettore del collegio Inglese, *Consultore della sacra Congregazione dei Religiosi.*

11 maggio. — Il revmo P. Augusto Ansuini, della Compagnia di Gesù, *Consultore dell'Opera della Preservazione della Fede.*

14 maggio. — Gli Emi signori cardinali Raffaele Merry del Val, Francesco Salesio Della Volpe e Gaetano Bisleti, *Membri della sacra Congregazione Concistoriale.*

19 maggio. — L'Emo signor cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, *Protettore dell' Istituto delle Suore Terziarie Francescaue della beata Angelina, di Anzio.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

7 maggio 1915. — Mons. Leone Arcand, canonico della cattedrale di Trois-Ri vières.

9 maggio. — Mons. Giuseppe da Costa Oliveira Pinto, della diocesi di Guarda.

Prelati Domestici di S. S.:

1 maggio 1915. — Mons. Nazzareno Cignitti, già delegato pontifìcio dell'abazia di Subiaco.

4 maggio. — Mons. Beniamino Nardone, canonico coadiutore della basilica Vaticana.

7 maggio. — Mons. canonico Pietro Remigio delle Mercedi Barreto, vicario generale dell'archidiocesi di Goa, e Mons. Ganganelli della Pietà Rebello, rettore del seminario della medesima archidiocesi.

— Mons. Ludovico Claudino Pera, vicario generale della diocesi di Damáo.

8 maggio. — Mons. Adalberto Breznay, dell'archidiocesi di Strigonia.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Orarne di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 maggio 1915. — Al sig. marchese Giuseppe Luigi de Retortillo, residente in Madrid.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

4 maggio 1915. — Al sig. dottor Giovanni Hochguertel, dell'archidiocesi di Colonia.

10 maggio. — Al sig. cav. Giuseppe Fornari, di Roma.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

3 maggio 1915. — Al sig. prof. Primo Acciaresi, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 aprile 1915. — Al sig. Giacomo Buscaglia, di Genova.

4 maggio. — Al sig. architetto Carlo Causin, dell'archidioc. di Colonia.

8 maggio. — Al sig. Giovanni Cerata, dell'archidiocesi di Strigonia.

12 maggio. — Al sig. avv. Francesco Bersani, di Roma.

NECROLOGIO

10 maggio 1915. — Mons. Carlo Colton, vescovo di Buffalo.

18 maggio. — Mons. Antonio Mutinho, vescovo di Portalegre nel Portogallo.

Annus TU - Yol. VII Die 1 Iunii 1915 Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

I

AD SERAPHINUM CARD. VANNUTELLI, EPISCOPUM OSTIEN., PORTUEN. ET SANCTAE RUFINAE, SACRI CARDINALIUM COLLEGII DECANUM, DE LUCTUOSIS PRAESENTIS TEMPORIS ADIUNCTIS.

Signor Cardinale,

Era Nostro proposito convocare nei primi giorni del prossimo giugno il sacro Concistoro per provvedere alle molte chiese attualmente prive di pastore e procurare così propizia occasione di intrattenerci col sacro Collegio dei Cardinali su altri gravi ed urgenti affari concernenti il governo della Chiesa; disgraziatamente però, dolorosi avvenimenti a tutti noti Ce lo hanno impedito.

Or non potendo la Nostra parola dirigersi a tutto insieme il sacro Collegio, a Lei, signor Cardinale, stimiamo opportuno indirizzarla, intendendo con ciò stesso rivolgerla ai singoli membri del venerando Consesso, di cui Ella è il degno Decano.

Nella Nostra prima Enciclica, mossi da desiderio supremo di veder cessata l'orrenda carneficina che disonora l'Europa, Noi esortavamo i Governi delle nazioni belligeranti, affinchè, considerando quante mai lacrime e quanto sangue già erano stati sparsi, si affrettassero a ridare ai loro popoli i vitali benefici della pace: «Ci ascoltino, dicevamo, « coloro che hanno nelle loro mani i destini dei popoli. Altre vie certa- « mente vi sono, vi sono altre maniere onde i lesi diritti possano aver

« ragione: a queste, deposte intanto le armi, essi ricorrano, sinceramente « animati da retta coscienza e da animo volonteroso. È la carità verso «di loro e verso tutte le nazioni che così Ci fa parlare, non già il Nostro « interesse. Non permettano dunque che cada nel vuoto la Nostra vóce « di padre e di amico ». Ma la voce dell'amico e del padre, lo diciamo coll'animö affranto dai dolore, non venne ascoltata; la guerra continua ad insanguinare F Europa, e neppur si rifugge in terra ed in mare da mezzi di offesa contrari alle leggi dell'umanità ed al diritto internazionale.

E quasi ciò non bastasse, il terribile incendio si è esteso anche alla Nostra diletta Italia, facendo purtroppo temere anche per essa quella sequela di lagrime e disastri che suole accompagnare ogni guerra, sia pur fortunata.

Mentre il cuore Ci sanguina alla vista di tante sventure, Noi non abbiamo desistito dall'adoperarci ad alleviare e diminuire, per quanto era in Noi, le tristissime conseguenze della guerra. Diamo lode a Dio che ha voluto coronare di lieto successo le cure da Noi poste nell'ottenere dalle nazioni belligeranti lo scambio dei prigionieri di guerra inabili ad ulteriore servizio militare. Oltre a ciò, anche recentemente, Ci siamo adoperati e con speranza di buon esito, in favore dei prigionieri di guerra feriti o malati, non del tutto inabili al servizio militare, affine di rendere meno grave la loro sorte e agevolarne la cura.

Ma i bisogni dell'anima, tanto superiori a quelli del corpo, hanno attirato soprattutto la paterna Nostra attenzione. A tale scopo abbiamo fornito i cappellani militari di amplissime facoltà, autorizzandoli a valersi per la celebrazione della Messa e per l'assistenza dei moribondi di privilegi che solo in circostanze eccezionalissime possono esser concessi. Di quelle facoltà e di questi privilegi intendiamo che debbano giovarsi non solo i sacerdoti ora richiamati a prestar servizio di cappellani nell'esercito italiano, ma anche tutti i sacerdoti che per qualunque titolo vengano a trovarsi nelle file di detto esercito. E tutti scongiuriamo per le viscere della carità di Gesù Cristo a mostrarsi degni di così santa missione, ed a non risparmiar sollecitudini e fatiche affinchè ai soldati nell'ardua lotta non manchino in alcun modo gli ineffabili conforti della religione.

L'ora che attraversiamo è dolorosa, il momento è terribile; ma *sursum corda.* Più frequenti e più fervorose innalziamo le nostre preghiere a Colui nelle cui mani sono le sorti delle nazioni. Rivolgiamoci tutti con fiducia al Cuore addolorato ed immacolato di Maria, dolcissima Madre di Gesù e Madre nostra, affinchè Essa, con la sua potente intercessione,

ottenga dal suo divin Figlio che presto cessi il flagello della guerra e torni la pace e la tranquillità. E poiché, giusta il monito delle sacre Scritture, per attirare sopra la terra le divine misericordie l'ardore della preghiera non deve andar disgiunto dalla generosità del sacrificio e della penitenza, Noi esortiamo tutti i figli della Chiesa Cattolica a praticare insieme a Noi per tre giorni consecutivi o disgiunti, secondo la scelta di ciascuno, uno stretto digiuno ecclesiastico ; e concediamo che questa pia pratica di cristiana mortificazione valga a far lucrare, con le solite condizioni, l'indulgenza plenaria, applicabile anche alle anime del Purgatorio.

L'eco di questa Nostra voce possa giungere a tutti i Nostri figli afflitti dall' immane flagello della guerra, e tutti li persuada della Nostra partecipazione alle loro pene, ai loro affanni, perchè non vi è dolore di figlio che non si ripercuota nell'animo del padre.

Intanto a Lei, signor Cardinale, e a tutti i membri del sacro Collegio impartiamo con effusione di paterna benevolenza *Y* apostolica benedizione.

Dal Vaticano, 25 maggio 1915.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD ANDREAM CARD. FERRARI, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, DE ANNO XXV AB INITO EPISCOPALI MUNERE GRATULATUR.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Vertitur tibi, ita nuper allatum est, annus ab inito episcopali munere vicesimus quintus, et quamquam tua te modestia et luctuosissimi huius belli imago suaserint abstinere ab omni externa laetitia, haud tamen cohiberi potuit istorum adolescentium clericorum pietas, cuius significationem efficient multo gratiorem vel boni, quos scimus tibi apparari, litterarum fructus. Probatur Nobis vehementer « examen istud novellum, florem tui honoris et fructum laboris » hac etiam ratione studia sua tibi testificare, ac libentissime eorum officiis officia iungimus harum litterarum. Neque enim potest vox Nostra silere in domestica addictissimi filii laetitia, inde orta quod in episcopalibus muneribus sit quinque lustra sancte integreque versatus. Et id sane est causae cur non gratulationes tantum

suggérât Nobis caritas, sed et vota amplissima, quae ita velimus Is impleat qui te posuit episcopum, ut Mediolanensi ecclesiae tam bonum pastorem quam diutissime, quam felicissime servet.

Votis hisce, benevolentiae Nostrae testem, apostolicam addimus benedictionem, quae tibi, dilecte Fili Noster, clero populoque tuo universo eam caelestium gratiarum conciliet ubertatem, quam propensissima voluntate singulis desideramus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv aprilis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD LUDOVICUM N. CARD. BÉGIN, QÜEBECBNSIÜM ARCHIEPISCOPUM, DE EIUSD EPISCOPALI IUBILAEO GRATULATUR.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Memoria etiam nunc tenemus laetitiae signa observantiaeque testimonia, quibus dioecesis tuae clerus ac populus te complexus est tum gaudia iterantem initi quinquaginta ante annos sacerdotii, tum Roma paullo post redeuntem, sacrae auctum purpurae honore : ex iisdemque sicuti tunc comperimus qua floreas apud tuos virtutis doctrinaeque opinione, ita nunc coniicere licet quo animo iidem videant adventantem episcopalis tui muneris natalem vicesimum quintum. Quamquam vero ea tibi sit mens, ut malis indulgere luctui ob has ásperas Europae vices, quam laetitiae ob domestici huius eventus faustitatem, nonnihil tamen sollemnibus, quae tibi nihilo secius apparari nuntiatum est, plurimum vero amori in te Nostro arbitraremur defuturam, nisi aliqua voluntatis significatione tibi per eos dies adessemus. Adesse igitur consilium fuit hisce litteris; quas non solum benevolentiae Nostrae testes tibi esse volumus, sed et nuncias gratulationum ac votorum: illis, quidem, ut ostendamus quanti apud Nos sint optimae navitatis tuae fructus uberrimi: hisce, vero, ut intelligas quo desiderio expetamus ut, novis annorum et virium accessiònibus, iidem deinceps fiant, ad maiorem Dei gloriam et animarum salutem, multo auctiores. Singulare votum libet adiicere. Fiat nimirum ut Quebecensem pastorem ac gregem, quos una eademque laetitiae causa tam arctis iungit caritatis nexibus, una eademque patria, una eademque gloriae corona laetificet aliquando in caelis.

Quod ut e sententia eveniat, caelestium conciliatricem gratiarum Nostraeque testem dilectionis, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, clero populoque tuo universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx aprilis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV.

ÏV

AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS AUSTRALIAE, DE AEDIBUS DELEGATO APOSTOLICO ACQUISITIS INSTRUCTISQUE, GRATIAS AGENS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Decessori Nostro f. r. Pio X, Australianam Legationem instituenti, ea profecto fuit mens, ut non modo ecclesiarum vestrarum gubernationi satius providere!, sed etiam ut haud sane obscuro benevolentiae testimonio ostenderet quo loco in Apostolicae Sedis iudicio sint longinquae Australiae catholici, quos et pontificii Legati honore faceret dignos et eiusdem ministerio veluti sibi propiores vellet efficere. Quae nuntiantur laetitiae observantiaeque significationes, quibus cives ex omni ordine in primisque clerus, vobis praeeuntibus, prosequuti sunt adventum Apostolici Delegati, plane ostendunt Australiae catholicos Sanctae Sedis beneficia pergrato accepisse animo, et velle in posterum studiosa voluntate fovere, tueri. Multa profecto eaque pretiosa ecclesiis vestris ac civitatibus inde obventura confidimus bona: constituta enim arctiore cum Apostolica Sede coniunctione, plenius et uberius eae percipientur utilitates, quarum catholica religio parens est vel fautrix in populis.

Quam quidem optatissimam rerum felicitatem cupido praecipientes animo, plane intelligimus quantum ab Apostolico Delegato, munus suum auspiciis tam secundis apud vos ineunti, sit caritati solertiaeque vestrae tribuendum. Non modo enim studiis obsequiisque vestris largiorem expeditioremque, in perfunctione muneris sui, eidem videmus patere viam, sed et aedes ad habitandum patuisse allatum est, quas largitas vestra Pontificium Legatum voluit sibi proprias habere. Quibus sane in officiis placuit cum vestrae in Nos pietatis non exigua testificatio, tum etiam studiosa voluntas, qua simul Apostolicae Sedis tenuitati, simul

dignitati consulere voluistis illius qui Nostram apud vos sustinet personam. Meritas de hisce et agimus et habemus gratias vobis omnibus, venerabiles Fratres, nominatimque Archiepiscopis Sydneyensi et Melburnensi, quorum studia tum in apparandis Legato Nostro sollemnibus, tum in aedibus eidem acquirendis instruendisque actuosiora fuisse comperimus. Benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam caelestium conciliatricem gratiarum vobis omnibus, venerabiles Fratres, clero populoque unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxm aprilis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. P. D. MICHAELEM F. KORUM, EPISCOPUM TRE VÍRENSE M, DE LITTERIS OBSEQUENTISSIMIS AC DE PETRIANA STIPE GRATIAS PERSOLVIT.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod tu scribendo queris, id Nos questi persaepe sumus, adimi nimirum Nobis acerbo diuturnoque hoc bello facultatem eos, quos habemus carissimos, alloquendi praesentes, mutuaeque pietatis suavitate mutuas relaxandi curas animosque recreandi. Haec tamen ita velimus intelligas, ut nihil omnino tuarum litterarum officiis absentia tua detraxerit: plurimum imo vero attulerit uberrima illa voluntatis significatio, quam eaedem litterae tuae spirant a primis ad ultima orationis verba. Pergratam fuisse eam nobis, vix attinet dicere. Nosti enim tu quidem quibus studiis eos prae ceteris prosequantur, quos in apostolico ministerio providentissimus Deus dedit Nobis socios atque adiutores : novimus Nos porro quam bonum Christi militem ea te praedicet pastoralis sollertia, quam et fructuose urgere Christi caritatem et prudens in te scimus temperare consilium. Cui sane laudi, si ea quoque addatur, qua te in exemplum praestare compertum est, obsequii nimirum in Apostolicam Sedem, vides profecto nihil esse quod Nostra in te desideret pietas. Ea Nos moti, gratias quidem, ut par est, tibi agentes pro Petriana stipe, Nostram tibi obtestamur benevolentiam; cuius fructus vel apostolicam volumus esse benedictionem, quam caelestium conciliatricem

munerum tibi ipsi, venerabilis Frater, clero populoque tuo, quem asperae communium temporum vices tam diuturnis gravibus aegritudinum causis exagitanl, libentissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv aprilis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV.

VI

AD FRANCISCUM GARD. DE BETTINGER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM AC FRISINGENSEM, CETEROSQUE B AVARI A E EPISCOPOS, DE COMMUNIBUS LITTERIS OBSEQUII PLENIS GRATIAS PERSOLVENS.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes litteras, quas nuper congregati ad Nos dedistis, legimus libentissime cum ob officii humanitatisque vestrae significationem, quam sane habuimus pergratam, tum ob allatam Nobis rerum meliorum spem ; quam, uti scribitis, etiam in dioecesibus vestris inire iubet largius revirescens popularis pietas. Fiet profecto ut, Deo dante, vel calamitates acerbi huius belli cooperentur in bonum; idque vix attinet dicere, eo eveniet uberius, quo diligentius vestra vigilaverit caritas. Vos interim provide admodum fecistis cum, voluntati Nostrae obsequuti, dioecesium vestrarum fideles hortati estis, ut, tam asperis in rebus, instent orationi: multum enim, ut bene nostis, valet deprecatio iusti assidua: futurumque confidimus, ut communi prece exoratus, communia Deus impleat vota, exoptata pacis ita impertí ens munera, ut in eius plenitudine quam diutissime sedeant aftlictae Europae gentes.

Auspex interea divinarum gratiarum apostolica sit benedictio, quam benevolentiae Nostrae testem vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, clero ac fidelibus unicuique vestrum traditis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die III maii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

VII

AD R. D. SILVERIUM A S. TERESIA, SAC. ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM, DE OBLATO PRIMO VOLUMINE OPERIS « BIBLIOTECA MISTICA CARMELITANA » GRATIAS AGENS.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Susceptum a te laudabiliter consilium typis edendi clariorum tui Ordinis virorum scripta de re mystica atque ascetica, aequum sane erat te aggredi exsequendum scriptis editis S. Teresiae, matris legiferae. Ea enim est Abulensis Virgo quae de christiana vitae perfectione tam copiose disserat, tam alioque sensu persequatur mirabiles divinae gratiae in iustorum animis ascensiones, ut in demonstranda virtutis vel altioris via ceteris se ducem praestet ac magistram. Utrumque igitur tibi gratulandum ducimus, non mediocris laboris opus idemque probatissimus bene auspicatum monumentis. Cui quidem laudi si, ut futurum confidimus, ea quoque accesserit quam id genus coeptis confert simul prudens vulgandarum rerum delectus, simul utilis adnotationum usus, ubere te cum fructu utrique proposito adlaborasse censebimus, proximorum nimirum bono et non inani religiosi tui Ordinis gloriae. De oblato interim primo operis volumine gratias tibi agimus ex animo, dilecte Fili; cui ut vires suppetant ad illud e sententia absolvendum, apostolicam benedictionem, caelestium conciliatricem adiumentorum, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII maii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV.

VIII

AD R. P. D. FRANCISCUM VIDO, SODALIUM A CRUCE AEGROTIS ADIUVANDIS PRAEFECTUM GENERALEM. SODALES UT IN INSTITUTO ALACRES PERSEVERENT, HORTATUR.

Dilecte Fili, religiose vir, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum religiosae familiae, cui praesides, nuper Constitutiones haec Apostolica Sedes, secundum recentiora decreta retractatas, iterum approbaverit, sane non potest esse dubium quin omnes sodales tui, te praeeunte,

iam velint, tamquam renovatis auspiciis, in ea quae suae professionis sunt, alacres incumbere. Attamen ad hoc ipsum vos putamus cohortandos; movemur enim harum tot tantarumque spectaculo miseriarum, quae cum omnium bonorum, tum vestram in primis operam beneficentiamque desiderant. Nam vobis, ex Gamilli, parentis sanctissimi, lege, quam religio voti confirmat, illa propria sunt praeclarae caritatis munera: ut aegrotantium, in nosocomiis, et corpus et spiritum omni studio curetis; ut eos etiam, qui domi aegrotent, adiuvetis in rebus animae, praesertim bene ad mortem praeparando; iisdem, cum fuerit opus, in curatione valetudinis diligenter cauteque adsitis; denique ut qui pestilentia aliaque periculosa lue contacti sint, iis sedulo adsidere ne dubitetis. His vos quidem officiis nemo dixerit non studiose fungi, ubi res postulaverit; cognitum est autem hoc crudelissimo bello vestram maxime caritatem elucere, cum et apud vos et in valetudinariis militaribus ingenti vulneratorum numero opitulemini. Quod igitur sponte facitis, id pergite, hortatu Nostro, iam facere vel alacriores. Qua ipsa in re optimus constabit fructus saecularium sollemnium, quae in honorem Patris Legiferi modo peregistis. Etenim nihil ei fuisse optatius, quam ut alumni disciplinae suae Constitutiones proprias inviolate observarent, declarat epistola, quam ad eos universos sub vitae exitum conscripsit : cuius verba epistolae, ut paterni testamenti, vos, quotquot estis, sodales Camilliani pie sancteque memoria custodietis. - Nos vero, auspicem divinorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae, vobis omnibus, primumque tibi, dilecte Fili, religiose vir, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxix mensis Marialis MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ERECTIO ABBATIAE MITRATAE

Ssmus D. N. Benedictus PP. XV consistoriali decreto diei 27 aprilis 1915 paroecialem ecclesiam oppidi *Montichiari,* dioecesis Brixiensis, Mariae sideribus receptae sacram, ad dignitatem et honorem abbatiae^ ut communiter dicitur, *mitratae* evehit et instituit, itemque eiusdem "pro tempore parochum titulo abbatis mitrati una cum privilegiis et insignibus propriis ornat et cohonestat, eodem modo ac iisdem terminis quibus in praesens gaudet et fruitur alter parochus abbas mitratus extra-" urbanus loci *Rovaio* nuncupati, servatis ceteroquin de iure servandis ac sacrorum canonum et S. Congr. Rituum praescriptis, et ea insuper *lege.* ut abbas mitratus Montisclarensis nonnisi in sua paroeciali ecclesia necnon in altera S. Pancratii martyris ecclesia in die solemnis eiusdem festivitatis sacrum pontificale peragere vel pontificaliter adsistere possit ac valeat.

S. CONGREGATIO CONCILII

GERUNDEN.

DISTRIBUTIONUM CHORALIUM.

Die 20 februarii 1915.

Species facti. - Occasione postremae vacationis sedis episcopalis Gerundensis, agitata fuit controversia num vicarius capitularis, dum suo munere occupatus a choro abest, lucretur *distributiones quotidianas* quas vocant. Ad rem referebat vicarius capitularis in pluribus Hispaniae dioecesibus « morem regulariter observari ut canonicus, qui ad munus vica« rii capitularis a capitulo electus fuerit, titulo vel causa utilitatis eccle« siae propriae, quam omnimode regit atque gubernat, quamvis choro « non intersit, ita praesens reputetur, ut non solum proventus suae « praebendae recipiat, sed etiam distributiones quotidianas, amissis

« distributionibus *inter praesentes* tantum » ; verumtamen addebat, in dioecesi Gerunden, hunc morem sequutum tantum fuisse ultimum vicarium capitularem, quod profecto non sufficit ad legitimam consuetudinem affirmandam. Seposita autem consuetudine, « quamvis haec praxis « videatur aequa et conveniens, eo quod assistentia choro divinisque « officiis una cum administratione, vacantis ecclesiae valde onerosa effi« ciatur », tamen ius circa illam, etiam ex doctorum interpretatione, dubium incertumque oratori apparebat, quum nulla afferatur authentica S. Congregationis decisio, et magna sit hac super re interpretum dissensio; quamobrem, ut consultius se gereret, haec dubia reverenter ad S. Congregationem deferebat, nimirum:

I. *An praedictus mos et praxis in pluribus dioecesibus adhibiti, prouti iacent, sustineri possint.*

II. *An saltem vicario capitulari licitum sit, diebus et horis quibus in administratione ecclesiae vacantis occupetur, a choro abesse, amissis distributionibus inter praesentes tantum.*

Animadversiones. - Primum dubium quod attinet videtur non esse circa illud interloquendum. Respicit enim alienas dioeceses, quarum praxim in sua vera indole * nescimus, sicut etiam nescimus quas ob rationes enunciatus mos in eis inoleverit; quamobrem sententia proferenda esset inauditis partibus, quod absonum.

Alterum vero dubium, quum controversiam attingat omnino genericam, pro ipsius resolutione ea adnotantur tantum, quae in utramque partem a doctoribus afferri solent.

Circa iurisprudentiam S. Congregationis apud Pallottini *(Collectio Resol.,* sub voce *Vicarius Cap.,* § III, n. 19) tantum recolitur causa Asculan., *Visitationis dioecesis et distributionum,* 8 maii 1683, ubi tamen alterum dubium, ad rem nostram faciens, dimissum invenitur responso *Dilata.* Quae autem nonnumquam occurrunt in *foliis,* v. g. in Asculan., 29 iul. 1848 in Mexican., 24 ianuarii 1857, profecto non sunt talis auctoritatis quae sufficiant ad quaestionem solvendam.

Argumentum praecipuum quod afferri solet ab iis qui vicario capitulari controversum ius asserunt, desumitur ex cap. unie, ßonif. VIII, *De cler. non resid., in sexto,* ubi causae excusantes a choro per principium generale sic definiuntur: « infirmitas, seu iusta et rationabilis « corporis necessitas, *aut evidens ecclesiae utilitas* ». Porro, aiunt, causa evidentis utilitatis ecclesiae potissime iuvat vicarium capitularem, qui sede vacante unus integrum fere regimen dioecesis sustinet, quod sede plena ab episcopo, adiuvante vicario generali, gerebatur. Et compara-

tione instituta cum aliis qui hoc titulo utilitatis ecclesiae habentur praesentes quamvis absentes, et lucrantur distributiones, v. g. cum procuratore capituli ad negotia vel lites, cum theologo et poenitentiario qui docent in seminario, cum vicario curato dum paroeciali curae attendit, quin immo, cum canonico qui comitatur episcopum in visitatione ss. Liminum, facile sibi persuadent, his officiis multo magis utile, immo omnino necessarium, ecclesiae esse totius dioecesis regimen quod vicario capitulari imminet (cfr. ex veteribus doctoribus plures laudatos apud Ferraris, v. *Vicarius Cap.*, art. I, n. 50; ex recentioribus canonistis Bouix, *De capit.*, p. III, cap. II, § 13; Gennari, *Cons. canon.*, XIV, n. 6; Wernz, *Ius decret.*, II, tit. XXXVI, n. 139, etc.).

Adversus hanc praefati capitis interpretationem opponitur sensus quo communiter accipitur *utilitas ecclesiae* in casu, quam nempe utilitatem etiam haec sacra Congregatio semper coarctavit ad utilitatem ecclesiae *cuius sunt distributiones*, seu ad ecclesiam beneficii (cfr. cit. Asculan., 29 iul. 1848). In hoc quidem consentiunt etiam multi inter eos qui favorabilem vicario capitulari opinionem tuentur, v. g. Garcia dum scribit *(De benef.*, p. III, c. 2, n. 342) : « ad eorum (fructuum) acquisitionem in absentia, « non sufficit utilitas ecclesiae seu episcopatus in genere ; sed requiritur « in particulari utilitas ecclesiae de cuius fructibus agitur»; iique propterea opponunt, revera vicarium capitularem « censeri in servitio suae « ecclesiae, cum magis commodum sit ecclesiae,ut deputetur iurisdictio in « eum, quam ut geratur per totum capitulum » (Garcia, 1. c, num. 358), et arguunt ex comparatione cum vicario curato: sicut enim is loco capituli curat bonum paroeciae, ita vicarius capitularis loco capituli curat bonum dioecesis. Sed contra respondetur cum Passerinio (in h. cap.): « Vicarius capitularis fungitur quidem vice capituli, sed quatenus hoc « est successor in iurisdictione episcopi, et non agit ad utilitatem eccle« siae cathedralis vel capituli ut est ecclesia specialis, sed agit ad utili« tatem episcopalis dioecesis ; atque ideo, sicut canonicus episcopus non « percipit distributiones, si non intersit, ita multo minus illas lucratur ex « eadem causa vicarius capitularis ». - Vicarius autem curatus et omnes alii qui citari solent in comparatione vicarii capitularis, etsi multo minus necessarium munus exercent, agunt tamen ad utilitatem capituli quatenus est capitulum seu ecclesia specialis; vel percipiunt distributiones ex privilegio aut indulto peculiariter concesso a Romano Pontifice, ut v. g. canonicus qui comitatur episcopum ad visitanda Limina Apostolorum. Idcirco non valet asserta paritas.'

Verum, potissimum argumentum ad abiudicandum vicario capitulari controversum ius, desumitur ex eo quod eidem vicario, pro munere ipso

quod gerit, assignetur vel saltem assignari debeat, congruum stipendium. Etenim iuxta canonici iuris sanctionem ac S. Congregationis stylum, nullus canonicus a choro absens ratione muneris sibi commissi, quotidianas distributiones lucratur, *ubi pro dicto munere congruum percipiat stipendium;* cfr. v. g. Carthaginen., 11 aprii. 1891, quoad canonicum theologum, idipsum igitur censendum videtur de vicario capitulari (cfr. etiam in hanc negativam sententiam, MonacèlL, Moneta, Barbosa, etc., apud Ferraris 1. c; d'Annibale, *Summula,* vol. III, n. 181, not. 41).

His praenotatis, quaesitum fuit quomodo dubia a vicario capitulari Gerunden, proposita essent dimittenda.

Resolutio.- S. Congregatio Concilii, in plenariis Eñiorum Patrum comitiis habitis die 20 februarii 1915, omnibus mature perpensis, respondendum censuit:

Ad I. Non propositum.

Ad II. *Ad mentem. Mens est.* « Vicarium Capitularem in casu, dum « suo muneri vacat, excusari a choro, sed percipere praebendae fructus « dumtaxat, non autem distributiones ».

Facta autem de praemissis Ssmo Dno nostro Benedicto div. prov. PP. XV relatione per infrascriptum S. C. Secretarium, Sanctitas Sua, in audientia diei 22 eiusdem mensis et anni resolutionem Emorum Patrum approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

DECRETUM

QUAEDAM MISSAE VOTIVAE DURANTE PRAESENTI BELLO PERMITTUNTUR.

Instantibus nonnullis Episcopis, sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV tributarum, benigne concessit, ut, hoc bello perdurante, capellani militum in castris vel in captivitate detenti, necnon eorum adiutores aliique sacerdotes praelio dimicantes, legere rite possint in Dominicis et festis Domini eorumque Octavis, Missam *de Ssma Trinitate,* in

aliis vero festis Duplicibus I vel II classis Missam *de sancta Maria a Pentecoste ad Adventum;* in utroque casu, cum *Gloria* et *Credo* additaque oratione *tempore belli:* reliquis autem diebus praefati capellani et sacerdotes celebrare valeant vel enuntiatam Missam de beata Maria Virgine cum Oratione *tempore belli,* vel Missam *tempore belli* cum oratione *de sancta Maria,* vel Missam de Requie.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 15 aprilis 1915.

A. CARD. VICO, *Pro-Praefectus.*

L.i$iS.

f Petrus La Fontaine, Patriarcha electus Venetiarum,
Secretarius.

II

CONSTANTINOPOLITANA

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVI DEI DER GOMIDAS KEUMURGIAN SEU COSMAE DE CARBONIANO SACERDOTIS ET PAROCHI ARMENI

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE

Constantinopoli, anno 1656, nobili genere natus Der Gomidas Keumurgian seu Cosmas de Carboniano, bonis iam moribus indutus et adolescens sub praesule ac magistro Menna de Antep non tantum armenam linguam humanioresque litteras sed etiam philosophiam ac theologiam apprime didicit. Factus vir uxorem duxit honestam feminam, Nympham nomine. Mox probitate et scientia praestans, ab episcopo Cyriaco, primate Tocatensi, sacerdotio auctus et Constantinopolitano clero adscriptus, archipresbyter ecclesiae S. Georgii Sulumanistiriensis renunciatus est. Quo munere sedulo fungens, plurimum tempus impendebat divinae Scripturae libris Patrumque commentariis studiose legendis, ex quibus veram sanctamque Christi doctrinam ita hausit, ut, Dei opitulante gratia, catholicam religionem mente et affectu amplecti, profiteri ac propagare statuerit, atque volens libensque opere compleverit. Quae res adversariorum catholicae Fidei in Servum Dei odium adeo excitavit, praesertim eorum qui concilium Chalcedonense ipsumque summum Pontificem Leonem damnare ausi fuerant, ut eum contumeliis

et verberibus vehementer affecerint. Quorum insidiis minisque territus, iuxta monitum evangelicum Hierosolymam fugiit. Verum solemni promissione adversariorum confisus, de libertate nempe et tranquillitate catholicae religionis eamque profitentium observanda, haud multo post Constantinopolim reversus est. Brevi tamen tempore quievit procella; maius enim quam antea adversariorum odium acriusque bellum instauratur, itaque,, insidiose captus, Gosmas in vincula coniectus, conviciis tormentisque affectus et iniqua sententia a iudice surrepta damnatus, capite plectitur-die 5 novembris anni 1707. De sanctitate ac de glorioso exitu Servi Dei fama statim evulgata est, nec tamen ad haec usque tempora ullus processus informativus super ea constructus agnoscebatur. Verum, eadem fama percrebescente, praecipue apud catholicos ármenos, exorante R. P. D. Ioanne Simeoni causae postulatore, per authographum rescriptum sa. me. Pii Papae IX die 2 septembris 1862 concessum fuit, ut in hac Causa, loco processus informativi, haberentur, ad quoslibet iuris effectus, relationes, testationes aliaque documenta authentica ad rem pertinentia, maxime ex iis quae in actis sacrae Congregationis de Propaganda Fide asservari ferebantur. Ad eiusmodi negotium gerendum, per aliquot annos variis iustisque de causis suspensum ac serius resumptum, instante R. P. D. Paschale Rubian, archiepiscopo tit. Amaseno, qui R. P. D. Antonio Hassun, primario Causae postulatori, successerat, per decretum sacrae Ritum Congregationis diei 14 augusti 1906, potestas commissa fuit R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotori conficiendi in Urbe una cum Fidei Subpromotore et per acta Cancellarii ipsius sacrae Congregationis specialem Processum compulsorialem. Hic Processus reapse inceptus et absolutus, eidem sacro Consilio exhibitus fuit una cum antiquo Processu informativo, anno 1710 Romae adornato et nuperrime invento; adiectis documentis in utroque Processu compulsatis. Tandem, rogante R. P. D. Petro Kojunian, archiepiscopo Chalcedonen. rit. arm. et hodierno Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis Ilimi et Rmi dñi Patriarchae Ciliciae Armenorum aliorumque Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon parochorum ceterique cleri atque virorum illustrium Armeniae Catholicae, Emus et Rmus dnus cardinalis Hieronymus Gotti, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrae Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, omnibus perpensis, ita

rescribendum censuit: *Affirmative* seu *Commissionem esse signandam, si Sanctissimo placuerit.* Die 11 augusti 1914.

Facta postmodum de his. sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum sacrae ipsius Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis seu declarationis martyrii praefati Servi Dei Der Gomidas Keumurgian seu Cosmae de Garboniano, parochi armeni, die ***1°2*** maii 1915.

ANTONIUS CARD. VICO, *S. R. C. Pro-Praefectus.*

L. *%* S.

Philippus Can. Di Fava, *Substitutus*

SACRA CONGREGATIO

PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DE FACULTATIBUS CAPPELLANIS MILITUM BELGARUM.

Ex audientia Ssmi, die 4 maii 1915.

Ssmus D. N. Benedictus divina providentia Pp. XV, annuens oranti R. D. Petro Francisco Xaverio Temmerman, exercitus Belgici capellano, preces infra scripto Secretario S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae referente, benigne indulsit, ut sacerdotes militum Belgarum cappellani, tum primarii tum suffecti, polleant precario, id est usque dum ardeat praesens hoc bellum, iis omnibus et singulis facultatibus, quibus tum ex concessione per Apostolicum breve *Quae catholico nomine* a Pio Pp. IX facta die 6 iulii anno 1875, tum ex declaratione ad archiepiscopum Rhemensem, Emum dnum cardinalem Luçon, a Pio rec. mem. Papa X data die 14 septembris anno 1913, fruuntur sacerdotes in exercitu Gallico cappellani.

Praeterea beatissimus Pater iisdem sacerdotibus Belgarum militum cappellanis precariam, id est belli huius tempore valituram, facit potestatem benedicendi coronas, rosaría, cruces, crucifixi effigies, icunculas seu

statuas D. N. Iesu Christi, B. Mariae V. et Sanctorum párvulas, ac numismata, iisque omnes applicandi indulgentias, quae elencho prostant scriptae, edito, eiusdem'Sanctitatis Suae iussu, a S. Congregatione S. Officii die 5 septembris anno 1914, itemque adnectendi coronis precatoriis indulgentias a S. Birgitta nuncupatas.

Contrariis quibuslibet, iis nominatim quae « Motu Proprio » die 7 aprilis anno 1910 constituta sunt, minime obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

FLORENTINA

IURIUM IN SEPULCRIS

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo, die 20 maii 1914, BR. PP. DD. Aloisius Sincero Ponens, *Iosephus Mori et Fridericus Cattani, Auditores de Turno, in causa* Florentina-Iurium in sepulcris, *inter sac.* Angelum Ciuffi, *parochum S. Felicis ab Ema, conventum appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem, sac. Nazarenum Patrizi, et* Sodalitatem S. Marci et Ssmae Annuntiatae, *actricem appellatam, repraesentatam per legitimum procuratorem, Vincentium Sacconi, sequentem tulerunt incidentalem sententiam de sequestratione cuiusdam pecuniae summae.*

Lite pendente in gradu appellationis super iure in sepulcris inter R. D. Angelum Ciuffi, parochum loci S. Felicis ab Ema, et confraternitatem S. Marci et B. M. V. ab Annuntiatione, parochus petiit ut intuitu sui crediti ex con dictione indebiti erga confraternitatem, sequestro subiceretur quaedam summa quae ab ipsa confraternitate asservatur. Confraternitas vero, et ipsa, actione reconventionali petiit ut sequestro subiicerentur tum lucra quae ab anno 1908 sibi parochus retinuit, tum quaedam summa cuius debitorem erga confraternitatem

ipse se recognovit chirographo, sub die 13 augusti 1905 dato. Hinc quaestio incidentalis nunc Nobis definienda venit sub proposito et concordato dubio: *An et cuius favore sit locus sequestrationi in casu.*

Ius quod spectat, sequestratio quum sit rei controversae seu litigiosae vel fructuum eius, vel etiam alterius rei, apud tertium facta depositio Reiff., II, XVII, 2; Lega, *De iudic,* I, n. 601, dividitur in conventionalem, et necessariam seu iudicialem. Sequestratio vero iudicialis quae ad petitionem partis conceditur, adhuc dividitur in sequestrationem rei litigiosae, et haec est sequestratio iudicialis simpliciter, et in sequestrationem alicuius rei in conservationem sui iuris Reiff., ib., n. 12, íjuae sequestratio a novis legibus civilibus vocatur sequestratio conservativa. Ab hac sequestratione porro probe distinguenda venit cautio seu satisdatio quam vocant *in iudicio sisti,* quae regulariter est iuris remedium ad evitandam sequestrationem ipsam (Reiff, cit., n. 39).

Iamvero sequestratio in genere et tum sequestratio proprie dicta iudicialis, tum vero praesertim sequestratio conservativa, in iure communi et canonico regulariter sunt odiosae Reiff., cit., n. 15 et 16 et admittuntur tantum in nonnullis casibus, aequitate sic suadente, nempe, generatim loquendo, in casibus periculi fugae, dissipationis vel dilapidationis bonorum aut eorum fructuum Reiff, cit., n. 17 et sqq. ex partis debitoris, et dummodo hoc remedium sit necessarium ad rem litigiosam vel iura creditoris integra et tuta servanda arg. Lega cit., num. 609.

Factum vero quod attinet, non satis apparet quid parochus petat sequestrationi subiiciendum, quonam titulo, et in cuius favorem : quare vel e limine reiicienda esset ipsius instantia.

Verum ut hoc praetermittamus, non probat parochus sequestrationis necessitatem. Nam quod olim confraternitas infesto animo et iniustis vexationibus parochum et correctorem ipsius confraternitatis persequuta fuerit, et quod nunc quoque suis obligationibus ex statutis praescriptis non satisfaciat, abs re omnino est. Periculum vero dissipationis et lapidationis sat excluditur per relationem ipsius curiae Florentinae. Ceterum de his omnibus, suo munere et officio providere potest et debet Ordinarius (D'Annib., I, n. 44).

Neque ex adverso confraternitas probat periculum dissipationis vel dilapidationis ex parte parochi. Nec praetereundum est ex beneficii parochialis certis proventibus satis consuli in casu iuri et actioni confraternitatis.

Hisce igitur tum in iure tum in facto consideratis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et sententiamus proposito dubio respondentes: *Negative,* Etc.

Aloisius Sincero, *Ponens.*

Iosephus Mori.
Fridericus Cattani.

L. & S.

Ex Cancellaria, 20 maii 1914.
Sac. Tani, *Notarius.*

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno primo, die vero 26 februarii 1915, RB. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Florentina-Iurium in sepulcris, *inter sac.* Angelum Ciuffi, *parochum S.* ***Felicis*** *ab Ema, Florentinae dioeceseos, conventum appellantem, repraetum per legitimum procuratorem advocatum Nazarenum Patrizi, et* Sodalitatem S. Marci et Ssmae Annuntiatae, *in eadem parochia canonice erectam, actricem appellatam, representatam per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

1. Controversia exorta inter sac. Angelum Ciuffi, parochum S. Felicis ab Ema Florentinae dioeceseos et sodalitatem S. Marci et Ssmae Annuntiatae in eadem parochia canonice erectam, super iuribus in quibusdam sepulcris privatis ad formam columbarii, ut aiunt, exstructis in coemeterio eiusdem parochiae, curia Fiorentina rem diremit sententia lata die 8 iunii 1912, cuius pars dispositiva haec est:

« Deve mantenersi alla compagnia di S. Felice a Ema il proprio « possesso dei diritti acquisiti col contratto 21 agosto 1871 e con le « convenzioni successive, fino ad oggi, e così per uno spazio ultra « trentennale esercitati senza contrasti. Quindi le sepolture privilegiate « costruite fin qui, e che, prevenendo arbitrariamente ogni intervento « dell'autorità ecclesiastica, si vanno oggi costruendo nel camposanto « di S. Felice a Ema, sono di proprietà comune del parroco di quella « chiesa, e della compagnia di S. Marco e della Ssma Annunziata ivi « esistente; restandone a carico comune gli oneri, le spese di lavori

«e di manutenzione ordinaria e straordinaria, ed a vantaggio comune « gl'introiti salvo i diritti dei terzi, secondo ragione.

« E poiché le trattative condotte fino ad oggi per nuove aggiunte « al sepolcreto sono state tutte fatte in nome comune della parrocchia « e della compagnia, e l'esclusione di qualsiasi delle due parti sarebbe « una espressa violazione del pacifico possesso dei diritti dell'una e « dell'altra, ordiniamo e risolviamo che anche le nuove sepolture, che « arbitrariamente si vanno costruendo in compimento generale del « ricordato sepolcreto, siano soggette alla medesima condizione di per- « fetta parità e comunione fra il prelodato sig. proposto e suoi succes- « sori, e la stessa compagnia, compensandone frattanto ed in separata « sede con giusti ragguagli, per ugual porzione la spesa, secondo giu- « stizia.

« In conformità della quale nostra risoluzione, il sig. proposto « Angelo Ciuffi dovrà rendere conto dell'amministrazione del sepolcreto « in parola, dal 30 marzo 1908 fino al presente giorno ed al giorno della « esecuzione di questa sentenza, pareggiandone la partita a riguardo « della compagnia, secondo giustizia.

« Finalmente ordiniamo che d'ora innanzi vengano di nuovo rimesse « in vigore ed osservate con puntualità per l'amministrazione del pre- « detto sepolcreto, le norme e le regole stabilite di comune accordo tra « lo stesso sig. proposto Angelo Ciuffi e la ricordata compagnia nella « adunanza del 26 giugno 1906, con partito che, ratificando per il nuovo « ampliamento l'atto di costituzione in società tra il parroco e compa- « gnia, redatto il 21 agosto 1871 dall'avv. Pietro dott. Gobbo, rinnova « e conferma lo stato di comunanza di interessi tra l'uno e l'altra sulle « materia di sepolture privilegiate fin qui costruite, e su quelle che allora « si aveva, o in avvenire si avrà in animo di costruire a complemento « del disegno generale del sepolcreto, il quale non può considerarsi e « ritenersi se non in forma di una cosa sola ed indivisibile. Le quali « norme mentre costituiscono un nuovo patto, sempre vigente, che viene « a corroborare od anche a rinnovare la vecchia società particolare tra « proposto e compagnia in un tempo così vicino alla brusca dichiara- « zione del proposto medesimo, che ne negava questo diritto, reputiamo « sufficienti, se vengono con lealtà osservate, a mantenere la pace e la « concordia tra l'una e l'altra per il bene di tutti ».

2. Contra istam sententiam appellationem interposuit parochus Angelus Ciuffi: causa igitur nunc nobis definienda venit sub his dubiis inter partes concordatis:

L *An, quo titulo, quanam mensura, quibusque oneribus sodalitas*

S. Marci et Ssmae Annuntiatae, participare débeat de emolumentis funeraria veteris et novi coemeterii, in casu.

II. *Utrum sodalitati an parocho restituenda sint emolumenta in praeteritum percepta, necnon reficienda damna in casu.*

III. *A quo, quomodo, qua mensura, quibusque sub cautelis emolumentorum administratio sit gerenda in casu.*

3. *Factum quod spectat.* - Cum, anno 1871, sac. Santi ßinazzi, parochus loci S. Felicis ab Ema cogitaret de sepulcris privatis exstruendis ad formam columbarii, ut aiunt, in quibus, soluta taxa, fidelium corpora conderentur, et prima pars seu sectio aedificanda esset in solo coemeterii, ut dicitur, communalis, die 10 februarii 1871, uti enarratur in conventione inita die 6 augusti 1872 inter parochum ipsum et municipes, « avanzava domanda alia giunta comunale del Galluzzo, onde ottenere « il permesso di costruire un sepolcreto privato ricorrente lungo il cam- « posanto comune di detta chiesa... Tale domanda fu accolta dalle auto- **re** rità municipali, nonché dalla R. Prelettura di Firenze, e alle condizioni « dalla medesima stabilite »... Ne autem publicum coemeterium amplitudine minueretur, statutum fuit ut praepositus commune coemeterium aliis ex partibus extenderet.

Facultate igitur obtenta, parochus Binazzi, ut sepulcris exstruendis prospicere!, conventionem iniit die 21 augusti 1871 cum sodalitate S. Marci et Ssmae Annuntiatae, qua omnium expensarum et lucrorum inde obvenientium statuta est communitas atque societas.

Cum, anno 1880, parochus Binazzi mortuus esset, exstructa tantum prima sectione columbarii, Angelus Ciuffi, qui ei in parochia regenda successit, totum opus ad finem perduxit sub iisdem ac antea conditionibus, divisis scilicet inter parochum et sodalitatem expensis omnibus et lucris.

At anno 1908, die vero 30 martii, praepositus Ciuffi sodalitati nunciavit se nil amplius de columbarii lucris illi soluturum esse. Quod statuit, ut tres post annos ipse declaravit, « interpretando lo spirito e « la lettera del contratto stipolato dal mio predecessore don Santi « Binazzi ».

4. *Ius quod attinet.* - Principium igitur sumendum est a contractu inito die 21 augusti 1871 inter parochum Binazzi et sodalitatem: ab eius validitate enim et interpretatione tota fere res pendet.

Porro in illa conventione, haec, causam hodiernam quod attinet, praecipue statuta sunt:

«Essendoché il M. R. D. Santi Binazzi, proposto della chiesa di « S. Felice a Ema in Comune del Galluzzo abbia recentemente ottenuto « tanto dalle autorità governative che dal municipio suddetto la facoltà « di costruire un sepolcreto a forma di colombario, da erigersi accanto « al cimitero addetto alla preindicata chiesa, come dalla dichiarazione «della giunta municipale del Galluzzo in data 3 marzo 1871, appro« vata dal consiglio comunale il 9 maggio successivo e dalla prefettura « di Firenze il 31 dello stesso mese ed anno.

« Essendoché, al seguito di tale concessione, il nominato sig. pro« posto Binazzi, riconoscendo la convenienza di costruire sollecitamente « la prima sezione di tale sepolcreto, all'oggetto di poter poi cogli incassi « provenienti dalle tasse di tumulazione sulla sezione stessa (se pure «saldate le spese occorse per detta prima sezione, non gli piacerà di « disporre in altro modo degli avanzi), condurre a termine tale opera, « abbia invitato i rappresentanti della ven. compagnia di S. Marco e « della Ssma Annunziata in S. Felice a Ema di concorrere con esso « alle spese private e accessorie per tale costruzione.

« Essendoché gli amministratori della sopra rammentata compagnia « con partito dei fratelli della compagnia stessa del 21 maggio decorso « sieno stati debitamente autorizzati ad associarsi al detto rev. proposto « per lo scopo antedetto alle condizioni proposte e di che in appresso.

« ... Primieramente le suddette parti ratificano e confermano la.pre« messa narrativa alla quale danno forza di dispositiva, come se in « questa sede fosse di parola in parola riportata e trascritta. Quivi il « sig. proposto Binazzi per interesse proprio e della chiesa suddetta, « ed i signori Filippo Barcali e don Francesco Chelozzi nel!' interesse « della suddetta ven. compagnia convengono e concordano di far « costruire ed erigere a spese comuni, e così a perfetta metà fra loro, « la prima sezione del sepolcreto, che il sig.' proposto Binazzi è stato « autorizzato come sopra a edificare per comodo della chiesa di s. Felice « a Ema e segnatamente quella sezione, che rimane a contatto della « compagnia di s. Marco e della Ssma Annunziata ...

« ... Il mantenimento e conservazione di detta prima sezione di « sepolcreto, non meno che dell'attuale camposanto a sterro, sul quale « il sepolcreto stesso ricorre, saranno a carico per metà fra il parroco « e la compagnia in conformità degli accordi stabiliti col municipio del « Galluzzo. Inoltre la stessa compagnia pagherà annualmente al parroco « di detta chiesa di S. Felice a Ema, la metà del canone, che dal perito « sig. Mattias Facchini, eletto di comune accordo dalle parti, verrà asse« gnato ai terreno da occuparsi per la costruzione dell'intero sepolcreto,

« e per l'ingrandimento dell'attuale camposanto a sterro dalla parte di « settentrione, quai metà di canone non potrà essere superiore all'inte- « resse della metà del prezzo che il parroco potrebbe ricavare dal ter- « reno a rigorosa compra e vendita nelle attuali circostanze.

« ... Ultimati i lavori della suddetta sezione di sepolcreto si proce- « cederà alla liquidazione dei conti e si accerterà col concorso del pro- « posto e dei tre suddetti fratelli l'ammontare preciso delle spese. A « mano a mano poi che si verificheranno incassi per tasse di tumulazione, « si procederà alla graduale restituzione al parroco e alla compagnia « della somma rispettivamente anticipata, ed essendovi avanzo, questo, « se le parti non metteranno parte alla costruzione di una seconda « sezione di sepolcreto, dovrà essere diviso fra il proposto di S. Felice « a Ema e la detta compagnia, fermo restante l'obbligo del manteni- « mento di che sopra, in ogni caso.

« ... Tanto nella sezione del nuovo sepolcreto, alla costruzione della « quale concorre la suddetta ven. congregazione, quanto nelle altre parti « dello stesso sepolcreto, quando si edificheranno, non potranno essere « ricevuti nè tumulati i cadaveri degli acattolici...

« ... Le spese del presente atto ... non che le occorrenti per gli atti « necessari alla costruzione dei lavori sopra contemplati saranno sop- « portati per una metà dalla ven. compagnia e per l'altra metà dal pro- « posto Binazzi ».

5. Quam circa conventionem haec praecipue consideranda sunt:

1) Ut ex terminis ipsius conventionis aperte scatet, instituta fuit inter contrahentes vera et propria societas lucri seu compendii. Evidenter igitur errat parochus Ciuffi, dum putare videtur hic agi de emptione-venditione bonorum immobilium, et parochi patronus, qui censet agi de alienatione rei parochialis.

.2) In contractu societatis « illud certum est, si de partibus lucri « et damni nihil inter eos convenerit, aequis ex partibus commodum « et incommodum inter eos commune esse» (Gaius, III, 149; dig. 17, 2, 29 princ. Inst., III, 26, 1). Quod si in contractu aequales partes expressae fuerint, hae strictius servari debent.

3) Iamvero in conventione, de qua agitur, aequales partes statutae sunt in expensis, in oneribus, in lucris. Quoad expensas quidem, nam conventum fuit ut sepulcra exstrueruntur communibus expensis, ac pari et aequali parte: « convengono e concordano di far costruire ed eri- « gere a spese comuni, e così a perfetta metà fra loro... ». Quoad onera quoque; nam statutum fuit ut onera manutentionis et conservationis sepulcrorum communiter ac pari et aequali parte ferenda essent: «il

« mantenimento e conservazione di detta prima sezione di sepolcreto, «non meno che dell'attuale camposanto a sterro, sul quale il sepol-« creto stesso ricorre, saranno a carico per metà fra il parroco e la «compagnia ... ». Quoad lucra demum; nam expresse edictum est, ut proventus e tumulatione mortuorum in sepulcris obvenientes, pari et aequali parte inter parochum et sodalitatem dividerentur: « A mano a « mano poi che si verificheranno incassi per tasse di tumulazione, si « procederà alla graduale restituzione al parroco e alla compagnia delia « somma rispettivamente anticipata, ed essendovi avanzo, questo, se le « parti non metteranno mano alla costruzione di una seconda sezione « di sepolcreto, dovrà esser diviso fra il proposto di S. Felice a Ema « e la detta compagnia, fermo restante ***Y*** obbligo del mantenimento di « che sopra, in ogni caso ».

4) Conventio proxime respiciebat primam sectionem sepulcrorum seu columbarii, at remote saltem spectabat, et quidem expresse, constructionem alterius sectionis, immo et totius columbarii. Edicitur enim: « Essendoché, al seguito di tale concessione, il nominato sig. proposto « Binazzi, riconoscendo la convenienza di costruire sollecitamente la « prima sezione di tale sepolcreto, *all' oggetto di poter poi con gV in-« cassi provenienti dalle tasse di tumulazione sulla sezione stessa* (se «pure saldate le spese occorse per detta prima sezione, non gli piacerà « di disporre in altro modo degli avanzi), *condurre a termine tale « opera...* ». iterum: « Inoltre la stessa compagnia pagherà annualmente « al parroco di detta chiesa di S. Felice a Ema la metà del canone, che ... « verrà assegnato al terreno da occuparsi *per la costruzione dell' intero « sepolcreto... ».* Demum : « Tanto nella sezione del nuovo sepolcreto, alla « costruzione della quale concorre la suddetta ven. congregazione, *quanto « nelle altre parti dello stesso sepolcreto, quando si edificheranno ... ».*

5) At quoad alteram construendam sectionem sepulcrorum, seu quoad perficiendum totum et integrum sepulcretum, iterum cavebatur: *a)* quod si altera sectio non construeretur, proventus qui superessent, dividerentur inter parochum et sodalitatem: « ed essendoci avanzo, « questo, se le parti non metteranno parte alla costruzione di una « seconda sezione di sepolcreto, dovrà esser diviso fra il proposto di « S. Felice a Ema e la detta compagnia » ; 6) ut exstructa prima sectione seu parte, expensisque solutis, posset pro lubitu parochus aliter disponere de proventibus, qui forte superessent; « se pure saldate le spese « occorse per detta prima sezione, non gli piacerà di disporre in altro « modo degli avanzi ». Quibus conditionibus introducta fuit in conventione, de qua agitur, vel clausula in favorem parochi, ut posset aliter

quam ex proventibus, qui superessent « avanzi », toti operi perficiendo prospicere, vel, quod verius videtur, conditio resolutiva, iterum in parochi favorem, ut posset recedere ab obligatione totius operis seu sepulcreti ad finem perducendi.

6. Argumentando igitur a contrario, concludendum est quod, si parochus gaudere noluisset clausula vel conditione resolutiva in sui favorem introducta, sicque totum sepulcretum construendum fuisset, eaedem conditiones et leges communitatis expensarum et lucrorum, quae pro prima sectione exstruenda statutae erant, servari debuissent.

Id enim, implicite saltem, cautum est in ipsa conventione, ut ex particulis quas supra exscripsimus et ex toto contextu apparet. Quinimmo, dato etiam et non concesso quod illae conditiones et leges de aequa parte servanda in altera parte sepulcreti ac in toto sepulcreto construendo, in conventione omissae fuissent, ad eamdem conclusionem deveniendum esset ex lege generali, qua contractus societatis regitur. Arg. Gai, III, 148, 154 *in fine*, et Inst., III, 25, § 3. Nam « illud expe- « ditum est, si in una causa pars fuerit expressa ... in altera vero omissa, « in eo quoque quod praetermissum est, eamdem partem servari ».

7. Parochus Binazzi mortuus est anno 1880, ut supra dictum est, ad finem perducta prima sectione coemeterii, quin tamen de altera ineunda cogitatum esset.

Ei successit hodiernus parochus Angelus Ciuffi. Ipse vero non solum e limine non excepit conventione anni 1871 non teneri successores parochi Binazzi in regenda parochia, sed et ipse columbarii reditus cum sodalitate aequa parte divisit, iis conditionibus et legibus quae in instrumento seu conventione anni 1871 continentur.

Immo anno 1882 consilium coepit una cum sodalitate S. Marci et Ssmae Annuntiatae ampliandi columbarium et exstruendi alteram sectionem. Quare die 13 aprilis 1882 ita scribebat curiae Florentinae: « La « prima sezione del nuovo sepolcreto fu eretta dal parroco e dalla com- « pagnia sul terreno del cimitero comunale. Neil'ampliare poi detto cimi- « tero, fu accordata l'espropriazione con decreto arcivescovile dei 10 gen- « naio 1879. Oggi la compera del terreno per la nuova sezione la chie- « dono il parroco e la venerabile compagnia di S. Marco e della Ssma « Annunziata, sostenendo, come hanno fatto fin qui, gli oneri e lucrando « insieme le entrate... ».

Parochus Ciuffi igitur non solum pro se ratam habuit et acceptavit, tacite saltem seu re, conventionem anni 1871: « sostenendo *come hanno « fatto fin qui* ... », sed etiam expresse statuit una cum sodalitate, ut patet ex ipsius epistolis, aequas partes in exstruenda altera sectione

servandas esse in utraque causa, seu in oneribus et in lucrisi « soste- « nendo gli oneri e lucrando insieme le entrate ». Quare aequae partes in altera sectione columbarii servandae erant et sunt, ac in prima sectione.

Perfecta vero hac altera sectione, parochus Ciuffi iterum postulavit a curia Florentina facultates necessarias et opportunas, ut ad finem perducere posset constructionem totius coemeterii seu columbarii, litteris datis die 5 februarii 1889, quae ita se habebant: «Il sac. Ciuffi, « parroco della chiesa propositurale suburbana di S. Felice a Ema, reve- « rente espone: come la anzidetta seconda sezione del sepolcreto distinto « di detta chiesa essendo quasi esaurita per le frequenti tumulazioni, « ed ancora completamente chiusi i colombari della prima sezione, il « sottoscritto unitamente alla ven. compagnia di S. Marco Evangelista « e della Ssma Annunziata eretta in questa parrocchia ha necessità di « continuare la costruzione del sepolcreto medesimo, domanda perciò «alla S. V. illma e revma la facoltà di procedere all'espropriazione di « una parte di terreno di proprietà e patrimonio di detta chiesa .... « osservando esattamente le medesime ingiunzioni e condizioni, delle « quali fa menzione nel decreto arcivescovile del 15 agosto dell'anno 1882 ». Hoc autem decreto curia Fiorentina instantiae parochi Ciuffi diei 13 aprilis 1882, quam supra commemoravimus, annuerat, quibusdam conditionibus adiectis, quae causam hanc non attingunt.

Evidens igitur est aequas iterum partes in hac tertia sectione sepulcrorum servandas fuisse et esse, ac in secunda et prima sectione.

Postremo, cum parochus Ciuffi cogitasset de sepulcris iterum iterumque extendendis, seu de coemeterio ad formam columbarii ampliando, die 26 iunii 1906, seu quod idem est pro re nostra, die 26 aprilis 1908, conventionem iniit cum sodalitate S. Marci et Ssmae Annuntiatae, in qua haec inter alia praecipue continentur: « Il revmo preposto D. Angelo « Ciuffi, volendo testimoniare il suo mai smentito affetto per la ven. com- « pagnia di S. Marco e della Ssma Annunziata canonicamente eretta in « detta sua parrocchia, essendo oggi necessario l'ampliamento del cimi- « tero distinto (annesso a quello pubblico) costruito in virtù delle deli- « berazioni prefettizie del 31 marzo 1871, è venuto liberamente nella « seguente determinazione, di raìificare cioè pienamente per detto nuovo « ampliamento l'atto di costituzione in società tra il parroco e compa- « gnia, redatto il 21 agosto 1871 dall'avv. Pietro dott. Gobbo. Perciò I°: la « spesa come gl'introiti dovranno essere a perfetta metà bipartiti tra la « ven. compagnia anzidetta ed il rev. proposto ... ».

Concludendum igitur est parochum Angelum Ciuffi teneri conventionibus ab ipso cum sodalitate S. Marci et Ssmae Annuntiatae expresse

vel tacite initis annis 1882, 1889, 1906 seu 1908, necnon conventione anni 1871, quippe quam ipse ratam habuit; ideoque aequas partes quoad vetus et novum coemeterium inter ipsum et sodalitatem servandas esse et in expensis et in oneribus et in lucris.

8. Exceptiones vero, quas parochus Ciuffi opponit, inanes prorsus sunt ac futiles.

Excipit enim conventionem anni 1871 non spectare nisi primam partem seu sectionem coemeterii. Verum ut praetermittamus hoc non esse admittendum, prout supra iam demonstratum est, conventiones a parocho Ciuffi ipso initae annis 1882, 1889, 1906 seu 1908 expresse spectabant ceteras sectiones.

Excipit quoque parochum Binazzi in sua conventione anni 1871 ineunda dolo circumventum et metu coactum fuisse a sodalibus S. Marci et Ssmae Annuntiatae. Verum ut praetermittamus machinationes et violentias, quae affirmantur quidem sed non probantur, aliis omnino causis tribuendas esse, atque tum actionem et exceptionem *quod metus causa,* tum actionem et exceptionem doli parocho Ciuffi minime competere, non ideo parochus Ciuffi tenetur erga sodalitatem quia eius antecessor Binazzi cum sodalitate stipulatus est, sed definite quia conventiones, de quibus supra, sponte omnino ac libere ipse cum sodalitate iniit.

Contendit praeterea parochus se omnia cum sodalitate antea egisse, quia ignorabat contractum anni 1871, quem nonnisi anno 1908 reperiisse asserit. Verum ut praetermittamus libellum ab ipso missum vicario generali anno 1905 eum falsitatis coarguere, contractus anni 1871 instrumento publico firmatus erat, eumque anno 1882 parochus ratum habuit, praesertim quoad aequas partes in societate servandas.

Excipit item sodalitatem S. Marci et Ssmae Annuntiatae non esse personam iuridicam seu moralem nec ad normam iuris canonici, nec ad normam iuris civilis. Verum ut praetermittamus sodalitatem esse personam iuridicam ad normam iuris civilis negari non posse, neque demonstrandum quidem esse, sodalitas canonice erecta fuit in ipsa parochia S. Felicis ab Ema, prout eius statuta antiquitus approbata ab episcopo Florentino demonstrant et aperte antea recognovit ipse parochus Ciuffi; ideoque persona iuridica seu corpus morale procul dubio est.

Opponit tandem sodalitatem vi statutorum suorum non posse possidere bona immobilia. Verum primo quidem statuta sodalitati non adimunt capacitatem, quam a iure habet: dein vero hic non agitur, in praesenti controversia inter parochum et sodalitatem, de emptione bonorum, sed de contractu societatis inter ipsas inito, quare ne ad rem quidem est, controversiam inter parochum et sodalitatem quod spectat,

defectus approbationis Sedis Apostolicae in alienatione bonorum ecclesiasticorum requisitae.

9. Hisce positis, cum sodalitas S. Marci et Ssmae Annuntiatae aequa parte participare debeat de emolumentis veteris et novi coemeterii, in casu, consequens est, ut parochus sodalitati reddere debeat emolumenta ab ipso indebite accepta et retenta, et quidem una cum foenore ipso iure debito.

Emolumentorum autem administratio gerenda est iuxta normas statutas in conventione diei 26 iunii 1906, seu diei 26 aprilis 1908.

10. Quibus omnibus igitur sedulo perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos'infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus propositis dubiis respondentes:

Ad T. *Affirmative, seu sodalitatem S. Marci et Ssmae Annuntiatae participare debere de emolumentis veteris et novi coemeterii, in casu, titulo conventionum inter ipsam et parochum S. Felicis ab Ema initarum, atque pari mensura tam in oneribus, expensis operarum et manutentionis ordinariae ac extraordinariae communiter ferendis, quam in proventibus inter sese dividendis.*

Ad IL *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, seu sodalitati a parocho restituenda esse emolumenta in praeteritum percepta, necnon reficienda esse damna, in casu.*

Ad III. *Emolumentorum administrationem gerendam esse iuxta normas statutas in conventione diei 26 iunii 1906 seu diei 26 aprilis 1908.*

Et insuper parochum Angelum Ciuffi damnandum esse in omnes expensas iudiciales.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de ref.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opporrtuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 26 februarii 1915.

Aloisius Sincero, *Ponens.*

L. ***Çfe*** S. Iosephus Mori.
Fridericus Cattani.

Ex Cancellaria, 25 martii 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

I

DECRETUM

CIRCA FACULTATES SACERDOTUM AD EXERCITUM ITALICUM PERTINENTIUM TEMPORE BELLI

Sacra Poenitentiaria, animarum saluti providere cupiens, benigne annuens precibus quorumdam Italiae Ordinariorum, de speciali et expressa Apostolica auctoritate, indulget, ut sacerdotes omnes qui quovis titulo ad exercitum pertinent, dummodo vel a proprio vel ab alio Ordinario confessiones fidelium excipiendi facultatem acceperint, quae positive revocata non fuerit, possint, durante bello, dum exercitum comitantur, excipere confessiones sacramentales omnium qui in exercitu militent vel ad exercitum quovis modo sint addicti; eosque absolvere, iniunctis de iure iniungendis, nulla facta exceptione, ab omnibus censuris et casibus, etiam speciali modo Romano Pontifici reservatis, vel reservatis locorum Ordinariis.

Ceterum S. Poenitentiaria declarat una simul cum praesenti decreto in vigore manere, quae occasione belli ab eodem S. Tribunali alias data sunt. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. Poenitentiariae, die 25 maii 1915.

S. CARD. VANNUTELLI, *Poenitentiarius Maior*.

L. & S.

Ioseph Palica, *S. P. Secretarius*.

II

DUBIUM

DE MILITIBUS IN STATU BELLIGAE CONVOCATIONIS

Proposito huic sacrae Poenitentiariae dubio : « Utrum miles qui« cumque in statu bellicae convocationis, seu, ut aiunt, *mobilitationis,* « constitutus, ipso facto aequiparari possit iis qui versantur in periculo «mortis, ita ut a quovis obvio sacerdote possit absolvi ».

Resp. Detur responsum diei 18 martii 1912, ad Episcopum *V.*, nempe: *« Affirmative,* iuxta regulas a probatis auctoribus traditas ».

Datum Romae ex aedibus S. Poenitentiariae die 29 maii 1915.

Carolus Perosi, *S. P. Regens.*

Ioseph Palica, *S. P. Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

MAGGIORDOMATO DI SUA. SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

4 marzo 1915. — Mons. Francesco Gillows, della diocesi di Liverpool.
— Mons. Giovanni Battista Gruener, dell'archidiocesi di Bamberga.
6 marzo. — Mons. Giuseppe Leone Gallardo, dell'archid, di Buenos Aires.
8 marzo. — Mons. Giovanni O'Leary, della diocesi di Ross.
20 marzo. — Mons. Antonio Serafini, dell'archidiocesi di Udine.
— Mons. Giuseppe Ruiz y Ruiz, dell'archidiocesi di Siviglia.
25 marzo. — Mons. Cesare Donnini, della diocesi di Cremona.

31 marzo 1915. — Mons. Giovanni Saturno, dell'archidiocesi di Napoli.

— Mons. Giuseppe Németi, della diocesi di Granvaradino.

— Mons. Giulio Mazurek, della medesima diocesi.

14 aprile. — Mons. Benedetto Censi, della diocesi di Bertinoro.

— Mons. Nazareno Censi, della medesima diocesi.

— Mons. Alpinolo Lasi, della medesima diocesi.

— Mons. Sante Borghesi, della medesima diocesi.

— Mons. Placido Gobbini, segretario della delegazione apostolica del Venezuela.

Camerieri d" onore in abito paonazzo di S. S. :

12 marzo 1915. — Mons. Emanuele Garcia y Bernal, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.

20 marzo. — Mons. Augusto Peltzer, residente in Roma.

27 marzo. — Mons. Aniello Calcara, della diocesi di Sulmona.

10 aprile. — Mons. Riccardo Lacarra, dell'archidiocesi di Brindisi.

— Mons. Riccardo Joch.

14 aprile. — Mons. Ernesto Filippi, segretario della delegazione apostolica di Cuba.

— Mons. Enrico Schaaf, dell'archidiocesi di Colonia.

— Mons. Augusto Hortmanns, della medesima archidiocesi.

15 aprile. — Mons. Alessio Lepore, della diocesi di Nusco.

17 aprile. — Mons. Giovanni Pasquali, della diocesi di Frascati.

28 aprile. — Mons. Giovanni Battista Piano, dell' archidiocesi di Torino.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

8 marzo 1915. — Il sig. visconte Edoardo de Werbier, della diocesi di 'Arras.

12 marzo. — Il sig. Camillo Bellaigue, dell'archidiocesi di Parigi.

— Il sig. conte Giuseppe Pestalozza, dell'archidiocesi di Bamberga.

15 marzo. — Il sig. conte Paolo de Mounier, della diocesi di Perpignano.

16 marzo. — Il sig. conte Renato Przezdziecki, della diocesi di Samogizia.

17 marzo. — Il sig. barone Michele Tufarelli, dell'archidiocesi di Napoli.

20 marzo. — Il sig. marchese visconte Antonio de Faria, residente a Losanna.

27 marzo. — Il sig. Erdvino Riedemann, della diocesi di Amburgo.

31 marzo. — Il sig. Francesco E. 0'Gorman, dell'archidiocesi di Westminster.

7 aprile. — Il sig. Giuseppe Sanchis Pertegás, dell'archid, di Valenza.

10 aprile. — Il sig. marchese Carlo Serra y Pichman, dell'archidiocesi di Siviglia.

15 aprile 1915. — Il sig. conte Giuseppe Gastone La Caille, dell'archidiocesi di Parigi.

— Il sig. conte Luigi de Savignac, della medesima archidiocesi.

16 aprile. — Il sig. conte Giorgio de Montgermont, della diocesi di Meaux.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

6 marzo 1915. — Il sig. Paolo Albini, della diocesi di Mentone.

8 marzo. — Il sig. cav. Ulisse Passani, della diocesi di Parma.

— Il sig. Francesco Turubull, della diocesi di Newport.

17 marzo. — Il sig. Federico Pustet, dell'archidiocesi di Ratisbona.

23 marzo 1915. — Il sig. Marcantonio Caracciolo del Leone, di Roma.

22 aprile. — Il sig. Gaetano Gargano, della diocesi di Nicastro.

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

10 aprile 1915. — Mons. Arturo Lauf.

NECROLOGIO

28 aprile 1915. — Mons. Costantino Czechowicz, vescovo greco-ruteno di Premislia.

Annus TH.- Vol. YIÏ Pie 21 Iunii 1915 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA **BENEDICTI PP. XV**

EPISTOLAE

I

AD ANTONIUM CARD. MENDES BELLO, PATRIARCHAM LISBONENSEM, DE EIUS SACERDOTALI IUBILAEO GRATULABUNDUS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Hisce te adeundi litteris occasionem praebent, eamdemque optatissimam, proxima sacerdotii tui sollemnia: valdeque vellemus de iisdem ita posse Nobis gaudere tibique, dilecte Fili Noster, gratulari nihil ut communi utrique nostrum laetitiae detraherent communium rerum tam asperae vices. At vero neque eum te esse scimus, quem non vehementer tangant et Ecclesiae matris sollicitae curae, et saepius agitatae motibus patriae tuae calamitates : neque Nos, quos *foris pugnae, intus timores* curarum fluctibus obruunt, eos esse ignoras, ut nec praesentia sine dolore Nobis sint, nec futura liceat sine gravi metu prospicere. Unum est quo erigere animum, meliorum spe temporum, possimus : omnia nimirum providentiae Illius parere, qui Ecclesiam suam ita fovet ac nutrit, ut eiusdem bono vel ipsa impiorum consilia iubeat interdum inservire. Quod utinam tam feliciter eveniat, ut quam citissime iustitia et pax, ad laetiora Christi Ecclesiae incrementa et ad plenam inter se osculentur mansuramque populorum prosperitatem!

Votis hisce vota addimus, quae pro tua incolumitate facimus uberrima; in eaque libentissime, uti monet ipsa auspicati sacerdotii tui dies, opem advocamus sancti Antonii, ut is qui Olyssiponensis ecclesiae

lumen praesidiumque est et sacerdotali tuae vitae veluti datus patronus id deprecando efficiat, ut quae adhuc Apostolicae Sedi et ecclesiae tuae probasti studia, iisdem utrique liceat quam diutissime frui.

Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili Noster, clero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx maii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD FRANCISCUM A PAULA S. R. E. CARDINALEM CASSETTA, EPISCOPUM TUSCULANUM, GRATULATIONES OB ANNUM QUINQUAGESIMUM SACERDOTII FELICITER PLENUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Propediem quinquaginta ab inito sacerdotio te completurum annos equidem valde libenter cognovimus. Namque idoneam haec eventus faustitas dat Nobis causam eius declarandae, qua sumus erga te ob merita, perstudiosae voluntatis. Profecto spatium praeteriti temporis ipse respiciens* hoc ante omnia tibi gaudere debes, quod omnium officiorum tuorum muneribus semper, adiuvante Deo, sancte es utiliterque perfunctus. Sed ad bonae conscientiae testimonium non exiguam gaudii accessionem communis gratulatio bonorum afferêt, qui te iure habent decus et ornamentum romani Cleri.

Hunc tu enim egregie non tam Purpurae splendore, quam sacerdotalium virtutum, munificae praesertim caritatis illustras. Nos igitur gratulantes tibi ex animo, et agimus tecum gratias Deo, qui te ad hunc diem sospitavit, et, ut benignus perquam diu te Nobis atque Ecclesiae conservet, rogamus.

Auspicem vero divinorum munerum ac testem praecipuae Nostrae benevolentiae, Apostolicam tibi benedictionem, venerabilis Frater Noster, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII mensis iunii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

DE ORDINARIO CASTRENSI IN ITALIA DURANTE BELLO

Rectus ordo et iusta ecclesiasticae disciplinae ratio postulant, ut quod in plerisque aliis regnis et civitatibus factum est, in [talia quoque obtineat, et sacerdotibus qui magno numero militibus in praesenti bello terra marique dimicantibus adsistunt, Antistes aliquis seu Ordinarius donetur a quo spiritualiter pendeant.

Quam ob causam Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV eligendum censuit, et hoc Consistoriali decreto elegit Revmum Angelum Bortolomasi Episcopum Derbensem et Emi Archiep. Taurinensis Auxiliarem: eumque cum dispensatione ab obligationibus quibus qua Auxiliaris Episcopus tenetur, durante novo munere, Ordinarium proprium constituit clericorum et sacerdotum omnium sive saecularis sive religiosi ordinis qui in praelio aut in castrorum hospitalibus seu in navibus hoc bello perdurante operam suam praestant ut sacramenta et spiritualia subsidia militibus administrent.

Hi itaque omnes, cuiuscumque ordinis sint, dum militibus deserviunt, cessante quolibet privilegio vel exemptione, memorato Antistiti qua Ordinario proprio in exercitio munerum sacerdotalium parebunt. Facultates quas Apostolica Sedes ipsis nuperrime tribuit, nonnisi subordinate et dependenter ab eo exercere poterunt.

Ab eo pariter, non vero ab aliis, si quae dubia in sacro ministerio exercendo occurrant, consilia et directionem postulabunt.

Ad hunc finem Summus Pontifex praefato Antistiti facultates omnes necessarias et opportunas hoc ipso Consistoriali decreto tribuit ët largitur.

Eius itaque erit, initis cum auctoritate militari consiliis, sacerdotes approbare qui sacrum ministerium penes militares copias sive terrestres sive maritimas exerceant, auditis tamen prius ipsorum Ordinariis, ut cognoscere valeat an tanto muneri exercendo sint pares: et eius pariter erit facultates eisdem tribuere, et data iusta causa cum militaris aucto-

ritatis consensu pro sua conscientia ab officio eos amovere, vel a sacris interdicere, appellatione quacumque remota et monitis in singulis casibus propriis singulorum Ordinariis.

Denique cum per se et immediate Rmus hic Ordinarius omnibus postulationibus satisfacere forte non valeat, conceditur ut unum vel plures sacerdotes suos Vicarios seu Delegatos nominare valeat, cum facultatibus necessariis ut in aliqua dissita militum statione vel in classi eius locum teneant, et urgentibus necessitatibus congrue provideant.

Praesentibus valituris contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae, die 1 iunii 1915.

)$i G. CARD. DB LAI, Episcopus Sabinensis, *Secretarius.*

L. ^ S.

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

AVVERTENZA

Sono pregati i Revmi Ordinari diocesani ed i Superiori di Ordini e Congregazioni Religiose di comunicare al Revmo Mons. Angelo Bortolomasi, Vescovo tit. di Derbe, Ordinario castrense per l'Italia, la nota dei sacerdoti loro dipendenti, che sotto qualsivoglia titolo appartengono all'esercito, e segnatamente di quelli che vi sono addetti come Cappellani, indicando le loro qualità, l'officio principale che ognuno occupava in diocesi o nell'istituto, e possibilmente il reggimento a cui appartengono. Le lettere al predetto Prelato saranno indirizzate a Roma, *Palazzo della Cancelleria.*

Roma, 5 giugno 1915.

II

ERECTIO NOVAE PRAEFECTURAE APOSTOLICAE

Decreto S. C. Consistorialis diei 26 maii 1915 Ssmus D. N. Benedictus PP. XV Vicariatum Casanarensem in Columbiana Republica in duas partes divisit et, coarctato Vicariatu ad partem territorii, quae est ad meridiem, seu ad dexteram cursus fluminis Casanare, partem septentrionalem ad sinistram eiusdem fluminis in Praefecturam Apostolicam, Araucensem a civitate principe *Arauca* denominandam, erexit; quam-dependentiae ac iurisdictioni S. C. de Propaganda subiecit.

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

15 martii 1915. — Cathedrali ecclesiae S. Aloisii de Caceres praefecit R. P. Aloisium Mariam Gabiret, e tertio Ordine Regulari S. Francisci, rectorem seminarii Cuiabensis.

— Cathedrali ecclesiae Ilheosen. R. P. Emmanuelem Antonium de Paiva, rectorem seminarii Parahybensis.

7 aprilis. — Metropolitanae ecclesiae Salernitanae R. P. D. Carolum Gregorium Grasso, O. S. B. Cassio, prim. observ., abbatem Montis Virginis.

8 aprilis. — Cathedrali ecclesiae Octeriensi R. P. Carmelum Cesarano, Congr. SS. Redemptoris.

10 aprilis. — Cathedrali ecclesiae Gerunden. R. P. D. Franciscum de Paula Mas et Oliver, canonicum magistralem ecclesiae cathedralis Barcinonensis.

12 aprilis. — Cathedrali ecclesiae Casalensi R. P. D. Albinum Pella, hactenus episcopum Calvensem et Teanensem.

16 aprilis. — Cathedrali ecclesiae Signinae R. P. D. Angelum M. Sinibaldi, hactenus episcopum tit. Europen. et suffraganeum Ostiensem et Veliternensem.

26 maii. — Ad metropolitanam ecclesiam Chamberien. promovit R. P. D. Dominicum Castellan, episcopum Diniensem.

— Cathedrali ecclesiae Placentin. praefecit R. D. Angelum Regueras et Lopez, canonicum doctoralem ecclesiae Ovetensis et doctorem in utroque iure.

— Titulari ecclesiae Hamathen. R. P. Felicem Guerra, e Congregatione Salesiana, Administratorem Apostolicum ecclesiae Metropolitanae S. Iacobi de Cuba.

27 maii. — Titulari ecclesiae episcopali Ipsensi R. P. D. Honoratum Carcaterra, Ordinis Minorum.

30 maii. — Ad titularem ecclesiam archiepiscopalem Nisibensem promovit R. P. D. Iosephum Petrelli, Delegatum Apostolicum Insularum Philippinarum.

1 iunii. — Ad metropolitanam ecclesiam S. Francisci in California, promovit R. D. Edmundum Hanna, hactenus episcopum titularem **leo**politanum.

1 iunii 1915. — Cathedrali ecclesiae Lacus Salsi praefecit *R* D. iosephum Glass, parochum S. Vincentii in civitate vulgo *Los Angeles.*

— Cathedrali ecclesiae Hildesheimensi R. D. Iosephum Ernst, seminarii episcopalis Hildesheimensis rectorem.

— Cathedrali ecclesiae Petrocoricen. R. D. Mauritium Rivière, parochum ecclesiae S. Mariae Magdalenae in Urbe Parisiensi ac doctorem in S. Theologia.

— Cathedrali ecclesiae Augustodunen. R. D. Desideratum Berthoin, Vicarium Generalem Gratianopolitanum ac doctorem in S. Theologia.

— Cathedrali ecclesiae Bellovacen. R. D. Eugenium Stanislaum Le Senne, Vicarium Generalem Venetensem.

— Cathedrali ecclesiae Dinien. R. D. Leonem Adulphum Lenfant, parochum S. Antonii in urbe Parisiensi et licentiatum in S. Theologia.

— Cathedrali ecclesiae Ambianen. R. D. Andream Dubois de la Villerabel, Vicarium Generalem Briocensem et doctorem in S. Theologia atque in iure canonico.

— Cathedrali ecclesiae Larinensi R. D. Antonium Lippolis, archipresbyterum parochum ecclesiae cathedralis Conversanensis.

— Cathedrali ecclesiae Arianensi R. P. D. Cosimum Agostino, hactenus episcopum Laquedoniensem.

2 iunii. — Cathedralibus ecclesiis Asculanae et Ceriniolensi R. D. Ioannem Sodo, parochum ecclesiae metropolitanae Neapolitanae.

— Ad metropolitanam ecclesiam Amalphitanam promovit R. P. D. Herculanum Marini, hactenus episcopum Nursinensem.

16 iunii. — Cathedrali ecclesiae Seniensi cum perpetua administratione ecclesiae Modrussensis, praefecit R. D. Iosephum Marutic, canonicum ad honorem cathedralis ecclesiae Seniensis et magistrum in gymriasio Gospiciensi.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

21 maii 1915. — *Episcopus Cathedralis Ecclesiae Nicopolitanae,* R. P. D. Damianus a Virgine Perdolente, in saeculo Ioannes Theelen, sacerdos professus Congregationis SS. Crucis et Passionis D. N. 1. C.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

MEDIOLANEN.

IDENTITATIS ET AUTHENTICITATIS EX U VI AR UM S. VICTORIS MAURI MART. ET S. SATYRI CONFESSORIS.

Mediolani controversia inter Rectorem Basilicae S. Victoris ad Corpus et Capitulum S. Ambrosii iampridem exorta circa exuvias S. Victoris Mart. et S. Satyri Confessoris, tandem ad Curiam Archiepiscopalem Mediolanensem delata fuit; quae die 16 iulii anno 1910 hanc protulit sententiam : « Constare corpora a D. Carolo Borromaeo recognita in veteri Basilica Porciana, et in eadem, post innovationem, Basilica usque in praesens notorie servata, esse revera corpora Ss. Victoris Mauritani Martyris et Satyri Confessoris, B. Ambrosii Ep. et Doct. fratris ». Verum ab hac sententia Capitulum S. Ambrosii se gravatum existimans, recursum interposuit et ad sacram Rituum Congregationem legitime appellavit. Argumentis, praestituto tempore, ab utraque parte deductis, quum omnia ad Causam agendam parata essent, Emus et Rmus dnus cardinalis Franciscus a Paula Cassetta, Episcopus Tusculanus et huius Causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An confirmanda sit sententia Tribunalis Curiae Archiepiscopalis Mediolanensis, in casu et ad effectum de quo agitur? » Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, rationibus omnibus, utriusque partis in Causa adductis, accurate perpensis, praepositae quaestioni ita rescribendum censuerunt:

« Affirmative, seu sententiam esse confirmandam : praesertim ad effectum, ut, quoad Reliquias Ss. Victoris et Satyri quae in Basilica S. Victoris ad Corpus publicae venerationi exponuntur nihil innovandum sit et eadem Basilica in sua possessione sit manutenenda; et ad mentem ». Mens autem est, ut a publica veneratione in Basilica Ambrosiana amoveantur reliquiae, quae Ss. Victori et Satyro pariter tribuuntur, servata tamen instructione a s. Fidei Promotore apposite tradenda, die 8 iunii 1915.

Facta postmodum de his omnibus Ssmo D. N. Benedicto PP. XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum ipsius sacrae Congregationis ratum habuit, confirmavit atque omnino servari mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9, eisdem mense et anno.

ANTONIUS CARD. VICO, *S. B. C. Pro-Praefectus.*

L. S.

f Petrus La Fontaine, Patriarcha electus Venetiarum,
Secretarius.

SACRA ROMANA ROTA

NEO-EBORAGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BONI DE CASTELLANE - GOULU)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 8 februarii 1915, BB. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de turno, in causa* Neo-Eboracen. - Nullitatis matrimonii, *inter comitem Mariam Paulum Ernestum Bonifacium Boni de Castellane, repraesentatum per legitimum procuratorem Philippum Pacelli, advocatum, et dominam Annam Qould, interveniente et disceptante in causa sacri Vinculi defensore, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Neo-Eboraci, die 14 martii anni 1895, coram revmo Archiepiscopo huius loci, Augustino Corrigan, comes Maria Paulus Boni de Castellane matrimonium iniit cum Anna Gould, puella Americana, sectae protestanticae *episcopalianae* addicta, obtenta prius dispensatione super impedimento mixtae religionis, cum paullo antea sponsa Baptismum in ecclesia sua acatholica accepisset. Vita communis coniugum, quae undecim circiter annos, tribus susceptis filiis, haud pacifice perduravit, a muliere tandem abrupta est, quae ob fidem coniugalem, ipsa ait, a viro violatam, separationem corporum primo, deinde vinculi civilis scissionem a laico

tribunali obtinuit, aliique viro ritu acatholico in matrimonio se iunxit. Paulus de Castellane vero, spe motus recuperandae libertatis, iudicem ecclesiasticum adiit et matrimonium suum cum Anna Gould nullitatis accusavit ex capite defectus consensus ex parte mulieris, quippe quae matrimonium contraxerit nonnisi cum intentione certis in adiunctis illud solvendi. Ex Summi Pontificis commissione causa in primo gradu H. S. Tribunali proposita est coram revmo M. Lega, PP. Auditorum decano, nunc ad sacrum Collegium evecto, et sententia prodiit in vinculi favorem die 9 decembris anni 1911. Appellante actore, disceptata fuit in secundo gradu sub dubii formula « An sententia rotalis diei «9 decembris anni 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu? » - cui dubio responderunt Patres die 1 martii anno 1913 « Infirmandam « esse sententiam rotalem in casu » : nunc tertio nobis eadem causa, instante pro appellatione vinculi Defensore ex officio, dirimenda proponitur sub sequenti dubio: *An sententia rotalis diei 1 martii 1913 sit confirmanda vel reformanda in casu?*

Ad Ius quod spectat. - Matrimonium est contractus ab Auctore ipso naturae institutus, quo mas et femina mutuo et libero consensu sibi invicem tradunt ius in proprium corpus, cum relativa obligatione coniunctum, perpetuum et exclusivum in ordine ad generationem prolis. Unde; iure ipso naturae perpetuitas seu indissolubilitas vinculi, exclusivitas seu unitas matrimonii, et eius ordinatio ad prolem sunt conditiones essentiales, seu constitutiva essentialia matrimonii, quorum si aliquod deest, non amplius habetur matrimonium.

Ius naturae, itaque, declarabat Gregorius IX in cap. ult. *De condit. apposit.* ubi ait: « Si conditiones contra substantiam coniugii inserantur, «puta, si alter dicat alteri: "Contrario tecum, si generationem prolis «evites,,, vel: "Donec inveniam aliam honore vel facultatibus ditio- « rem „, aut: " Si pro quaestu adulterandam te tradas,,, matrimonialis « contractus, quantumcumque favorabilis, caret effectu ». Intentio, igitur, in matrimonio contrahendo, quae excluderet ius et relativam obligationem sive copulae maritalis in ordine ad prolem, sive fidei coniugalis servandae, matrimonium redderet nullum. Non idem dici potest de intentione non adimplendi huiusmodi obligationes in matrimonio assumptas respectu bonorum fidei et prolis, quia adimplementum harum obligationum supervenit matrimonio in suo esse iam plene constituto, et proinde defectus ipsius essentiam matrimonii mutare nequit. Bona fidei et prolis in seipsis spectata, ut docet div. Thomas *(In Sent.* lib. 4, dist. 31, qu. 1, art. 3; *Summ. Theol.,* suppl. qu. 49, art. 3), non pertinent ad esse

matrimonii, sed ad eius usum; et esse rei non pendet ab usu suo. Conditio, igitur, in matrimonio contrahendo apposita de evitanda prole, vel de fide coniugali non servanda, non est, ex sua natura, contraria substantiae matrimonii, nec in pactum matrimoniale vi sua nativa ingreditur; simul, nimirum, stare potest voluntas matrimoniales obligationes essentiales respectu fidei coniugalis et prolis assumendi, cum voluntate easdem violandi; hae duae voluntates non se invicem necessario excludunt.

Ut huiusmodi prava voluntas contra bonum fidei vel prolis contraria sit matrimonii substantiae, et pactum matrimoniale ingrediatur, necesse est ut contrahens consensum suum matrimonialem ab illa dependere faciat: nempe, ut nonnisi cum illa conditione de evitanda prole vel de fide non servanda, et non aliter, consensum suum matrimonio praestet: id est, ut communiter docent Auctores, conditio contra bonum fidei vel prolis matrimonium non irritat, utpote substantiae matrimonii non contraria, nisi in pactum sit deducta, sive ab uno, sive ab utroque coniuge.

Bonum autem sacramenti, seu indissolubilitatis vinculi, in se ipso spectatum, ad esse matrimonii pertinet, nec distinctionem admittit inter obligationem assumptam et eiusdem adimplementum; intentio, igitur, contrahentis huic indissolubilitati contraria, eo ipso contraria est matrimonii substantiae; etenim nativo suo pondere pactum matrimoniale ingreditur, quin ad hoc requiratur specialis ex parte contrahentis vel contrahentium voluntas, et unum ex constitutivis elementis contractus matrimonialis reiicit, perpetuitatem nempe, sine qua matrimonium concipi nequit. Inde communiter docent Auctores intentionem contrariam perpetuitati vinculi matrimonium reddere nullum, etiamsi in pactum non sit deducta. Wernz, *de matr.* n. 302, not. 44, ed. an. 1911, ait: «At cum intentione vel unius partis celebrandi matrimonium ad « tempus, sive separabile contra bonum sacramenti, etiam sine pacto « valor nuptiarum non consistit ». Similiter docent Sánchez, lib. 2, dis. 29, n. 11, 12; lib. 5, disp. 12, n. 5; Gonzales, in tit. *de condit, app.*, cap. 7, n. 9; Ballerini ad Gury, t. 2, n. 752, not. *a*, ed. 1860; Palmieri-Ballerini, *Opus Morale*, t. 6, n. 492 seq., ed, 1892; D'Annibale, t. 3, n. 448, not. 7, ed. 3; Rosset, *de sacram, matr.*, t. 1, n. 206 seq. ; Lehmkuhl, *Theol. Mor.*, t. 2, n. 668, 2, ed. 10, an. 1902: Wernz, 1. c; Gasparri, n. 910, t. 2, ed. 1904; Rota, *Nicien.*, coram Many, die 25 ian. 1911; *Oregonopolitan.* coram Prior, die 6 iulii 1914.

Sufficit, igitur, iuxta hanc doctrinam communem, ut contrahens, in consensu matrimoniali praestando, simpliciter et absolute, voluntate posi-

tiva, intendat dissolubile vinculum, ut matrimonium sit nullum. Verum, haec dicta sunt de veritate speculativa circa consensum eiusque valorem obiectivum; si autem quaestio fiat de casu concreto, praesertim quo contrahens erroneam opinionem fovet de dissolubilitate coniugii, sive, ex gentilium corruptelis, sive ex doctrina haeretica, sive ex patriae legibus vel moribus haustam, utrum reapse in matrimoniali consensu praestando vinculum solubile simpliciter et absolute intenderint, res ardua est dubium dirimere, et regula quaedam iudicandi requiritur. Nam duae erunt voluntates contrariae; generalis, nempe, contrahendi matrimonium prout ab Auctore naturae vel a Christo institutum est, perpetuum scilicet et indissolubile; et alia particularis, qua intenditur vinculum ob adulterium vel alias causas solubile : dicendum est contrahentem id simpliciter et absolute velle, prout una voluntas alteri praevalet et dominatur: praevalet in casu voluntas particularis, iuxta Benedictum XIV, si expresse apposita fuerit conditio de matrimonio ob adulterium solvendo, sin aliter, praevalet voluntas generalis, qua intenditur indissolubile vinculum, in qua absorptus manet privatus contrahentis error. Ita loquitur, *De syn.*, lib. 13, cap. 22, n. 7: « Quicumque contractum vult, necesse est ut « eiusdem substantiam velit; ideoque, si contrahentes in matrimonii « foedere ineundo, conditionem apponunt illius substantiae contrariam, « certissimum hoc est argumentum nequaquam eos in veri matrimonii « contractum consentire: sine contrahentium autem consensu matrimo- « nium esse non potest. Quod si expresse illa conditio de matrimonio « ob adulterium solvendo apposita minime fuerit, quantumvis contra- « hentes in eo fuerint errore ut matrimonii vinculum per adulterium « dissolvi posset, nihilominus locus est praesumptioni, ut, dum matri- « monium, prout a Christo institutum est, inire voluerint, illud omnino « perpetuum, ac, interveniente etiam adulterio, insolubile contrahere « voluerint; praevalente nimirum generali, quam diximus, voluntate de «matrimonio iuxta Christi institutionem ineundo eaque privatum illum « errorem quodam modo absorbente: quo fit, ut matrimonium ita con- « tractum validum firmumque maneat. At, ubi contrahentes, in ipso « matrimonii contractu, expressam apposuerunt conditionem de dissol- « vendo quoad vinculum matrimonio in casu adulterii, iam fieri nequit « ut error particularis absorptus maneat a generali voluntate contra- « hendi matrimonium prout a Christo institutum fuit; sed potius voluntas « generalis huiusmodi exstinguitur et suffocatur ab errore particulari, « qui manifeste praevalet et dominatur; atque hinc oritur nullitas « matrimonii, in quo contrahendo apposita fuit conditio ipsius substantiae contraria». Saepe considerata est quaestio ab emis Patribus

S. C. S. Officii, non ea quidem speculativa, an intentio matrimonium solvendi idem irritet, .etiamsi in pactum non sit deducta, sed quid practice iudicandum sit de validitate matrimonii, ubi duae praedictae voluntates in contrahente aderant, generalis nempe matrimonium contrahendi prout ab Auctore naturae institutum, cuius notitia a natura indita, etiam inter maximas gentium corruptelas haud omnino obscurata est, siquidem « pro perdito quovis populo clamat natura, quae in cordibus « primas exsculpsit nuptiales tabulas » (Instr. S. Officii diei 4 dec. 1874 ad Ep. S. Alberti, « *Collect, de Prop. Fid.,* n. 1427); et alia voluntas particularis contrahendi matrimonium dissolubile iuxta patriae morem aut leges, vel placita sectae haereticae; eo enim modo quis matrimonium intendit, quo illud cognoscit, cum nihil volitum quin sit praecognitum; responsio vero S. Congregationis constanter repetita hanc iudicandi regulam tradit: Si intentio matrimonium solvendi in pactum deducta fuerit, matrimonium est nullum; sin aliter, est validum.

Haud inde, tamen, recte inferretur doctrinam communem auctorum supra memoratam esse contrariam Instructionibus S. C. S. Officii, cum S. Congregatio de quaestione speculativa, ab Auctoribus posita, directe non agat; sed hoc tantummodo concludi potest, quod iudici inquirenti vix aut ne vix quidem constare potest intentionem contrahendi matrimonium solubile praevaluisse voluntati generali matrimonium ineundi, prout a Christo vel ab Auctore naturae institutum est, ita ut contrahens simpliciter et absolute, voluntate positiva, non mere interpretativa, solubile vinculum intenderit, nisi probetur eum intentionem istam in pactum deduxisse, seu consensum sub hac conditione, et non aliter, praestitisse.

En documenta pontificia hac in re: Instructio S. Officii diei 9 decembris 1874 ad Ep. S. Alberti *(Collect. S. C. de Prop. Fid.,* vol. 2, n. 1427): « Missionarii, praeterea, in ea esse videntur sententia, barbarorum con- « iunctiones, etiamsi speciem quamdam gererent iusti matrimonii, omnes « tamen esse irritas ob errorem de coniugii dissolubilitate, et longe « lateque diffusam consuetudinem huic errori consentaneam, seu, quod «eodem redit, nuptiales omnes pactiones esse vitiatas intentione con- « traria substantiae matrimonii. Verum, Amplitudo Tua optime novit « hunc errorem menti inhaerentem, et non in factum deductum, matri- « monio non officere, ut saepe saepius disertis conceptisque verbis « declarant haec S. C, et nominatim dubio proposito ab Episcopo « Bosnensi : " An sit validum matrimonium contractum inter catholicam « et schismaticum haereticum cum intentione foedandi, vel solvendi «matrimonium?,, die 2 octobris anni 1680 respondit: "Si ista sint

« deducta in pactum, seu cum ista conditione sint contracta, matrimonia « sunt nulla; sin aliter, sunt valida „..

« ... Neque consuetudo nuncium mittendi uxori quovis pene ex prae« textu; aliamque suscipiendi, ex sese convincit omnia foedera infipi « pacto contra vinculum; quamvis eadem esset nuptiarum conditio apud « Romanos aetate S. Pauli, Apostolus tamen supponit iusta et legitima « matrimonia inter fideles copulari » (1 Cor. 7).

« Error menti inhaerens », de quo agit Instructio praedicta, non excludit, sed potius secum affert intentionem solvendi matrimonium, in qua partem suam habet voluntas matrimonio consentiens, *iuxta praeeuntem cognitionem erroneam* intellectus circa solubile vinculum, ut patet ex sequentibus eiusdem S. Officii documentis. Die 4 februarii 1891 eadem S. Congregatio ad Vic. Apost. lapon. Merid. scribit *(Collectan.,* v. % n.. 1746): «Neque facile ipsa matrimonia invalida ea etiam de « causa iudicanda sunt, quia cum opinione seu cum *intentione divortii « inita* fuerint. Nam *tum solummodo* huiusmodi erronea opinio et *intentio « matrimonium invalidat, cum in pactum deducici fuerit;* quod pactum « ex verbis, quibus consensus expressus fuerit, patefiet ».

Aliud dubium S. Congregationi S. Officii propositum die 11 decembris 1850 *(Collectan.,* vol. 1, n. 1054) est huiusmodi: « Si deux catholi•« ques allaient se faire marier par les ministres calvinistes avec l'in« tention de ne se marier que d'après le sens et les termes de la loi « civile, qui admet le divorce, pourrions-nous remarier la partie, qui « obtiendrait du gouvernement la permission de se marier à un autre? » Species facti, videlicet, supponit intentionem coniugum matrimonium contrahendi nonnisi in sensu et terminis legis civilis, quae aperte divortium admittit; et respondit S. Congregatio : « Non licere (unum ex con« iugibus, qui a gubernio divortium obtinuerit, alias inire nuptias) nisi « constet primum matrimonium fuisse nullum sive ob legem divortii in « pactum deductam, sive ob aliud dirimens impedimentum ». Dubium sequens de matrimoniis contractis ab iis qui indissolubilitatem coniugii ignorant, et matrimonium inierunt prout fit in patria (Iaponensi), i. e. modo dissolubili, propositum est die 11 martii 1868 *(Collect.,* vol. % n. 1327): «Utrum horum valide baptizatorum, et generatim omnium « etiam gentilium *matrimonium, iuxta divortii morem in Imperio* (Iapo« nensi) *universalem, contractum,* validum sit et ideo indissolubile? Ratio « dubii sistit in *universalitate huius luctuosi moris,* in ignorantia in qua «fideles de indissolubilitate matrimonii versabantur, vi cuius matrimo« nium ineundi, ut fit in patria, id est, modo dissolubili contrahendi, « intentionem saltem praesumptam habuisse videntur. Resp. : Matri-

« monia inita cum solo contrahentium errore, quod matrimonii con « summati vinculum in casu adulterii vel ob alias causas dissolvi possit « valida sunt. Si vero sub hac expressa conditione inita sint, uti invalida habenda sunt ».

Non aliter loquitur Instructio S. Officii anni 1877 ad Ep. de Nesqualy in Statibus Unitis Americae septentrionalis, quae varias circumstantias indicat, unde dignosci potest an contrahentes nonnisi conditionate matrimonium contrahere intendermi « quando matrimonialem contractum « concluserunt, et consensum praestiterunt »: ait: « Fiant ergo in sin« gulis casibus accuratae investigationes, utrum praesertim aliqua con^ « ditio contra substantiam matrimonii fuerit expresse in pactum inter « contrahentes deducta, vel saltem exsurgant indicia, argumenta et prae« sumptiones, habito quoque respectu moribus regionis, ut coram mini stro protestante contrahant ea praecipua voluntate, ut dissoluto iuxta «protestantium praxim matrimonio, ad alia vota transeant; ex quibus « omnibus deprehendatur certam contrahentium *voluntatem eam esse, ut « nonnisi conditionate matrimonium contrahere intendant ».*

Ex hisce documentis patet *a)* haberi posse aliqualem intentionem quae tamen positiva seu absoluta voluntas dici nequit, contrahendi matrimonium dissolubile, quin eo ipso matrimonium sit irritum ; *b)* ut matrimonium in huiusmodi casibus nullum declarari possit, constare debet intentionem contrahendi dissolubile vinculum, fuisse conditionem sine qua non consensus in matrimonio praestiti.

Idem generatim notant auctores, ubi, iuxta doctrinam communem, tradunt errorem iuris de indissolubilitate coniugii matrimonium non irritare. Ita Wernz, *de matr.,* n. 228 ed. 1911: « Error theoreticus sive « iuris, etiam de bonis substantialibus matrimonii, i. e. de unitate, de «indissolubilitate, de fidelitate (sacramentalitate), non ut error, sed « tantum ut conditio sine qua non in pactum deducta, propter defectum « consensus, irritat matrimonium. Nam partes nupturientes solent habere « intentionem contrahendi matrimonium iuxta Dei et Christi institutio« nera, et non obstantibus suis erroribus, positiva sua voluntate, non « necessario excludunt proprietatem essentialem matrimonii.

« Quare matrimonia infidelium haereticorum schismaticorum, qui « erroneas tenent doctrinas, v. g. de libello repudii, etc.... dicenda sunt « valida, nisi positivam illam voluntatem in contrarium habeant et extrin« secus manifestent. Quae voluntas positiva excludendi proprietatem « essentialem matrimonii, cum consistat in facto, non tantum asserenda, « sed in causa favorabili matrimonii concludenter probanda est. Id quod « fit, si revera talis conditio expresse vel tacite contractui matrimoniali

« fuerit apposita, ut quandoque accidit, atque ex formula celebrandi « nuptias aliisque adiunctis proximis et remotis colligi potest » (cfr. Gregorius XVI, 30 aprii. 1841, ad Episcop. Hungar.; Instr. S. G. Inquis., 28 martii 1860, aliasque in *Collectan. S. C. de Prop. Fide,* num. 1299„ 1297 seq.; S. G. Inquis., 18 maii 1892, 25 maii 1898; Pirhing, h. t., n. 74; Gasparri, n. 903, ed. 1904).

Neque probata diei potest voluntas positiva excludendi indissolubile vinculum, ex eo quod dissolubilitas coniugii in apprehensione contrahentis erat praecise ratio cur matrimonium contraxerit, quia error, etiam dans causam contractui, matrimonium non irritat. Ad rem Gasparri, n. 903 seq., ed. 1904: « Error iuris circa essentialem matrimonii «proprietatem verificatur, si contrahens vel putat vinculum matrimonii «solvi posse, saltem in aliqua circumstantia, uti tenent infideles, nec « non Graeci schismatici, ... Iam vero hoc in casu certum est haberi « consensum matrimonialem, ideoque matrimonium per se valere cum « simplici errore iuris, etiam dante causam contractui, nempe si cön- « trahens, qui in eo errore versatur, modo vult inire matrimonium verum, « prout a Deo institutum est, etc., et positivo voluntatis actu non exclu- « dit proprietatem matrimonii essentialem, licet excluderet, si de ea « cogitare!... Iuxta hanc doctrinam Innocentius III in cap. 7, *de divortiis,* « declarat matrimonium inter Hebraeos, qui admittunt libellum repudii, « valere;... item Ecclesia habet validum matrimonium aliorum infidelium « Graecorum, Galvinistarum, etc., qui retinent vinculum solvi per adul- « terium, nisi expressa conditio solubilitatis apposita fuerit, uti saepis- « sime sacrae Congr. Romanae reposuerunt. Porro propter favorem « matrimonii simplex error praesumitur, donec conditio proprie dicta « probetur ; eo vel magis quia ille alter positivus voluntatis actus est « factum, facta autem non praesumuntur, sed probanda sunt ».

Nuptura, igitur, quae timet ne ad infelicem exitum nuptiae pergant, aufugiüm videns in scindibilitate contractus, quem dissolubilem putat, atque eo ipso ad matrimonium facilius ineundum inducitur, matrimonium valide contrahit: consensus enim non dependet a causa in suo esse, licet causa, utpote influxum habens in voluntatem, eamdem determinans ad actum, aliquo modo et ipsa intendi debeat; intenditur nempe ut causa, non **Ut** conditio consensus seu ut pars constitutiva contractus.

Ad rem notat Wernz, n. 304, ed. 1911 : « Causa ... quaecumque, sive « vera sive falsa, honesta vel turpis, et substantiae matrimonii contraria, « vel non contraria^ non vitiat vel suspendit matrimonium, *nisi* reducatur « et ad errorem personae conditionis servitis, aut *transeat in veram con-*

« *ditionem.* Nam consensus matrimonialis non datur dependenter a « causa, ... sed sese habet concomitanter ad illam ».

Ad factum quod attinet. In hoc matrimonio celebrando, iuxta testem sacerdotem Iacobum Gonnolly, qui tamquam a secretis Archiepiscopi Neo-Eboracensis matrimonio adstitit, hae fuerunt formulae adhibitae : « Io prendo te ... per mia legittima moglie, per averla e mante- « nerla da questo giorno in seguito, nella prospera e triste fortuna, in « ricchezza e in povertà, in malattia e in salute, finché la morte non ci « separerà » : quae formula, mutatis mutandis, repetitur a sponsa. Porro, hae formulae sunt definite expressivae consensus in matrimonium perpetuum et indissolubile. Iamvero, « quia nemo existimandus est dixisse « quod non mente agitaverit » (1. 7, ff. *de suppl, leg.)* », praesumptioni generali quod omne matrimonium, de cuius celebratione constat, rite celebratum fuit et valide, accedit in nostro casu praesumptio particularis ex formula rituali adhibita, Annam Gould interius quoque consentisse in matrimonium perpetuum et indissolubile. Hae praesumptiones confirmantur testimonio ipsius sponsae, quae iurata dixit: « J'ai dit: -« " oui „ , parce que je me mariais, comme on se marie ordinairement. « Je n'ai pensé a rien autre ».

Tres fratres eius, Howard, Georgius, Edwin, et duae sorores, dominae Addie Woodward Adams, et Edme Montgomery Grane, cum patrua, Editha Kingston Gould, omnes testantur se nunquam audisse, sive ab Anna sive ab aliis, ipsam maritum deserendi quando sibi visum fuerit intentionem expressisse, et fere omnes eorum dicunt se potius contrarium ab ipsa audisse. Ait, e. g., Howard Gould : « Je déclare que jamais je «n'ai entendu ma sœur tenir un propos, qui indiquât qu'elle voulut se libérer des obligations qui lui imposait le mariage catholique, et, la « veille même du mariage, elle me déclarait, qu'elle aimait beaucoup « son fiancé, et qu'elle espérait bien que jamais rien ne pourrait l'en « détacher, et toute la famille de Mlle Gould était dans les mêmes sen- « timents, et avait la même impression ». Omnes praedicti testes, praeter dominam Montgomery Grane, quae se nescire dicit, pariter affirmant Annam Gould paratam fuisse, quantum sciant, omnes obligationes assumere, coniugibus ab Ecclesia Catholica impositas, inter quas certo numeranda est obligatio vinculi matrimonialis perpetui.

Fidem mulieri conventae adhibendam diminuere quaerit patronus actoris, principio innixus - semel mendax, semper mendax - et praetendit Annam Gould quatuor mendacia in sua depositione protulisse: at intendum non attigit. Quoad primum praetensum mendacium, etiamsi admit-

tatur eam se aetate finxisse aliquantulum iuniorem ac reapse esset, non haberetur locus applicationi effati iuridici supradicti, nam exploratum est mulierem de aetate sua falsum enuntiantem in omnibus aliis rebus fidem mereri posse. Secundum mendacium actoris patronus reperire putat in verbis Annae : « J'ajoute, que mon père était opposé au divorce, et qu'il « m'avait élevée dans ces idées-là ». Duo sunt hic asserta: patrem reae conventae contrarium fuisse divortio, et ipsum filiam suam, Annam, iuxta eumdem conceptum educasse. Catalogus membrorum familiae Gould qui divortio sunt usi, quo putat cl. patronus mendacium probari, non est ad rem : ne falsitatem quidem assertorum probat, et multo minus asserentis mendacium, quod audit, non quidem erroneum proferre, sed contra mentem loqui; potuit pius mulieris pater ex luctuosis gentis Gould in re divortii exemplis, si revera exstiterint, motivum sumere ad necessitatem vinculi perpetui magis inculcandam. « Tertium mendacium, ait actoris « patronus^ in eo consistit nempe quod Anna Gould affirmare ausa est « nonnisi post triennium ab inito matrimonio, et non prius, de divortio « loquutam fuisse »: sed nullimode hoc affirmat mulier, sed tantummodo se non meminisse in illo triennio se circa divortium locutam fuisse. « Pendant les trois premières années de mon mariage, *je ne me* ***sour*** *« viens* pas avoir parlé de divorce ». Praeterea, novum est in iure testem ideo mendacitatis arguere, quia alii testes contrarium deponunt. Quartum mendacium videre putat patronus in assertione Annae Gould, quod actoris mater eam, cum Parisiis temporanee moraretur, in filii sui uxorem designavisse. « Etant à Paris en 1894 j'eus l'occasion de «rencontrer Mme la marquise de Castellane chez Mlle Reed; madame «la Marquise pensa à moi pour son fils ». Neque hic probatur Annam Gould contra mentem suam locutam fuisse. Immo, quod ad veracitatem spectat reae conventae, notandum est eam in interrogatorio diei 23 iunii anni 1910 dixisse: « à l'instigation de ma sœur et de mon avocat, aujour- « d'hui décédé, j'ai demandé le divorce »; sed postea, inspectis sororis litteris, ex quibus patebat illam de separatione tantummodo consilium dedisse, immediate epistolam diei 21 iulii 1910 tribunali misit ad errorem involuntarium corrigendum : « Je crains de m'être trompée; aujourd'hui, « en regardant les lettres de ma sœur, je découvre, que c'est ma demande « en séparation, qu'elle a approuvée, et elle ne parle pas de divorce », quod curam de veritate dicenda potius ostendit. Nulla est ratio cur fides mulieri conventae denegetur.

Difficillime itaque concipitur Annam Gould tempore matrimonii contracti propositum aliquod divortii fovere potuisse, quod omnino ignotum erat proximis eius parentibus, fratribus et sororibus, qui matri-

monio adstiterunt, praesertim cum ipsa se matrimonium modo solito contraxisse affirmet, nec se meminisse de divortio se locutam esse durante primo coniugii triennio. Attamen, ex alia parte inducti sunt testes qui deponunt eam vigilia ipsa matrimonii, et postea, de proposito divortii mentem suam ipsis aperuisse. Horum, igitur, testium expendenda sunt testimonia.

Actor tres testes adducit qui Annam Gould de proposito divortii loquentem ante matrimonium audierunt, quorum praecipuus est princeps Ioannes del Drago, de cuius testimonio serius agendum erit. Alii duo sunt frater actoris, comes Ioannes de Castellane, et Catharina Cameron. Primus testatur: « C'est que, un ou deux jours avant le mariage, made-« moiselle Gould me dit, qu'elle était désolée de se marier, et qu'elle « n'a cédé à mon frère, que sous pression. " Mais ce que me rassure, c'est «que je peux divorcer. Boni croit, qu'il me gardera toujours; il ne me « gardera qu'autant que je voudrai. S'il ne me convient plus, je divor-« cerai. Je suis protestante et je sais que je peux divorcer quand je « voudrai,,. Je lui dit alors, qu'elle devrait bien se faire catholique, et « elle me répondit: " Pour rien au monde, parce que, si je me faisais « catholique, je ne pourrais pas me remarier, et je veux être libre de « te faire, quand je voudrai „. Comme je l'ai rappelé dans ma note le « matin même du mariage, que Mlle Gould l'avait chargé (Don Giovanni « del Drago) de prévenir mon frère qu'elle divorcerait quand elle vou-« drait ». Catharina Cameron ait : « Je suis certaine qu'avant le mariage, « devant moi et devant plusieurs autres personnes, Mlle Gould a dit « qu'elle divorcerait, si elle n'était pas heureuse. Elle m'a dit cela à moi, « en réponse à une question que je lui faisais au sujet de son mariage. « Je lui demandais si elle était sure d'être heureuse avec Mr Boni de «Castellane, et la réponse fut: " S'il ne me rend point heureuse, je le « divorcerai „. En Amérique, presque toute les jeunes filles, qui se marient, « ont cette intention d'user du divorce, si le mariage ne le rend pas « heureuses ».

Procul dubio, juxta depositionem testis ioannis de Castellane, Anna Gould intentionem suam declaravit faciendi divortium quando sibi visum fuerit: at eodem tempore fundamentum et naturam huius propositi palam exhibuit, nimirum, quia sectae protestanticae addicta, privilegio protestantium matrimonium solvendi, prout ipsa erronee opinabatur, uti poterat; atque illo uti non haesitaret, si expedire iudicaverit: « S'il ne « me convient pius, je divorcerai. Je suis protestante, et je sais que je « peux divorcer, quand je voudrai ». Haec verba clare indicant undenam mulier, facultatem vinculum solvendi repetit; haud videlicet, ex actu

quodam positivo suae propriae voluntatis, quo consensum in matrimonio praestandum limitabat, positive excludendo indissolubilitatem vinculi, sed ex causa voluntati suae omnino extranea, ex doctrina protestantica, nempe, circa matrimonii solubilitatem, quam ipsa, utpote acatholica, tamquam normam se sequi posse iudicabat: «Je suis protestante, ët je « sais que je peux divorcer, quand je voudrai ». Scilicet praestito consensu matrimoniali sicut alii ordinarie illum praestant, statu privilegiato, ut ita dicam, religioni protestanticae inhaerente, utpote huic religioni addicta, sibi ipsi frui videbatur, quem etiam tamdiu et non diutius, se conservare posse autumabat, quandiu huic religioni adhaeserit. Prosequitur enim testis Ioannes de Castellane: « Je lui dis alors (i. e. imme- « diate post factam declarationem mulieris de potestate sua, ratione reli- « gionis protestanticae, divortium ad libitum faciendi), qu'elle devrait « bien se faire catholique, et elle me répondit: " Pour rien au monde, « parce que je ne pourrais pas me remarier, et je veux être libre de le « faire, quand je voudrai „ ». Scilicet, iuxta modum videndi mulieris, simplex factum conversionis ad catholicam fidem, quae matrimonium indissolubile esse tenet, deserta secta quae vinculum dissolubile habet, libertatem suam ad alias convolandi nuptias, qua tamquam acatholica gaudebat, auferret.

Hic plane agitur de errore iuris circa indissolubilitatem coniugii, et intentione divortio utendi, huic errori solum innixa; nam, uti vidimus, indissolubilitas est elementum essentiale matrimonialis contractus, a Deo ipso pro toto humano genere immutabiliter institutum, quod nec per ullam humanam legem, nec per doctrinam acatholicam, vel etiam catholicam, mutari potest; excludi utique potest hoc elementum essentiale a parte nubente, in contractu faciendo, quum libere agat, et liberum consensum praestare debeat; illo autem deliberate excluso, contractus matrimonialis non exsistit. At frustra quaereretur in declarationibus Annae Gould, prout a teste Ioanne de Castellane referuntur, vestigium quoddam huius voluntatis propriae, indissolubilitatem vinculi positive excludentis. Erronea mulieris opinio partialis causa quidem fuisse videtur, juxta testis depositionem, cur ipsa tandem matrimonium contrahere definitive statuit: timens enim ne ad molestias in vita coniugali ex infidelitate mariti properaret, aufugium videt in scindibilitate contractus, a religione sua protestantica admissa, quo a sorte infelici liberaretur, ac proinde se securius ad nuptias accedere posse putabat; ait: « Mais ce « que me rassure, c'est que je peux divorcer... Je suis protestante, et « je sais que je peux divorcer, quand je voudrai ». Sed error, etiam dans causam contractui, uti dictum est, matrimonium non irritat.

Forsan mulier ita erat animo comparata, ut, si necessarium putasset ad libertatem suam servandam, indissolubilitatem vinculi positive excludere, illam reapse exeluserit; attamen, praeterquam quod de tali eius animi dispositione ex Actis non constat, etiamsi de illa constaret, validitati matrimonii non efficeret, cum ageretur de intentione non reali et positiva, sed mere interpretativa, quae, nempe, in rerum natura reapse non exsistit, ac proinde nihil operatur, sed tantummodo in hypothesi quadam non verificata exstitisse!. Nullam, revera, huiusmodi necessitatem excludendi vi propriae voluntatis vinculi perpetui obligationem mulier videre potuit, cum intime persuasa esset, iuxta eius declarationem a teste relatam, hanc obligationem pro ipsa, citra omnem propriae voluntatis operationem, iam fuisse effective exclusam a causa quadam extranea, a doctrina nempe sectae acatholicae, cui erat addicta: « Je suis protestante, « et *je sais que je peux divorcer ». Scit,* nimirum, iuxta erroneum suum conceptum, *sibi competere, eo ipso quod acatholica sit, facultatem divortio utendi;* unde Ioanni de Castellane ipsam hortanti ut fidem catholicam amplecteretur, obsequi praecise denegavit, hanc ipsam ob rationem, ne libertatem ad alias eonvolandi nuptias, sibi a religione acatholica provenientem, amitteret: « Pour rien au monde - reposuit - parce que, si « je me faisais catholique, je ne pourrai pas me remarier, et je veux « être libre de le faire, quand je voudrai ». Ad ipsam spectare opinabatur, ut posterae suae felicitati prospicere!, id tantummodo curare ut facultatem vinculum solvendi, aliunde sibi provenientem, tempore opportuno exerceret: « S'il ne me convient plus, je divorcerai ». Limitationem quamdam apponere consensui in matrimonio praestando, ne cogitare quidem poterat, quia utilitatem huius restricti consensus, persuasa de iam exclusa indissolubilitate vinculi ratione religionis suae protestanticae, percipere nequibat.

In simili conditione, igitur, versabatur mulier ac ille qui, certitudinem subiectivam erronee adeptus de divitiis cuiusdam puellae, illam ducit quia dives est; error in mente sua inhaerens, et dans causam contractui, matrimonium non irritat. Anna Gould, iuxta declarationes a teste relatas, erronee persuasa sibi competere facultatem utendi divortio eo quod acatholica erat, matrimonium contrahit vel facilius contrahit (« ce que me rassure, c'est que je peux divorcer») cum P. Boni de Castellane, quia contractus scindibilis est; error circa indissolubilitatem coniugii, menti suae inhaerens et dans causam contractui, iuxta doctrinam communem supra expositam, documentis pontificiis firmatam, non irritat matrimonium. In exemplo primo allato causa non est contraria substantiae matrimonii, in casu nostro secus est; sed causa quaecumque,

ut ait Wernz supra citatus,... « substantiae matrimonii contraria vel non « contraria, non vitiat matrimonium, nisi... transeat in veram conditio- « nem. Nam consensus matrimonii non datur dependenter a causa, sed «sese habet concomitanter ad illam ». Causa matrimonii in veram conditionem transire non potest nisi per actum positivum voluntatis contrahentis, quo fit pars constitutiva contractus, seu, ut aiunt, in pactum matrimoniale deducitur, vel, quod eodem redit respectu causae matrimonii in praesenti casu, quo vinculum dissolubile positive et absolute intendatur tanquam pars contractus, qui proinde verus contractus-matrimonialis esse non posset. Nullum autem indicium haberi notant DD. Auditores, in declarationibus mulieris a teste relatis, huiusmodi positivae et absolutae voluntatis ex parte sponsae, sed omnia explicari per erroneam eiusdem persuasionem de vinculi dissolubilitate, quae causam, partialiter saltem, dedit contractui.

Catharina Cameron testatur de intentione Annae Gould, sibi ante matrimonium (quamdiu antea nescimus) declarata, de coniugio solvendo si infelicem exitum haberet: « Je lui (Mlle Gould) demandais si elle « était sure d'être heureuse avec Mr de Castellane, la réponse fut: " S'il « ne me rend point heureuse, je le divorcerai „ ». Declaratio magis generica est quam illa priori testi a rea conventa facta, ideoque iuxta regulam interpretandi testimonia, intelligi debet sensu non contrario depositioni magis specificae alterius testis, cui non contradicit. Certe non exprimit limitationem consensus in matrimonio praestandi. Reapse Catharina Cameron intellexit sponsam non alio modo ad matrimonium accessisse ac-fere omnes in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis puellae, sed more patriae matrimonium contraxisse; addit enim: « En Amérique, « presque toutes les jeunes filles qui se marient, ont cette intention « d'user du divorce, si le mariage ne les rend pas heureuses ». Absonum esset dicere fere omnes mulieres huius amplissimae regionis indissolubilitatem vinculi in consensu matrimoniali praestando positive excludere, neque testem Cameron hoc cogitasse opinari licet.

Depositiones aliorum sex testium, qui Annam Gould de intentione sua in nuptiis ineundis post matrimonium loquentem audierunt, non aliam praeseferunt significationem praeter illam indicatam in attestationibus perpendendis duorum testium principalium, nimirum, Annam Gould, utpote religionis protestanticae, more protestantium, utpote Americanam, more patriae, matrimonium iniisse; unde fluit, tamquam conclusio, opinio reae conventae a testibus tributa, se modo dissolubili contraxisse, ac proinde pro suo lubitu vinculum solvere potuisse. Audiantur testes.

Pater actoris, qui etiam de auditu ante matrimonium testatur, ait: « Le matin même du mariage, mon fils Jean et le prince del Drago « vinrent me faire part d'une scène qui s'est passée entre eux et Anna « Gould. Cette dernière leur avait dit très nettement, qu'elle était pro- « testante, et qu'elle le resterait, pour avoir la faculté de divorcer, quand «bon lui semblait... que le mariage n'entraînait pas pour elle de lien ' « irrévocable, et que, elle le quitterait. Ce que ma belle-fille avait dit « avant le mariage, elle l'a très souvent répété après le mariage ».

Mater actoris ait: « C'est quelques mois après le mariage, qu'elle « m'a tenu à moi-même le même propos, étant chez moi à Rochecott, « voici dans quelles circonstances. Elle était venue assister à la Messe « dans la chapelle du château, et en sortant, je l'en remerciai, mais elle « me dit tout de suite: " Je ne me ferai jamais catholique, parce que je « tiens à pouvoir divorcer „. C'est alors que, raccontant cette réflexion, « dont je m'étonnais, à mon fils Jean, il me dit qu'immédiatement avant « le mariage, elle avait tenu devant lui le propos, que j'ai rappelé « plus haut ».

Comes Ioannes de Montebello testatur: « Anna Gould m'a dit et « répété à satiété, ce qu'elle disait d'ailleurs à tout le monde : " En Amé- « rique c'est bien commode; quand le mari cesse de plaire, on refait sa « vie avec un autre. Et je n'y manquerai pas, si je ne suis pas contente « de Boni „. J'ai entendu dire d'ailleurs que c'était pour cette raison-là, « que Anna Gould n'avait jamais voulu se convertir au catholicisme ».

Comitissa de Montebello deponit: « Anna Gould, devenue comtesse « Boni de Castellane, m'a tenu au moins à deux reprises le propos sui- « vant: "Dans ma religion et dans mon pays, c'est bien plus commode; « on quitte son mari, quand on n'est pas contente „. Et tenant ce propos, « elle répondait à une réflexion, que je lui faisais touchante sa non- « conversion au catholicisme. Elle avait si peu la compréhension du « mariage catholique et des conséquences qu'il entraîne, qu'elle ne crai- « gnais pas de me dire: " Si mes enfants, plus tard, ne me satisfient « pleinement, je les priverai de mon héritage,, ». Intentionem Annae divortium faciendi testis attribuit falso omnino conceptui, quem habuit rea conventa de matrimoniali contractu; pergit enim: «Ces réflexions «qui montraient l'idée fausse, qu'elle en avait comme d'un contrat « passager, comme d'une pièce, où l'on entre et d'où l'on sort, m'avaient « toujours fait trembler pour la bonheur de Boni de Castellane. Quand la « séparation s'est produite, je n'en ai point été étonnée: je m'y attendais ».

Marchionissa de Talleyrand haec testatur: « Un autre jour, lorsque « nous nous promenions à la campagne, je lui disait: "Vos enfants sont

« catholiques, vous prierez bien vous-même pour vous faire catholique „. « Elle m'a répondu: " Jamais de la vie, parce que si je me faisais catho- « lique, dans le cas où Boni se conduirait mal, je ne pourrais plus « divorcer „ ».

Sequitur testimonium ducis de Luynes: « Elle (Anna Gould) m'a dit « plusieurs fois à moi-même que le jour où elle en aurait assez, elle « divorcerait, que cela se faisait couramment en Amérique, et que sa « religion protestante, qu'elle avait voulu garder, admettait parfaitement «le divorce, et un autre mariage; elle disait notamment: " Quand on « ne se couvient plus, on divorce et on change de mari „. Dans la con- « versation que je eus avec elle, je compris, que ce que j'avais consi- « déré jusque-là comme des boutades de sa part, était l'expression réelle « de sa pensée. Elle me dit alors: " Vous n'avez jamais voulu croire, « que je n'avais pas adopté vos stupides idées françaises, et que j'avais « toujours conservé mes idées américaines, m'autorisant à divorcer, quand «je le voudrais. C'est même la principale raison, pour laquelle je n'ai « pas voulu me faire catholique „. C'est très peu de temps après son « mariage, un an tout au plus, que j'ai entendu Anna Gould exprimer « ses idées sur le divorce, et dire qu'il était naturel et légitime d'en « user, que cela se faisait couramment en Amérique, et c'était très bien. « Elle n'annonçait pas encore son intention d'en user, pour elle-même, « mais, c'était très clair pour moi, d'après ses dires, que le jour où « elle serait tentée d'en user elle n'hésiterait pas ». Hoc ducis de Luynes testimonium in luce clariori ponit ea quae de mente Annae Gould ab aliis testibus dicuntur, scilicet, quod « legitimum et naturae « consentaneum^ putabat, divortio uti », quia « ita tenet *mos patriae « suae,* ita docet religio protestantica, cui adhaeret et quam proinde « deserere nullatenus vellet », intime enim persuasa erat de honestate huius matrimonii conceptus: « J'avais toujours conservé mes idées amé- « ricaines m'autorisant à divorcer » et inde ipsa libertatem repetit, de qua gloriatur, divortio utendi, quando sibi placuerit.

Testes supra citati, ab actore inducti, omnes, praeter Catharinam Cameron, deponunt Annam Gould intentionem suam divortium faciendi in erroneum matrimonii conceptum refundere, a religione protestantica edoctum : testis Cameron intellexit eam matrimonium iniisse prout fit in patria, ubi ait: « Omnes fere puellae Americanae, ad matrimonium « accedentes, hanc intentionem habent divortio utendi, si ad exitum « infelicem nuptiae perducant », morem patriae tamquam fontem partialem erronei Annae conceptus assignant alii testes, comes Joannes, nempe, et comitissa de Montebello, et dux de Luynes.

Testes, igitur, intentionem mulieris matrimonium dissolvendi in erroneo eiusdem de matrimonio conceptu penitus radicatam exhibent, ab errore solo pullulantem, et ab eodem circumscriptam. Iamvero, erronea opinio de coniugii dissolubilitate cum relativa intentione divortio utendi, non sufficit ad contractum matrimonialem irritandum, uti vidimus ex decreto S. Officii diei 4 februarii 189Í : « Neque facile ipsa ma- « trimonia invalida iudicanda sunt, quia *cum opinione seu cum inten- « t ione divortii inita fuerint.* Nam tum solummodo *huiusmodi erronea «opinio et intentio* matrimonium invalidat, cum in pactum deducta fue- « rit ». Nam semper praesumendum est contrahentes voluntatem habuisse matrimonium ineundi iuxta Dei institutum, cuius cognitionem nullibi divina providentia prorsus obscurari sinit, non obstantibus contrariis reipublicae legibus, vel religionis cuiusvis doctrinis. Ita ab initio Ecclesia semper praesumpsit, et sive paganorum, sive haereticorum coniugia tamquam vera matrimonia agnovit, uti refert decretum S. Officii, diei 9 decembris 1895, quamvis eadem esset nuptiarum conditio apud Romanos aetate S. Pauli (nempe, vigente consuetudine nuncium mittendi uxori quovis pene ex praetextu, aliamque suscipiendi), Apostolus tamen supponit iusta et legitima matrimonia inter infideles copulari. Idemque notat Pius VI in epistola ad Archiep. Pragensem, post allata Benedicti XIV argumenta adiungens: « Verum potissima « ratio est, quam superius attigimus, ex eo deducta, quod, nisi vera « essent huiusmodi acatholicorum coniugia, universa Ecclesia tot saeculis « errasset, quae, redeuntes ad fidem acatholicos coniuges, ut veros « coniuges recipit, licet, pravis erroribus imbuti circa matrimonium, id «antea in sua secta contraxisset, nisi deducta fuisset in pactum «expressum conditio repugnans substantiae matrimonii, aut aliud « obstaret impedimentum canonicum ».

Itaque, voluntas coniugis, etiam externe expressa, qua matrimonium contrahere intendit « in terminis et sensu legis civilis, divortium admittentis » qua implicite videretur dissolubile vinculum intendere, iuxta dubium supra citatum S. Congregationi S. Officii die 11 decembris 1850 propositum, vel etiam iuxta haereticorum placita, vel mores populi, idem divortium « tamquam legitimum et naturae consentaneum » admittentes, obligationem essentialem vinculi perpetui excludere non valet: quia, primo, in huiusmodi legibus, moribus, placitis haereticis, agnosci nequit vis vel auctoritas quaevis, ne directiva quidem, qua excluderetur obligatio substantialis contractus Deo auctore immutabiliter instituti: secundo, quia huiusmodi voluntati implicitae praevaleret et dominaretur, ut verbis utamur Benedicti XIV supra citati, generalis voluntas

coniugis matrimonium verum contrahere intendentis, prout a Deo institutum est. Unde S. Congregatio S. Officii non admittit invaliditatem matrimonii eo ipso quod «contractum est iuxta morem divortii universalem » (Resp. supra cit. diei 11 martii 1860), vel « in sensu et ter« minis legis civilis, divortium admittentis » (Resp. supra cit. diei U decembris 1850). . • • '

Ut matrimonium sit invalidum, requiritur voluntas, explicita, qua contrahens simpliciter et absolute vinculi perpetui exclusionem intendit: quo in casu nil refert an iuxta legem civilem, vel morem patriae, vel doctrinam haereticam divortium admittentem, vel alio modo voluntas haec absoluta et explicita sese exprimat. Haec enim erunt mera indicia externa voluntatis contrahentis internae et absolutae, quae illis non tam se conformat tanquam normae consensus limitati, quam quod illa eligit tamquam signa externa sui consensus limitati, vinculum perpetuum absolute exciudentis. Ut vero constet de hac absoluta voluntate contrahentis, probari debet, iuxta decreta S. Officii supra citata, exclusionem perpetuitatis vinculi fuisse conditionem sine qua non consensus in matrimonio dati, seu illam fuisse in pactum deductam.

iamvero, perscrutando depositiones testium supra citatas, nullum reperimus testem, qui refert Annam Gould, in multis colloquiis quae circa divortii intentionem eum amicis et cognatis habuit, vel semel qui-' dem dixisse se consensum in matrimonio datum per exclusionem vinculi perpetui limitasse: numquam, videlicet, ad actum propriae voluntatis provocat, perpetuitatem vinculi exciudentis. Omnes vero et singuli testantur eam constanter declarasse se « ideo divortio uti potuisse, quia « sic docet ecclesia protestantica, cui adhaerebat, sic tenet mos patriae « suae ».

Unicus tamen est testis qui deponit Annam immediate ante matrimonium sibi declarasse intentionem consensum praestandi sub conditione matrimonium dissolvendi, si vir coniugalem fidem violaret: est princeps Ioannes del Drago, qui ait: « Rammento che la mattina stessa « nella quale si doveva celebrare il matrimonio, trovandomi in una « stanza prossima a quella nella quale era la sposa (casa del sig. Giorgio « Gould, fratello maggiore della sposa, ed in casa di cui si celebrava « il matrimonio), sentii piangere e parlare concitatamente tanto da « poter distinguere cosa si dicesse. Nell'avvicinarmi fui chiamato dalla « sposa stessa, la quale mi disse, in stato di agitazione, che ella non « era affatto sicura dell'affetto dello sposo, e temeva di far male a spo« sarlo, ad ogni modo dichiarava esplicitamente, che ella sposava a « condizióne di essere libera di poter divorziare, non appena si vedesse

« tradita dallo sposo, e all'uopo mi pregava di comunicare nettamente «tale sua affermazione allo sposo. (Se v'erano altri presenti a questa « sua dichiarazione, risponde):" Che vi era una delle damigelle d'onore, « il cui nome non ricordo, e non so precisare se il fratello stesso del « conte Boni abbia potuto udire tale dichiarazione, ma ritengo che «l'abbia potuto sentire, tanto che quando ne discorremmo insieme, « pochi minuti dopo, non fu cosa nuova per lui. (La comunicazione di « di cui sopra, cioè di riferire la condizione apposta dalla signora prima « della celebrazione del matrimonio, venne dal teste eseguita e quando?) « Resp. La feci immediatamente prima del matrimonio. Lo sposo si « mostrò molto dolente e ferito nei suoi sentimenti religiosi, ma non « credè di troncare il matrimonio, per evitare uno scandalo: tale cornu" « nicazione fu fatta da me confidenzialmente allo sposo in un angolo « della stanza, senza la presenza di altri.... Ritengo che, dato il carat- « tere della sposa, tale dichiarazione l'abbia fatta a parecchie persone, « ed io so di certo che la fece alla madre dello sposo, al fratello delio « sposo ed alla damigella di compagnia. Queste tre persone mi hanno « ciò riferito ».

Hic testis unicus est et singularis de conditione contraria perpetuitas matrimonii consensui matrimoniali apposita, excepto quidem actore, cuius testimonium, uti videbitur, nullius iuridici valoris est; ac proinde dictum D. Ioannis del Drago non probaret, etiamsi nulla haberetur specialis ratio dubitandi an accurate retulerit declarationem Annae Gould sibi factam. At huiusmodi ratio dubitandi habetur in casu; nam circa depositionem huius testis notant DD. Auditores: 1) declaratio illi facta de apposita conditione consensui matrimoniali fuit immediate communicata actoris fratri, Ioanni de Castellane, ut testis del Drago affirmat; 2) Pater etiam actoris testatus est se audivisse a principe del Drago ante matrimonium declarationem sponsae ipsi factam; 3) testatur idem princeps del Drago « ex certa scientia sua » eamdem declarationem sibi factam, repetitam fuisse a sponsa matri actoris et Catharinae Cameron, quae « puella comes » *(damigella di compagnia)* videtur esse, de qua loquitur testis: iamvero, nemo ex hisce quatuor testibus vel verbum referunt de conditione consensui matrimoniali apposita in declarationibus sibi factis, sive directe ab Anna Gould, sive a principe del Drago cornunicatis.

Ait Ioannes de Castellane: « Le matin même du mariage, don Gio- « vanni del Drago et moi nous causâmes de l'état d'esprit de Mlle Gould, « et nous étions navrés de voir mon frère épouser une jeune fille, qui « affirmait sa volonté de divorcer (superius dixit quo sensu Anna hoc

« affirmavit, nempe: " Je suis protestante, et je sais que je peux divorcer"). Don Giovanni del Drago me dit, même le matin du mariage, « que Mlle Gould l'avait chargé *de prévenir mon frère de ses intentions « de divorcer ».*

Pater vero actoris ait: « Le matin même du mariage, mon fils « Jean et le prince del Drago vinrent me faire part d'une scène, qui « s'était passée entre eux et Anna Gould. Cette dernière leur avait dit « très nettement, *qu'elle était protestante, et qu'elle le resterait pour avoir* •*« la faculté de divorcer,* quand bon lui semblait... que le mariage n'en-« traînait pas pour elle le lien irrevocable, et qu'elle le quitterait... ». Scilicet, nihil aliud a principe del Drago, die ipso matrimonii audivit circa intentionem sponsae divortio utendi, nisi quod ipsa aliis testibus retulit, intentionem nempe coniugium solvendi in errore iuris fundatam.

Catharina Cameron, uti vidimus, censuit Annam non aliter ad matrimonium accessisse ac aliae fere omnes puellae americanae: et id solum a sponsa audivit, se intendisse coniugium solvere, si infelices exitus habere contingeret, quin de conditione qualibet consensui apposita quidquam referat.

Mater actoris, nihil de conditione apposita dicens, asserit tantum modo Annam pro lubitu suo facultatem dissolvendi matrimonium praetendisse, quia acatholica erat, vel quia ita de more fiebat in patria sua, idque legitimum et honestum putabat. Ceteroquin, vix credibile est sponsam conditionem vinculum perpetuum excludentem in hora matrimonii apposuisse, quin unquam in posterum de illa mentionem fecerit, licet vox « divortium », ut ait dux de Luynes « semper fuerit in ore eius ». (« Elle n'avait que le mot du divorce sur les lèvres »).

Regulam, igitur, iuridicam sequentes, quae testimonia, quantum fieri potest, concilianda esse praecipit, perpensis circumstantiis, quod princeps del Drago declarationem sponsae sibi factam immediate patri et fratri actoris retulit, et iuxta eiusdem testis depositionem et « certam scientiam », eamdem declarationem de intentione divortii sponsa communicavit matri actoris et Catharinae Cameron; hi vero quatuor testes, deponentes de declarationibus Annae Gould, vel sibi factis vel a teste del Drago relatis, inter se conveniunt, sed de conditione apposita nihil audierunt; cum autem Ioannes del Drago, qui ab iis omnibus dissentit, non ipsissima sponsae verba referre praetendat, sed eorumdem sensum probabilius saltem concludendum est Annam Gould non alio sensu principi del Drago die ipso matrimonii locutam esse ac aliis testibus diversis temporibus, qui de conditione contra vinculum apposita nihil

audierunt; et principem del Drago, post lapsum decem annorum, non adeo accurate sensus declarationis sponsae meminisse ac alii testes, pater nempe et frater actoris, quibus ille sponsae declarationem, vix receptam, communicavit, vel mater actoris et Catharina Cameron, quibus, iuxta « certam scientiam » eiusdem testis del Drago, Anna Gould eamdem declarationem fecit.

Verum est actorem testari de conditione matrimonio apposita, sibi relata a principe del Drago die ipso nuptiarum, sed omnino posthabendum est actoris testimonium in hac re, non solum quia confessio coniugis. contra vinculum post matrimonii celebrationem, praesertim in inquisitione iudiciali facta, nihil valet (cap. 5, *De eo.*, lib. 4, tit. 13; Decretal.; Instruct. Austr., nn. 148, 169), vel quia actor est in sui favorem deponens, sed etiam quia circumstantias refert nuntii sibi facti die ipso matrimonii, quas alii testes ab ipso producti vel aperte vel implicite negant. Ait: « A mon frère .lean qui, le même jour (die matrimonii) et « dans les mêmes circonstances, essayait de la raisoniier, elle fit la même « exposition de principes, le chargeant aussi de me répéter ce qu'elle «venait de lui dire. A mon frère Jean et au prince del Drago, réunis « peu après, et pour qu'il n'y ait point d'erreur, elle répéta aux deux « réunis, ce qu'elle avait dit à chacun en particulier, etc. ». Frater eius, Ioannes, dicit declarationes sibi factas a sponsa fuisse, non die ipso matrimonii sed unum vel duos dies ante matrimonium, vel in ipsa. matrimonii vigilia: negat sponsam sibi commissionem dedisse easdem fratri suo nunciandi. D. Ioannes de Castellane et D. Ioannes del Drago implicite negant sibi simul unitis factam fuisse illa die matrimonii sponsae declarationem. Circumstantiae praedictae non sunt omnino accidentales, cum si verae essent, magis demonstrarent deliberatum sponsae animum circa divortii intentum.

Liquet igitur ex supra pensatis testimoniis, depositionem Annae Gould, se nuptias iniisse prout ordinarie iniri solent « je me mariais « comme on se marie ordinairement. Je n'ai pensé à rien autre », cohaerere cum depositionibus omnium testium, praeter D. Ioannem del Drago, ab actore pròductorum, qui declarant ream conventam suum propositum divortio utendi sustinuisse, non quidem ex limitatione sui consensus in matrimonio praestiti, seu ratione actus cuiusdam propriae suae voluntatis; sed ex factis quibusdam suae voluntati omnino extraneis, ex doctrina nimirum sectae protestanticae, cui addicta erat, et more patriae.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de Turno pro tribunali sedentes et

•solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio: *An sententia rotalis diei 1 martii 1913 sit confirmanda vel reformanda in casu ?* respondentes : *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam:* seu *Non constare de nullitate matrimonii in casu:* statuentes, praeterea, expensas iudiciales omnes ab actore solvendas esse.

Ita pronunciamus, mandantes ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trid. iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in Sede Tribunalis S. Romanae Rotae, die 8 februarii 1915.

Ioannes Prior, *Ponens.*
L. S.

Aloisius Sincero.
ioseph Mori.

Ex Cancellaria, 9 martii 1915.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Coa Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnalo di nominare: . '

16 aprile 1915. — Mons. Clemente Micara, già Segretario dell'Intemunziatura Apostolica della Repubblica Argentina, *Uditore della Nunziatura Apostolica del Belgio.*

— Mon. Vincenzo Misuraca, *Segretario della Internunziatura Apostolica della Repubblica Argentina.*

l'I giugno. — Mons. Giuseppe Petrelli, Arcivescovo titolare di Nisibi, *Delegato Apostolico delle Isole Filippine.*

13 giugno. — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Protettore dei Santuario di Maria SSma del Pianto in Foligno.*

— L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto degli Angeli Custodi di Bilbao.*

13 giugno 1915. — 11 revmo sac. D. Leonida Perrin, *Consultore delia sacra Congregazione Concistoriale.*

14 giugno. — S. E. il signor Principe Don Giuseppe Aldobrandini, *Capitano Comandante della Sua Guardia Nobile.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S. :

1 giugno 1915. — Mons. Francesco Topp, della diocesi di Florianopolis.

2 giugno. — Mons. Francesco Marmaggi, minutante nella S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.

4 giugno. — Mons. Leonardo Masulli, arcidiacono della cattedrale di Monopoli.

8 giugno. — Mons. dott. Dionigi Savage, della diocesi di Mobile, S. U. d'America.

— Mons. Duncan Mac Queen e Mons. Giovanni C. Meany, della diocesi di Aberdeen.

ONORIFICENZE

Cori Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 giugno 1915. — A S. E. il sig. dott. Giuseppe Luigi Murature, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Argentina.

9 giugno. — Al sig. Don José Santiago de Mendaro y de la Rocha, marchese di Casa-Mendaro.

16 giugno. — A S. E. il sig. dott. prof. Alessandro Lira, Ministro degli Esteri del Chile.

La Commenda delV Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 giugno 1915. — Al sig. Michele Bert, dell'archidiocesi di Torino.

10 giugno. — Al sig. cav. Pietro Diamilla Magnelli, di Roma.

H Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 maggio 1915. — Al sig. Francesco Bulgheroni, della diocesi di Nizza.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

7 giugno 1915. — Ai signori G. Damiano Leclaire e Cleofa Roy, dell'archidiocesi di Montréal.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

18 maggio 1915. — Al sig. Augusto Pisani-Milvi, di Roma.

1 giugno. — Ai signori Antonio Cándelo, geometra, e Spirito Nejrotti, dell'archidiocesi di Torino.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

U gennaio 1915. — Mons. Giovanni Beliczky, della diocesi di Rosnavia.
— Mons. Adalberto Bobák, della medesima diocesi.
— Mons. Stefano Ditteb, della medesima diocesi.
— Mons. Emerico Káposztássy, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Sass, della medesima diocesi.
26 gennaio. — Mons. Stefano Breyer, dell'archidiocesi di Strigonia.
— Mons. Stefano Csárszky, della medesima archidiocesi.
— Mons. Evaristo Czaykowski, della medesima archidiocesi.
— Mons. Alessandro Eruszt, della medesima archidiocesi.
— Mons. Adalberto Haliczky, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Mössmer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Emanuele Pokorny, della medesima archidiocesi.
— Mons. Adalberto Turi, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Végh, della medesima archidiocesi.
— Mons. Alfredo Zubriczky, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Kováts, della medesima archidiocesi.
30 gennaio. — Mons. Giuseppe Lehner, dell'archidiocesi di Vienna.
— Mons. Carlo Handloss, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Ellinger, della medesima archidiocesi.
23 febbraio. — Mons. Tommaso Tynan, della diocesi di Kildare e Leighlin.
— Mons. Edoardo Burke, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

21 novembre 1914. — Mons. Domenico Moauro, della diocesi di Tri vento.
5 dicembre. — Mons. Domenico Thierrin, della diocesi di Losanna e Ginevra.
9 dicembre. — Mons. Pietro Pizzardini, della diocesi di Feltre e Belluno.
22 dicembre. — Mons. Domenico Bortoli, della diocesi di Padova.
26 gennaio 1915. — Mons. Ladislao Babura, dell'archidiocesi di Strigonia.
— Mons. Desiderio Demény, della medesima archidiocesi.
— Mons. Emerico Majer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Luigi Zelliger, della medesima archidiocesi.
23 febbraio. — Mons. Angelo Bellinzoni, della diocesi di Lodi.
4 marzo. — Mons. Claudio Alvares, dell'archidiocesi di Goa.
— Mons. Giovanni de Almeida, della medesima archidiocesi.
— Mons. Lucio Vaz, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S7:

17 marzo 1915. — Il sig. Giacomo Smith-Brennan, della diocesi di Wilmington.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S.S.:

15 ottobre 1914. — Il sig. marchese Felice Santangelo, dell'archidiocesi di Napoli.

SO novembre. — li sig. cav. Alessandro Rawlinson, dell'archidiocesi.-di Westminster.

22 dicembre. — Il sig. cav. Alessandro Wilmot, del Capo di Buona Speranza.

26 febbraio 1915. — Il sig. comm. Salvatore Randazzo Gueli, dell'archidiocesi di Palermo.

8 marzo. — Il sig. Edgar Nölting, della diocesi di Osnabriik.

17 marzo. — Il sig. barone Carlo Maria di Elverfeld, dell'archidiocesi di Münster.

Cappellani Segreti d'onore di S.S.:.

12 novembre 1914. — Mons. Pio Azzalli, della diocesi di Ravenna.

11 gennaio 1915. — Mons. Giulio Laczek, della diocesi di Ros n avia.

— Mons. Giovanni Pajer, della medesima diocesi.

26 gennaio. — Mons. Marco Berger, dell'archidiocesi di Strigonia.

— Mons. Carlo Erdösi, della medesima archidiocesi.

— Mons. Agostino Fischer, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giorgio Hofbauer, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giuseppe Metzker, della medesima archidiocesi.

— Mons. Guglielmo Zelliger, della medesima archidiocesi.

— Mons. Ignazio Szamord, della medesima archidiocesi.

— Mons. Teodoro Bussay, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

11 gennaio 1915. — Mons. Giuseppe Stubendeck, della diocesi di Rosnavia.

26 gennaio. — Mons. Ignazio Magdics, dell'archidiocesi di Strigonia.

NECROLOGIO

6 giugno 1915. — Mons. Carlo Amai du C urei, vescovo di Monaco (Principato).

7 ghigno. — S. E. il Principe D. Camillo Rospigliosi, Comandante la Guardia Nobile di Sua Santità.

16 giugno. — Möns. Ludovico Filippo Adelardo Langevin, degli Oblati di Maria Immacolata, arcivescovo di S. Bonifacio (Canada).

Annus YIÏ - Vol. "VII Die 20 Iulii 1915 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE CAPELLANIS CANTORIBUS CHORALIBUS BASILICAE LIBERI AN AE

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quum iampridem haud Nos lateat Venerabilem Fratrem Nostrum Cardinalem Archipresbyterum cum Canonicorum Collegio Nostrae Patriarchalis Basilicae Liberianae pro suo religionis studio contendere, ut in maximo nobilissimoque templo Deiparae digne sacrorum perfunctio fiat, tum libenter certiores facti sumus praecipuae eisdem esse curae, ut gregoriani concentus, ad nativam venustatem revocati, pie sciteque adhibeantur secundum ea quae Decessor Noster sanctae memoriae Pius X *Motu Proprio,* die xxn novembris MDCCCCIII edito, sapientissime praescripsit. Cuius rei causa pergratum Nobis est, suffragium atque adiumentum apostolicae auctoritatis iis praestare cupientibus ; eo vel magis quod magnam Dei Parentem, quae ibi sanctissime colitur, ut a pueris singulari semper pietate prosequuti sumus, ita pontificio aliquo pietatis huius testimonio ornare studemus.

Itaque eorumdem satisfacientes precibus, quae quidem eo spectant ut munus canendi in Ecclesia clericis proprium maneat, de Capellanis seu Cantoribus Choralibus Liberianae Basilicae haec statuimus et praecipimus :

I. - Cantores chorales Basilicae Liberianae posthac sacerdotes sint, iique non solum morum probitate praediti, sed etiam, quoniam chori concentum moderari praecinendo debent, et voce polleant et cantus gregoriani praestent peritia, quae peritia diplomate Pontificii Urbis Instituti musicae altius excolendae, vel alio eiusdemmodi auctoritatis testimonio comprobetur.

II. - Quattuor e beneficiis Liberianae Basilicae, quae prima vacare continget, Apostolicae Sedi reserventur, iis subinde sacerdotibus conferenda, quos ad cantoris munus idoneos, ut dictum est, esse constiterit. Liberiani autem clerici beneficiarii, si quidem sint in ceteris, idest voce, peritia et diplomate pares, externis anteponantur.

III. - Liberiano Canonicorum Collegio quattuor cantores chori, quales dicti sunt, assumere iam nunc liceat, quibus postea beneficium conferetur; interea vero usquedum beneficio carebunt, atque etiam, quum illud acceperint, quamdiu praesentem ex suo beneficio non percipiant utilitatem, eis et Apostolica Sedes et *Mensa Capitularis,* unde sustentare honeste vitam possint, aequis portionibus suppeditabunt.

IV. - Cantor beneficiarius qui, sive aetate sive valetudine sive alia causa, iudicio trium rei musicae peritorum, suum canendi munus iam obire non possit, beneficiarius manebit, sed. beneficium eius esse *affectum* desinet. In eius locum alius sacerdos renuntietur cantor, iis conditionibus quae supra dictae sunt.

V. - Beneficiarii cantores tum etiam habeantur praesentes in choro, quum in alia parte Basilicae suo munere fungentur. Qui, utpote beneficiarii, iisdem iuribus, privilegiis, reditibus, distributionibus fruentur, quibus ceteri beneficiarii Basilicae Liberianae, eisdemque Constitutionibus parebunt. Pro peculiari autem ipsorum officio, peculiaribus teneantur legibus, quas Nos,

et iam probavimus et hic ratas habemus, derogantes Constitutionibus Liberianis ex ea praesertim parte quatenus servitium chori per *tertiariain* beneficiariis praecipiunt. Hi enim beneficiarii cantores altaris quidem servitio exempti erunt, sed servire choro per *mediariam* debebunt; quam maiorem ipsorum operam, itemque operam quam cantoribus Capella© musicae navarint, Capitulum de reditibus eiusdem Capellae remunerandam curabit. Hi vero quum praesentes officio secundum proprias leges adfuerint, fruentur omnibus distributionibus cotidianis, communibus, manualibus, *inter praesentes,* poenis pecuniariis quae vulgo *f aliae* dicuntur, aeque ac si servitium tertiariae in choro, ut ceteri, obierint.

Spem bonam fovemus futurum, ut quotquot beneficiarii cantoris in tam augusta tamque magnifica Virginis Aede susceperint munus, et continentes in choro et concentum Capellae musicae adiuvantes, Apostolicae Sedis de cantu liturgico praescriptionibus studiose semper obtempèrent. Meminerint excelsum ac prorsus dignum angelis se inivisse munus, atque omnem dent operam, ut cantus sacer talis, quoad possit, exsistat, qualem Dei maiestas, honor Virginis, pietas christiani populi requirit.

Quae autem hic a Nobis constituta sunt, ea Liberiano Canonicorum Collegio, sub auspicio Cardinalis Archipresbyteri, exsequenda committimus; eademque valida, firma semper fore edicimus, non obstantibus contrariis quibusvis Constitutionibus Apostolicis, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo decimo quinto, die xi mensis iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

P. CARD. GASPARRI V. CARD. VANNUTELLI
a Secretis Status. Datarius.

Loco ***ïfc*** Plumbi

VISA
M. RIGGI, C. A., *Not.*

Beg. in Canc. Ap., K. $\frac{75}{}$

CHIROGRAPHUM

AD INSTANTIAM EMI CARDINALIS PRAEFECTI S. TRIB. SIGNATURAE APOSTOLICAE, HUIUS COMPETENTIA CERTIUS DEFINITUR ET AUGETUR.

Beatissime Pater,

Plura et prudentissime statuit Pius PP. X f. r. in Const, *Sapienti consilio* de nova Signaturae Apostolicae ordinatione « antiqua ordinatione tribunalium Signaturae papalis gratiae et iustitiae suppressa » ; et Sacrum Tribunal ita feliciter restitutum, eius praefecturam gerente Vincentio Vannutelli Cardinali, iam, uberes protulit fructus; at experientia docuit, Signaturam Apostolicam ampliores limites in suo exercitio expostulare ad suam competentiam potissimum quod attinet; hoc autem compertum est posse obtineri, insistendo quoque vestigiis eiusdem Constitutionis, vel tractu temporis, ope iurisprudentiae, vel illico et certius, iussu Sanctitatis Vestrae, veluti per autentican! interpretationem.

Ee sane vera competentiae nonnulla capita laudata constitutio assignat (in Lege Propria, can. **37),** haec tamen non *taxative,* sed quae *propria et praecipua* esse edixit. *Propria* nempe quia ex intima eius natura fluunt, eius veluti proprietates constitutivas exprimentia; sed *praecipua* tantum, adeo ut non prohibeatur quominus hisce capitibus competentiae alia accederent seu adiicerentur vel ex connexione negotiorum, vel ex amplificatione sui muneris quam ipsamet eiusdem muneris exsecutio, necessitate quadam, secumferret.

Recens non defuit occasio qua in H. Sup. Trib. dubitatum est an quaedam controversia in eius competentia contineretur. Quaesitum est enim ut decerneretur *restitutio in integrum* adversus sententiam rotalem latam in re matrimoniali et duplex iam habebatur sententia conformis ; unde in S. Rota ordinario

enascitur *r es iudicata;* quamobrem S. Eota ulteriorem instantiam denegavit.

Resolutionem hac de re captam ab H. S. T. necesse fuit submittere confirmationi Auctoritatis Sanctitatis Vestrae. Nam in can. 37 n. 4 *Legis Propriae* attribuitur Signaturae Apostolicae cognitio « *de expostulatione pro restitutione in integrum adversus sententiam rotalem quae in rem iudicatam transierit* ». At causae matrimoniales, suapte natura, fruuntur privilegio ut in iis ulteriores instantiae absolute impediri non possint *exceptione rei iudicatae,* uti memorat et confirmât Const. *Dei miseratione,* ubi cavetur : « *salvo semper et firmo remanente iure seu privilegio causarum matrimonialium quae ob cuiuscumque temporis lapsum numquam transeunt in rem iudicatam* ». Itaque ad omnem dubitationem in posterum summovendam expedit, praescriptis verbis decernere, Huius Supr. Trib. esse quoque cognoscere de recursibus adversus sententias matrimoniales quas nec iure appellationis, nec extraordinaria cognitione, pro natura harum causarum, ad novum examen admittere censuit S. R. Rota.

De alio capite competentiae Huic Sup. Trib. attributae, scilicet *de querela nullitatis contra sententiam rotalem* expedit declarare, heic non agi tantummodo de declaranda nullitate sententiae quae adeo peccet in ius naturale aut positivum ut omni destituatur fundamento iuris; hoc enim perpaucis in casibus contingere usuvenit, attenta praecipue iurisprudentia Curiae Romanae quae firmavit regulam: *sententiam de se non esse nullam* nisi ex defectu aut *citationis* aut *competentiae* aut *mandati.* Ast mens Principis certe fuit, dum constituit Supr. Trib. Signaturae, subveniendi iis quoque qui exceptione *rei iudicatae* repelluntur in S. Rota neque evincere valent sententiam nullitate laborare, sed forte instructi sunt gravibus rationibus quae non sinunt defendi, quocumque coram iudice, auctoritate *rei iudicatae* sententiam latam manifeste vel contra legem vel non satis perpensa factorum veritate. - Hisce tantummodo limitibus continendam esse competentiam videtur intendisse ipsa *Lex*

Propria, quae in can. 41 par. 3 ita statuit, *de querela nullitatis,* quoad eius ambitum in iudicio Signaturae : « *In tertio casu de hoc tantum iudicat; sitne nulla rotalis sententia sitne locus eius circumscriptam* ». *Circumscriptio* autem in stylo Curiae ut plurimum accipitur pro sententiae *rescissione,* uti assumitur in codice gregoriano, edito *Motu Proprio* a. 1834 ubi in par. 338 n. 1, assignatur Signaturae Apostolicae competentia : « *circa le domande di annullamento o circoscrizione degli atti giudiziali e delle sentenze* ». Verum quia in *Lege Propria* in cit. can. *circumscriptio* - non *disiunctive* sed *copulative* ponitur adeo ut videatur eisdem limitibus contineri ac sententiae *nullitas,* et hinc, in textu, *circumscriptio* idem esset ac *nullitatis declaratio,* proinde in foro nostro opinio invaluit, in Signatura impeti non posse sententiam rotalem nisi per *querelam nullitatis.* Itaque magnopere expedit declarare querelam nullitatis heic comprehendere nedum querelam ad obtinendam declarationem nullitatis sententiae, sed etiam petitionem *rescissionis* sententiae manifeste vel peccantis in legem vel factorum veritatem pervertentis.

De recursu *pro restitutione in integrum adversus sententias rotales* supra memorata, et privative competente Huic S. T. largiorem et benigniorem interpretationem, quoad ambitum competentiae, sanxerunt *Regulae* conditae ab Hoc S. T. *editae die 6 Martii 1912* servandae in iudiciis apud Signaturam agitatis eaedemque approbatae a Pio X f. r.; statuitur enim in art. 9, istam concedi, quoties, generatim, aliqua intercedat ratio seu probatio non prius deducta neque disputata ex qua provenire detrimentum grave atque manifestum boni iuris demonstrari queat, nisi fiat locus *restitutioni in integrum,* nempe *actioni rescissoriae*i ad normam iuris communis. Quae extensio antiqui instituti *Restitutionis in integrum* directe comparatae pro *minoribus* quatenus est *remedium extraordinarium,* sane confirmanda est et in usum deducenda ita tamen ut sit locus huic actioni extraordinariae *restitutoriae* seu *revocatoriae,* quoties invocari non potest *querela nullitatis* aut actio *rescissoria,* de qua supra.

Sed potissimum sibi postulat ministerium Huius S. T. quod

iubet can. 14 § 1, *Legis Propriae* quodque se refert ad *commissiones pontificias.* Edicit enim hic canon : « *S. Rota iudicat in prima instantia causas quas sive motu proprio sive ad instantiam partium R. Pontifex ad suum tribunal advocaverit et S. Rotae commiserit; easque si opus sit, ac nisi aliter cautum sit in commissionis rescripto, iudicat quoque in secunda et tertia instantia, ope turnorum iuxta praescripta can. 12* ». Cum enim saepius contingat, porrigi SSmo libellos supplices ut quaestio committatur S. Rotae iudicialiter cognoscenda vel ut causa iam apud iudices inferiores introducta, avocetur ad S. Rotam remittenda; itemque ut causa apud S. Rotam instaurata ab eadem revocetur ut remittatur pro definitione alicui S. Congregationi ; quoties hoc contigerit vel aliquid aliud huiusmodi petatur quod potissimum respiciat iustitiae administrationem, agitur de gravi negotio expediendo.

Hae siquidem controversiae seu quaestiones non valent rite cognosci et definiri nisi auditis partibus quarum interest et praehabita matura deliberatione, prouti in Signatura observari solitum fuit, antequam commissiones a SSmo signarentur seu apposita rescripta ederentur aut simpliciter aut adhibitis opportunis clausulis. - Has facultates restituere Signaturae est eidem attribuere quod nativa constitutione competit; quod non ei abstulit Const. *Sapienti consilio* cum asseruerit utrique Signaturae *Gratiae et Iustitiae* novam ordinationem, dumtaxat, fuisse attributam. Hoc pacto Signatura Apostolica ad ampliorem dignitatem consurgit, ob arctiorem nexum quo cum Romano Pontifice coniungitur, cuius nomine et vice examinat, utrum expediat annuere precibus eorum qui petunt a Papa ut Ipse dignetur aliquid circa iustitiae administrationem rescribere et potissimum ut tribunali S. Rotae vel alicui S. Congregationi vel ipsi tribunali Signaturae certam quaestionem committere cognoscendam et definiendam, opportunis adiectis clausulis, prouti res postulat. Antiquitus haec negotia expediebantur potissimum in Signatura *Iustitiae* sed nonnulla etiam in Signatura *Gratiae.*

Cum supplices libelli eiusmodi quaestiones continentes, dirigerentur ad Papam et per manus Eius Auditoris ad Signaturam remitieren tur, hinc factum est, uti testatur De Luca (in Disc. 30, Annot. n. 1, *Relatio Curiae Rom)* qui fuit Auditor Innocentii XI, moderationem Signaturae pene >esse commissam Auditori Papae qui veluti a Secretis erat Signaturae Gratiae. Quam arctam connexionem inter Signaturam et Papae Auditorem explicite firmavit Codex - *di procedura civile* - editus a Pio VII, *Motu Proprio diei 22 Nov. 1817;* ubi liber VI qui agit de Signatura veluti unico tribunali, inscribitur « *Dei tribunale della Segnatura e dell'Uditore del Papa* ».

Nova vero ordinatio per Const. *Sapienti consilio* inducta nullimode vetare videtur, quominus apud Hoc S. T. iterum operam suam exhibeant duo Praelatorum collegia, quorum alterum a *Votantibus,* alterum a *Referendariis Signaturae* nuncupentur. Equidem quin disseramus an per novam ordinationem praefata Constitutio haec Collegia abolere intenderit, tamen magnopere expedit ea restitui et in exercitium revocari ut loco *Consultorum* quos can. 56 par. 2 induxit *Lex Propria,* suam operam exhibeant in Signatura pro antiquo stylo quatenus hic novae ordinationi aptari possit.

Modus autem quo in tractatione negotiorum hi Praelati pro nova H. S. Tribunalis ordinatione, partem habebunt, determinandus videtur in Regulis servandis in expeditione negotiorum apud H. S. Tribunal.

Mei muneris erat haec referre Sanctitati Vestrae ut decernere statuat quod in Domino magis expedire iudicaverit. •

M. CARD. LEGA,
Praefectus.

BENEDICTUS PP. XV

A Uentis expositis libenter annuimus et concedimus ut Nostri Supremi Tribunalis Signaturae augeatur seu certius definiatur competentia, tum ratione recursuum in causis matrimonialibus, tum ex capite nullitatis et restitutionis in integrum, iuxta exposita; eidemque Signaturae in posterum ablegandos esse volumus et statuimus supplices libellos Nobis porrectos, respicientes quaestiones seu causas in Relatione expositas vel alias huiusmodi prouti Nobis in singulis casibus visum fuerit; eo consilio ut praevio eorumdem libellorum supplicum examine, auditis potissimum iis quorum interest, definiatur quaestio, AN ET QUOMODO EXPEDIAT PRECIBUS ANNUERE. - *Negotiis autem penes H. Sup. Tribunal agitatis et expediendis volumus et iubemus ut operam suam conferant duo insignia collegia, alterum a* VOTANTIBUS, *alterum a* REFERENDARIIS *Signaturae nuncupata; et ad hunc effectum, quatenus opus sit, haec iterum instituimus seu restituimus et in exercitium revocamus, servato in ratione interveniendi et procedendi penes H. S. Trib. modo in Regulis determinando; ita tamen ut hi Praelati sint loco Consultorum, quos induxit Const.* Sapienti consilio *Lex Propria, can. 36, §2. - Collegium a* VOTANTIBUS *7 Praelatis constare volumus et iubemus; alterum a* REFERENDARIIS *innumeratum manere decernimus. Quo vero maior auctoritas et honor accedat Huic Nostro Supr. Trib., statuimus ut qui a Secretis Huius fuerit, Nostri quoque Auditoris munere fungatur. Et haec decernimus et firma et rata esse volumus, contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis non obstantibus.*

Ex Aedibus Vaticanis, die 28[a] iunii 1915.

BENEDICTUS PP. XV

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

DB ORDINARIA IURISDICTIONE IN OPPIDO POLLA ORDINANDA.

Ad finem imponendum difficultatibus et controversiis quae a saeculis indesinenter renovatae sunt ob mixtam duorum Ordinariorum iurisdictionem in eodem loco et civitate ***Polla,*** quaeque optima etiam intercedente ex utraque parte voluntate vix evitari possunt, Ssmus Dominus noster Benedictus PP. XV, auditis duobus Ordinariis, hoc est Episcopo Dianensi et Abbate Ssmae Trinitatis Cavensis, de consulto Emorum S. Congregationis Consistorialis Patrum, haec quae sequuntur certa scientia et apostolicae potestatis plenitudine statuit et decrevit:

1° Totum Pollae oppidum cum suo territorio usque ad flumen ***Tanagro*** cum omnibus fidelibus ibidem commorantibus et ipsa paroeciali ecclesia Ssmae Trinitatis in posterum subiici iurisdictioni unius Episcopi Pianensis, sublata Abbati Cavensi qualibet sive in loca sive in personas ordinaria iurisdictione.

T A flumine Tanagro usque ad paroeciam S. Petri extra Pollam, et totum territorium huius paroeciae, nec non ecclesiam. S. Mariae Lauretanae cum suo vico, vulgo ***contrada,*** in posterum subesse debere uni iurisdictioni Abbatis Cavensis, sublata pariter ibidem qualibet sive in. personas sive in loca ordinaria iurisdictione Episcopi Dianensis.

Ad haec autem exsequenda Beatissimus Pater deputare dignatus est R. P. D. Nicolaum Piccirilli, archiepiscopum Compsanum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet ecclesiastica dignitate ornatum, atque definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione in executionis actu oritura, facto praeterea ei onere intra tres menses mittendi ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar decreti, quo haec executioni demandata fuere.

Hac demum super re Ssmus Dominus hoc edi iussit consistoriale decretum, perinde valiturum ac si apostolicae sub plumbo litterae expe-

ditae forent, contrariis non obstantibus quibusvis speciali quoque mentione vel derogatione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congr. Consistorialis, die 12 decembris 1914.

£8 C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

II

DUBIUM

DE COMPETENTIA CIRCA FACULTATEM CONCEDENDI RELIGIOSIS PAROECIAS SAECULARES.

Proposito dubio: « utrum facultas concedendi Religiosis paroecias saeculares spectet ad S. C. Concilii, vel potius ad S. C. de Religiosis»,

Emi Patres huius S. C. Consistorialis, re mature perpensa et praehabito Consultoris voto, in generalibus comitiis diei 28 iunii 1915 respondendum censuerunt: « spectare ad S. C. Concilii, firma tamen obligatione pro Ordinibus et Congregationibus religiosis obtinendi a S. C. de Religiosis necessariam facultatem vel dispensationem, si ipsorum constitutiones et regulae eis prohibeant paroecias retinere et regere ».

In audientia autem infrascripto Cardinali Secretario concessa die 2 iulii 1915, SSmus D. N. resolutionem ratam habuit et confirmavit.

Romae, die 5 iulii 1915

)$l C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. % S. .

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

Ille

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

1 iunii 1915. — Titulari ecclesiae episcopali Tacapitanae praefecit R. P. D. Robertum Brindle, hactenus episcopum Nottinghamensem.

14 iunii 1915. — Titulari ecclesiae episcopali Larensi R. P. D. Ioachim Antonium d'Almeida, episcopum Natalensem.

— Titulari episcopali ecclesiae Garystiensi R. D. Gastonem Laperrinè d'Hautpoul, presbyterum Elnensem et protonotarium apostolicum ad instar.

— Titulari episcopali ecclesiae Claudiopolitanae R. D. Xistum Sosa, parochum de Altagracia in dioecesi de Calabozo ac doctorem in S. Theologia, administratorem apostolicum de Guaiana.

16 iunii. — Titulari episcopali ecclesiae Etaloniensi R. P. D. Carolum Warren Currier, episcopum Matanzensem.

17 iunii. — Cathedrali ecclesiae Elpasensi, nuper erectae, R. P. Antonium Schüler, S. I., parochum ecclesiae S. Cordis in urbe Denver (Colorado).

25 iunii. — Cathedrali ecclesiae Barrensi R. P. D. Augustum Alvaro de Silva, hactenus episcopum Florestensem.

26 iunii. — Cathedrali ecclesiae Florestensi R. D. Iosephum Lopes de Oliveira, parochum de Boa Vista in loco vulgo Recite, archidioecesis Olindensis, et protonotarium apostolicum ad instar.

30 iunii. — Metropolitanis ecclesiis Gnesnensi et Posnaniensi R. D. Edmundum Dalbor, canonicum metropolitanae ecclesiae Posnaniensis.

— Titulari ecclesiae episcopali Themisoniensi R. D. Paulum Jedzink, canonicum metropolitanae ecclesiae Posnaniensis, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Edmundi Dalbor, archiepiscopi Gnesnensis et Posnaniensis pro archidioecesi Posnaniensi.

1 iulii. — Titulari ecclesiae episcopali Polystiliensi R. D. Antonium Mönch, doctorem in S. Theologia, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Michaelis Felicis Korum, episcopi Trevirensis.

5 iulii. — Cathedrali ecclesiae Albanensi in America transtulit R. P. D. Thomam Cusack, hactenus episcopum titularis ecclesiae Themiscyraeae et auxiliarem archiepiscopi Neo-Eboracensis.

— Cathedrali ecclesiae Sinus Viridis R. P. D. Paulum Rhode, episcopum titularis ecclesiae Barcaeae et auxiliarem archiepiscopi Chicagiensis.

— Titulari ecclesiae episcopali Tipasitanae provinciae Numidiae praefecit R. D. Michaelem Gallagher, vicarium generalem episcopi Grandormensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Henrici Richter, episcopi Grandormensis.

10 iulii. — Titulari episcopali ecclesiae Phaselitensi R. P. D. Iosephum Candidum Pinol et Batres, hactenus episcopum Granadensem.

12 iulii 1915. — Cathedrali ecclesiae Granadensi R. P. D. Canutum Reyes y Balladares, decanum capituli cathedralis Leonensis in America Centrali.

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

FACULTAS ADSERVANDI SS. EUCHARISTIAM IN STATIVIS CASTRORUM VALETUDINARIIS AC IN BELLICIS NAVIBUS.

Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, Illmi ac Rmi Ordinarii Castrensis in italia precibus benigne annuens, vigore facultatum a Ssmo D. N. Benedicto Papa XV tributarum, eidem committit ut durante praesenti bello, pro suo arbitrio et conscientia veniam faciat qua, tum in stativis castrorum valetudinariis, tum in bellicis navibus ubi pro classiariis administer a sacris adest, Ss. Eucharistiae Sacramentum adservari possit, dummodo altare, in quo ciborium collocabitur, sit decenter instructum et supellectilibus sufficienter praeditum; ibidem sacrosanctum Missae sacrificium semel saltem in hebdomada celebretur, eiusdem ciborii clavis caute custodiatur; lampas ante Ss. Sacramentum collucescat; sacrae Species frequenter iuxta rubricas renoventur, aliisque servatis cautelis ipsi Ordinario Castrensi benevisis pro diversitate circumstantiarum et locorum, ad tutamen et decorem Ss. Eucharistiae. Contrariis quibuscumque minime ostantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 22 iunii 1915.

PH. CARD. GIUSTINI, *Praefectus.*

f Aloisius Capotosti, Ep. Therm., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DECRETUM

DE LIMITIBUS INTER VICARIATUS APOSTOLICOS TON-KIN MERIDIONALIS ET TON-KIN MARITIMI IN MONTANA REGIONE CHAU-LAO

Per borealem limitem provinciae civilis Nghê An, et per australem provinciae Thanh Hoa usque modo inter se divisi extiterunt finitimi Vicariatus Apostolici Ton-kin meridionalis et Ton-kin maritimi : at cum nuper compertum fuerit fines provinciarum quae recensitae sunt tam frequentibus mutationibus fuisse obnoxios in montana praesertim regione **Gbâur-**Lào nuncupata, ut expediat stabiliorem limitem inter utramque statuere Missionem, de re egerunt EEmi ac RRmi Patres Sacrae huius Congregationis in generali conventu qui die 17 superioris mensis habitus est. Porro perpensis omnibus et in primis Ordinariorum sententia qui memoratis Vicariatibus praesunt, iidem EEmi Patres ad omnem praecavendam ambiguitatem, limitem inter Vicariatus Apostolicos Ton-kin meridionalis et Ton-kin maritimi in montana regione Châu-Lào appellata, desumendum esse censuerunt ex linea divisionis aquarum.

Quam Emorum Patrum sententiam Sanctissimo Dno Nostro Benedicto Pp. XV a R. P. D. Sacrae huius Congregationis Secretario relatam in audientia diei 14 vertentis iunii, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, et praesens in re Decretum edi iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae huius Congregationis de Prop. Fide, die 21 iunii 1915.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

DECRETUM

CONFIRMATUR ELECTIO ABBATIS NOVAE NURSIAE IN AUSTRALIA

Die 5 octobris elapsi anni 1914 piissime obiit in Domino R. P. D. Fulgentius Torres O. S, B., Abbas nullius Novae Nursiae, Vicariatus Apostolici Kimberliensis administrator, et episcopus titularis Dorylensis. Iuxta Ordinis Constitutiones Monaci dictae Abbatiae nullius ad electionem novi Abbatis, annuente hac S. Congregatione a christiano nomine propagando, devenerunt; et omnibus rite peractis, electus evasit R. P. D. Anselmus Catalán, Abbas Visitator Hispanicae Provinciae O. S. B. Cum autem huius viri peculiares dotes collata ipsi dignitate dignum ostendant, eumque R. P. D. Abbas Generalis Congregationis Cassinensis P. O. huic S. C. datis litteris amplis verbis commendaverit, de eiusdem electione in audientia diei 28 labentis iunii Ssmo D. N. Benedicto Prov. Div. Pp. XV ab infrascripto Secretario relatum est. Sanctitas itaque Sua, adiunctis omnibus in casu perpensis, supradictam electionem benigne confirmare dignata est, atque R. P. D. Anselmum Catalán Abbatem nullius Novae Nursiae renunciavit cum omnibus iuribus ac facultatibus ad dictae Abbatiae, atque populi intra eiusdem terrilorii limites existentis spirituale regimen necessariis et opportunis : praesensque super re Decretum edi iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congr. de Propaganda fide, die 30 iunii, anno Domini 1915.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

III

NOMINATIONES

Brevi Apostolico nominatus est:

18 iunii 1915. — *Archiepiscopus tit. ecclesiae Achridanae et coadiutor cum futura successione archiepiscopi Verapolitani,* R. P. D. Angelus Maria a S. Teresia, in saeculo Angelus Perez, e Carmelitis Discalceatis.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

30 iunii 1915. — *Administrator Apostolicus Missionis Drisdale River in Kimberly (Australia),* R. P. D. Anselmus Catalán O. S. B., Abbas Novae Nursiae,

SACRA ROMANA ROTA

i

VICENTINA

EXEMPTIONIS ET FUNERUM

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die vero 9 martii 1915, BR. PP. infrascripti DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Vicentina - Exemptionis et funerum, *inter Rev. D. sac.* Ioannem Perrin, *parochum S. Marci in civitate Vicentina, actorem appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, et RR. PP.* Minores, Capellanos Hospitalis S. Bartholomaei *eiusdem civitatis, conventos appellatus, repraesentatos per legitimum procuratorem Angelum d'Alessandri, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

1. In causa inter parochum S. Marci civitatis Vicentinae, sac. Ioannem Perrin, et PP. rectores capellanos hospitalis S. Bartholomaei eiusdem civitatis super iure exemptionis et funerum hospitalis, parochus S. Marci, actor, appellationem interposuit apud hunc sacrum Ordinem contra sententiam a tribunali curiae Vicentinae die 11 augusti 1911 latam, cuius pars dispositiva haec est, quod « l'ospedale civile di Vicenza « è esente da ogni giurisdizione del M. R. Parroco di S. Marco, e che i « MM. RR. Cappellani hanno il diritto di funerare per tutti i defunti «nell'interno dell'ospedale. Il M. R. D. Giovanni Perrin, parroco di « S. Marco, è condannato alle spese ».

2. Causa igitur Nobis definienda venit sub propositis et concordatis dubiis :

I. *An hospitali S. Bartholomaei in civitate Vicentina competat totalis exemptio a quacumque paroeciali iurisdictione, in casu.*

II. *Utrum parocho S. Marci, an potius capellanis hospitalis competat ius sepeliendi et funerandi quoad fideles in eodem hospitali accedentes, in casu.*

III. *Utrum sententia primae instantiae quoad expensas sit confirmanda, an potius infirmanda, in casu.*

3. *Factum quod spectat.* - Anno 1723 hospitale s. Antonii et alia minora quae Vicentiae exstabant, in unum hospitale, in territorio paroeciae S. Marci situm, quod vocatum est hospitale S. Bartholomaei, vel « Ospedale grande degli infermi e poveri », coniuncta fuerunt. Huic assignata fuit ecclesia S. Bartholomaei, quae, cum Regularibus pertinuisset, coemeterium adnexum habebat.

Ibi primum patres Gapulati, seu Capuecini, capellanorum munus exercuerunt: iis PP. MM. Observantes, istis sacerdotes e clero saeculari, his vero hodierni Fratres Minores in capellanorum munere suffecti sunt.

Cum anno 1786 parochus S. Marci, sac. Antonius Bon vicini, querelas movisset contra ius exemptionis et funerum hospitalis S. Bartholomaei, seu capellanorum eiusdem hospitalis, die 13 februarii 1786 inita est concordia seu conventio inter parochum S. Marci, et hospitalis rectores, quae ita se habet:

« Perchè in avvenire, e per sempre debbano essere riconosciuti « quegli indipendenti diritti, che al pio ospitale degli infermi e poveri « di questa città competono e furono in passato senza opposizione « esercitati nell'interno dell'ospitale medesimo, rapporto allo spirituale, « e nella Chiesa dell'ospitale stesso, e che nel tempo stesso appariscano « i diritti parrocchiali, che relativamente all'ospitale medesimo possono « nei veri casi competere al rev. parroco di S. Marco, nella cui parroc- « chia è l'ospitale stesso situato; resta tra i presidenti dell'Onda Banca « di detto pio ospitale a tal oggetto destinati con la parte del dì «9 aprile 1785 ed il rev. sig. don Carlo Antonio Bonvicini, attuale par- « roco di S. Marco di questa città convenuto, e come nei seguenti -« capitoli :

« I. Riconosce esso rev. parroco la totale indipendenza dell'ospitale « medesimo, rapporto all'interno, dalla spirituale sua giurisdizione ; così « che tutti gli infermi, i priori, gli astanti, i serventi e le vecchie, biso- « gnosi neh" interno di spirituali soccorsi, abbiano a ricorrere agli attuali -« cappellani destinati alle cure spirituali dell'ospitale, perchè vengano « ad essi somministrati tutti gli occorrenti sacramenti senza la minima « ingerenza del parroco ; spettando ai cappellani stessi la totale cura « spirituale nell'interno con la dipendenza della Banca : e perciò non « dovrà mai il parroco entrare, nè ingerirsi nell'interno di detto ospi- « tale per niun motivo o causa.

« II. Riconosce ugualmente il parroco il diritto che compete ad esso « ospitale di celebrare nella sua chiesa, senza bisogno di alcuna licenza « e senza poter essere dalla parrocchiale giurisdizione impedito, le

«seguenti solite sacre funzioni; oltre le quotidiane celebrazioni delle « Messe in detta chiesa ed infermerie, ed oltre ' la custodia; in essa. « chiesa del SSmo. Sacramento ; cioè : 1) Messe solenni, : ed anniversari «solenni dei morti con indulgenze, e con soliti suffragi per i defunti « devoti ascritti. -2) Esposizione nella chiesa della reliquia di S. Antonio- «abate e di S. Bartolomeo, e benedizione con le stesse al popolo. « 3) Cantare ogni sabato sera le litanie in chiesa con il concorso del «popolo. 4) Benedire le candele nella festa della Purifìcazione avanti « la Messa nelle infermerie e in chiesa. 5) Fare il santo Sepolcro in « chiesa nella settimana santa. 6) Celebrare la santa Messa il giovedì «santo in detta chiesa e il sabato santo, e di portare processionalmente « in chiesa : il SSmo Sacramento nel Sepolcro. 7) La continuazione delle « *Via Crucis.*

« III. Essendo però l'ospitale situato nella parrocchia di S. Marco, « dovranno i priori, gli astanti e li serventi in stato di salute ricevere « la Pasqua nella chiesa di S. Marco: e desiderando di riceverla altrove «dovranno chiederne al parroco la licenza: fermo il convenuto dalprimo «capitolo.

« IV. Passando al diritto di tumulazione, ed ai funerali, riconosce il « parroco l'indipendente diritto nell'ospitale di far tumulare, con Tassi- « stenza dei suoi cappellani, tutti i defunti nell'interno che si; seppelli- « scono o nel cimitero dell'ospitale, o nella chiesa dell'ospitale; e così « il diritto di appropriarsi li funerali, che nell'uno o nell'altro caso venis- « sero dai congiunti, o attinenti daL defunto presentati.

« V. Che se poi qualche ammalato disponesse di essere sepolto in « qualche cemeterio, o in qualche chiesa fuori dell'ospitale, sarà il di « lui cadavere dai cappellani dell'ospitale insigniti di stola consegnato « sulla porta dell'ospitale al parroco di S. Marco, che da quel momento « avrà sul cadavere stesso tutti i funerari diritti.

« VI. Nei casi poi di tumulazione di quei defunti che avessero i loro- « sepolcri nella chiesa deirospitale, il parroco in tal unico caso potrà. «entrare nella chiesa medesima insignito di stola, ed esercitarvi le fune- «rarie competenti funzioni; e li funerali tutti saranno di ragione di esso « parroco, ed essendo invitati all'obito li cappellani delFospitale, inter- « veniranno come semplici sacerdoti, ma non potrà il parroco entrar «nella chiesa medesima insignito di stola in nessun altro incontro : «dovendo anzi chiedere espressa licenza; agli attuali presidenti della « Banca per la processione del *Corpus Domini, per* quella di S. Marco, e « per quella delle Rogazioni.

« E tutti li suddetti capitoli furono estesi di reciproco consenso-dalla

« sottoscritta parte- fra loro -stessi e successori, da essere rassegnati, al « Sovrano per la di lóro approvazione ed inviolabile esecuzione »¿

Approbatio autem et exsecutio habitae sunt die 16 martii 1786 et die 11 octobris 1788. .

Parochus igitur S. Marci, Carolus Antonius Bonvicini, aperte recognovit tum eo tempore, tum in tempus vetustum, exemptionem totalem hospitalis S. Bartholomaei a paroeciali iurisdictione parochi S. Marci, praecipue vero ius funerandi et sepeliendi quoad fideles in eodem hospitali decedentes.

Haec iura exemptionis et funerandi ac tumulandi semper exercuerunt capellani hospitalis S. Bartholomaei, nemine contradicente: at brevi abhinc tempore parochus S. Marci, Pegoraro, et praesertim eius successor, sac. Ioannes Perrin, ea infitiati sunt et oppugnarunt.

A. Ius quod attimi.* - Exemptio in genere est ius, quo persona aliqua, sive physica sive moralis ceu collegium, aut locus aliquis;subtrahitur ab ordinaria iurisdictione et potestate, qua vi iuris communis contineri deberet. Est igitur *ius* quoddam *singulare :* Devoti, *Inst. can.*, Proleg. Iii, XXXVI; seu magis proprie *privilegium :* Aichner^ *Ius eccles.*, § 211, 1; Oietti, *Synopsis,* v. *Exemptio.*

5. Hospitalis exemptio; a cura spirituali seu a iurisdictione paroeciali, io eo consistit quod qui in hospitali deputati sunt ad ministranda sacramenta infirmis, habeantur loco parochi, ipsumque hospitale intra suum ambitum dicatur habere territorium separatum, atque quoad ibi viventes constituere quandam speciem parochiae diversae ac stantis de per se: De Luca, *de parochis,* disc. XXI, n. 3. Quamvis vero hospitale exemptum sapere videatur quamdam speciem parochiae quoad infirmos ibi viventes ac morientes, quorum parochus dicitur ille sacerdos vel capellanus, qui pro eiusdem hospitalis servitio est deputatus, attamen dicitur quoddam ius parochiale improprium, et cum quadam iurisdictione in personas sive territoria, iuxta illam speciem iurisdictionis in personas absque territorio, seu verius iuxta illam impropriam territorii separationem, quae ad hunc effectum consideratur in monasteriis et conventibus Regularium : De Luca, *ib.*, n. 15.

Exemptio hospitalis igitur inter privilegia proprie dicta adnumerari debet. Aichner, 1. c; Santi, *Prael. iur. can.*, lib. V, tit. XXXIII, 2.

Hospitalis exemptio duplici ratione intelligi potest,; scilicet quoad administrationem temporalem et quoad curam spiritualem; hinc: duplex attenditur exemptio, ab Ordinarii nempe iurisdictione; : vel a cura spirituali parochi in cuius territorio situm est hospitale : A. Mortazö, *de causis-piis,* lib» IV, cap. XI, n. 39-45. Exemptio vero a iurisdi-

ctione Ordinarii respicit tantum temporalem administrationem, ut infra dicemus.

6. At quemadmodum iure communi omnia loca religiosa subsunt iurisdictioni ordinarii in cuius dioecesi sunt sita, ita communi quoque iure subsunt curae spirituali parochi in cuius territorio sunt, salvis iuribus, ut infra dicemus, parochi domicilii vel quasi domicilii, nisi aliter ferat statutum dioecesanum vel consuetudo loci, in infirmos ibi degentes, quoad sacramenta parochialia et funera; hinc regula quod, quemadmodum episcopus habet intentionem fundatam in iure super subiectione, quoad iurisdictionem, hospitalium et omnium locorum religiosorum intra fines suae dioecesis: c. *Si quis episcoporum,* 16, q. 5. c. *de Xenodochiis,* 3, *de Relig, dom.,* nisi exempta fuerint in fundatione, ac in eius limine, praescriptione aut privilegio apostolico: Clement, *quia contigit, de Relig. dom.,* ubi Glossa verb. *de iure;* ita parochus, salvis iuribus quae supra enumeravimus, in iure habet fundatam intentionem super subiectione, quoad curam spiritualem, hospitalium intra fines sui territorii, nisi exempta fuerint privilegio aut praescriptione: De Luca, cit., disc. XXXVIII, n. 2, et disc. XLI, n. 6, etc. Cuius regulae, seu praescriptionis iuris effectus est, ut onus probandi exemptionem hospitalis a cura spirituali seu a iurisdictione parochi intra cuius territorium situm est, transferatur in Capellanos.

7. Fontes igitur, ex quibus fluere potest exemptio hospitalis a iurisdictione parochiali, sunt privilegium et praescriptio. Qua in re Nobis nunc non est immorandum in quaestione num exemptio vi fundationis, titulo et re, distinguatur a privilegio, nec in alia quaestione an exemptio vi praescriptionis ultimo reducatur et ipsa ad privilegium : Aichner, 1. c, n. 1-3. Istae enim quaestiones, casum nostrum quod attinet, magis theoricae quam practicae sunt.

8. Privilegium quod spectat, disputatur utrum ad inducendam exemptionem hospitalis a iurisdictione parochiali requiratur privilegium apostolicum, ceu tenere videtur De Luca, cit., disc. XLI, n. 6, an vero sufficiat privilegium episcopale, aliis concurrentibus canonicis causis et conditionibus, ut verius censet Gennari, *Quistioni canoniche,* num. 337, p. 407, allegans decreta S. C. Conc., 20 maii 1882, 4 martii 1880, 12 aprilis 1881. Quae quaestio, rursus ad rem nostram quod spectat, magis theorica est, ut infra patebit.

9. Quoad praescriptionem vero notandum in primis est, in re nostra non sufficere quamcumque consuetudinem ; cum enim laedat iura tertii planum est in ea requiri etiam- conditiones praescriptionis, quoad possessionem, et quoad titulum praesertim et tempus ad praescribendum

requisitum ad normam cap. 1, *de Praescriptionibus,* in VI. Requiritur igitur et sufficit praescriptio vel quadragenaria cum titulo, vel centenaria aut immemorabilis sine titulo. S. R. Rota, *Mediolanen. - Iuris funerandi,* coram reverendissimo Decano Sebastianeiii, 20 maii 1914.

Speciatim vero ad probandam consuetudinem immemorabilem vel centenariam requiritur ut testes conformiter deponant sese saltem per 40 annos consuetudinem illam observatam vidisse, atque a maioribus suis audivisse semper fuisse observatam, quin ipsi testes aut maiores viderint aut audiverint aliquid factum fuisse in contrarium. Wernz, *Ius decr.,* vol. I, n. 192; Santi, cit., Lib. II, tit. XXVI, n. 45, etc.

10. Cum autem in praesenti controversia inter parochum S. Marci et capellanos hospitalis quaeratur in primis, ut patet ex primo dubio, an constet de totali exemptione hospitalis a quacumque paroeciali iurisdictione, animadvertendum est totalem exemptionem in casu non posse intelligi de exemptione totali *absolute,* sed tantum *relative;* relative scilicet ad naturam hospitalis et ad rationem propter quam exemptio hospitalibus tribuitur, ob magnam confusionem alias resultantem circa sacramentorum administrationem, quam frequentius ex improvviso, et quacumque hora, etiam de nocte facere oportet, si pro singulis infirmis diversarum parochiarum, etiam distantium, convocare oporteret proprios parochos, quod esset impracticabile: De Luca, cit., disc. XXIII, n. 11 Dicta igitur exemptio admittenda venit quoad ea, quae infirmis viventibus vel morientibus in hospitali congrua sunt et in quibus militat dicta ratio confusionis et impracticabilitatis, circa scilicet sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae seu Viatici, ac Extremae Unctionis, nec non tumulationem, seu funus illorum, qui in hospitali monentes nullam eligant sepulturam: De Luca, ib., disc. XXIII, n. 18, et disc. XLI, n. 6; non autem circa administrationem illorum sacramentorum, quae de regulari natura, sive pro frequentiori contingentia in hospitalibus administrari non solent, nempe Baptismatis, et eo minus Matrimonii, cum ad hunc effectum maior etiam iurisdictio seu iuris parochialis formalitas requisita videatur: De Luca, ib., disc. XXIII, n. 18, disc. XXXV1IÍ, n. 9-12, et disc. XLI, n. 3. Haec quidem in genere: in specie autem si exemptio fluat ex privilegio proprie dicto, ad privilegii tenorem standum est quoad effectus ad quos exemptio extenditur, cf. Santi cit., lib. V, tit. XXXIII, n. 2; si vero fluat ex praescriptione, valet regula: « tantum praescriptum, quantum possessum », consuetudo enim non extenditur de casu ad casum : De Luca, ib., disc. XXXVIII, n. 19-20.

.11. Eadem porro iuris principia, quae quoad exemptionem hospitalis, scilicet quod non fluat nisi ex privilegio aut ex praescriptione,

valent quoque quoad ius- funerandi et tumulandi competens capellanis hospitalis: S.-'R:''-Rota,-.*Mediolanen:*-^• *Juris funerandi,* cit.

12. Nunc autem, ut ea iuris principia quae modo exposuimus applicemus ad casum nostrum, Capellani hospitalis S. Bartholomaei exemptionem Cum primis probare' contendunt pluribus ex titulis, et praesertim, i) ex hospitalium natura iuridica et nosocomii Vicentini iuridica conditione; 2) ex canonica erectione eiusdem; 3) ex protectione immediata regis vel principis, qua hospitalis S. Bartholomaei gaudebat; 4) ex translatione iuris exemptionis ex antiquo hospitali S. Antonii in novum ; 5) ex constitutionibus, seu statutis hospitalis a senatu veneto approbatis anno 1773, et praesertim ex conventione Banca-Bonvicini anni 1786, quam supra retulimus.

Vera m primum argumentum quod spectat, natura seu conditio iuridica tum hospitalium magnarum urbium in genere, tum hospitalis Vicentini in specie, rationem quidem suppeditat,: cur congruenter, seu rationaliter exemptionem acquirere potuerit privilegio vel praescriptione : De Luca, cit., disc. XXIII, n. 12; non autem exemptionem ipsam tribuit; ratio legis enim non est lex. - ;

Item erectio canonica seu ecclesiastica hospitalis, hospitale ipsum quidem efficit verum ac proprium locum religiosum : Reiffenstuel, III, XXXVÍ, n. 1-3; ideoque: est primum ex praesuppositis requisitis, ut hospitale exemptione gaudere possit: at exemptionem ipsam, ut evidens omnino est, secum necessario non fert.

Protectio autem immediata regis vel principis, qua hospitale S. Bartholomaei gaudebat, ad summum ei tribuebat quidem ex dispositione sacrorum canonum et praesertim Conc. Trid., sess. 22-*de reform.,* cap. 8, exemptionem a iurisdictione episcopi quoad *temporalem administrationem* - de qua nunc ex necessitate inducta ex adversis civilibus legibus ne loquendum quidem Nobis est - non vero ipsum donavit aut donare potuit exemptione a iurisdictione episcopi *quoad divinum cultum,* praesertim cum hospitale S. Bartholomaei ob eius canonicam erectionem fuerit et sit ecclesiasticum: A. Mortazo, cit. ib., n. 45, aut exemptione *a paroeciali cura animarum.*

Quod vero attinet ad exemptionem translatam ex antiquo hospitali in novum, ut cetera praetermittamus, notandum **estr** documentum,, in quo exemptio antiqui hospitalis affirmatur, non gaudere ea authenticitate et iis conditionibus, quae ad plenam iuridicam probationem requiruntur.

Item quoad conventionem Banca-Bonvicini,: ea habet quidem vim declarationis, seu recognitionis exemptionis hospitalis, et ad Summum

probat exemptionem hospitalis eo tempore, seu anno 1786. At cum et parochus S. Marci et capellani recursum hincinde fecerint ad immemorabilem consuetudinem nunc vigentem, ad eam praecipue nunc attendendum est; fieri enim potuit ut hospitale S. Bartholomaei propriam exemptionem, quam forte habebat, amiserit per immemorabilem praescriptionem contrariam.

Idem dicendum est de constitutionibus seu statutis hospitalis sancti Bartholomaei et de ceteris argumentis quae primo patronus capellanorum sedulo congessit. Sunt enim quidem indicia praesumptionis facti seu hominis in favorem exemptionis; verum cum parochus pro se habeat intentionem fundatam in iure, seu iuris praesumptionem, ad contrarium demonstrandum, non sufficiunt indicia et facti seu hominis praesumptiones utcumque cumulata, sed opus est manifesta, concludenti fortiore probatione contraria: Rota, Recent, dec. 117, n. 3; 290, n^ 1; 469, n. 2, part.•% dee. 45, n. 7. part. 4, tom. I. Quam plenam exemptionis probationem non suppeditant, ut supra dictum est, nisi privilegium, aut praescriptio:. ::,'"::.':':::"

13. Quoad primum caput, capellani hospitalis Nos non docuerunt Privilegium neque apostolicum, neque episcopale ; privilegium enim, a quo exemptio hospitalis S. Bartholomaei a paroeciali iurisdictione profluere potuisset, est privilegium proprie dictum, seu ex speciali rescripto principis: Santi cit., Lib. V, Tit. XXXIII, num. 2; Aichner cit., § 211, num. 1-3.

14. At ex immemorabili praescriptione capellani revera consequuti sunt et obtinuerunt hanc contrariam, certam et plenam probationem super exemptione hospitalis S. Bartholomaei a quacumque paroeciali iurisdictione, quoad]administrationem sacramentorum Poenitentiae, Eucharistiae, Extremae Unctionis, et praesertim sacramentorum parochialium Viatici et Extremae Unctionis, cum illud Poenitentiae sit voluntarium, quoad funera fidelium in hospitali decedentium, necnon quoad benedictionem dandam in Sabbato Sancto, et similes functiones. :

Et in primis Patres capellanos absque licentia, dependentia aut interventu parochi S. Marci semper ab immemorabili administrasse in hospitali S. Bartholomaei sacramenta infirmis conferri solita, seu Poenitentiam et praesertim Eucharistiam seu Viaticum et Extremam Unctionem, nunquam vero parochum S. Marci, eoque minus auctoritate propria, seu ut parochum proprium administrasse haec sacramenta infirmis intra hospitale, testantur testes inducti a capellanis: Staffiero Ioannes, ad 1; Bile Aloisia, ad i; Pater Eusebius Perathoner qui fuit capellanus hospitalis ab anno 1898 ad annum 1906, quique interrogatus ad 1 : « Se consta

« al teste, e in che modo, che il parroco di S. Marco abbia esercitato « nell'ospedale diritti, funzioni strettamente parrocchiali come ammini- « strazio ne di sacramenti, benedizione del pio istituto e simili », respondit: « Sono stato all'ospedale come cappellano del 1898 al 1906, ed in « questo tempo mi consta che il parroco non ha mai esercitato giuri- « sdizione parrocchiale, come parla l'articolo, perchè non ho mai visto « il parroco di S. Marco a venire all'ospedale, per esercitarvi funzioni « strettamente parrocchiali. Che se qualche volta il parroco di S. Marco « veniva all'ospedale, veniva per confessare qualche suo parrocchiano, « sempre *de licentia* dei cappellani dell'ospedale, e se qualche volta « occorreva che il parroco, od i cappellani di S. Marco, dovesse portare « il Viatico a qualche suo parrocchiano fuori dell'ospedale, levava il « Viatico dalla chiesa dell'ospedale, *domandandone prima sempre licenza « ai cappellani»;* et ad 2. interrogatus: « Se consti al teste, e in che « modo, che i padri cappellani siano stati autorizzati dal parroco ad «esercitare la cura d'anime nell'ospedale» respondit: «Mai avuta « questa autorizzazione. Noi avevamo l'autorizzazione della curia, noi « non siamo mai ricorsi al parroco nell'esercizio delle nostre funzioni « all'ospedale, ma sempre alla curia vescovile, da cui intendevamo dipen- « desse solamente ». Trentin Moyses, ad 1 : « Sono stato servo dei cap- « pellani dell'ospedale dal 1894 a tutto il 1907 e non ho mai visto il « parroco entrare all'ospedale ad amministrare sacramenti, dare la bene- « dizione, ecc. » ; et ad 2 : « Mai col permesso del parroco, e mi consta « perchè durante il tempo del mio servizio ho sentito i cappellani stessi « che dicevano: " Noi siamo come i parroci qua dentro „ ». Spangher Aloisia, ad 1 : « Sono stata a servizio del defunto P. Mercante, cappel- « lano dell'ospedale dalla fine dell'anno 1893, alla metà del 1895, ed in « questo tempo non ho mai visto venire il parroco di S. Marco a fun- « zionare o amministrare i sacramenti ». P. Ludovicus Corsetti, qui sex annos fuit capellanus hospitalis, et deponit de scientia propria: « Dal- « l'anno 1896, in cui andai cappellano, e dal 1858 o 59 in cui cóme chie- « rico andava all'ospedale ad assistere alle funzioni e funerali », et quoad tempus anteactum de scientia accepta a P. Mercante, P. Cipriano, P. Benigno et ab aliis, qui fuerunt capellani hospitalis, quique ad 13, interrogatus : « Sa il teste se i parroci di S. Marco all'occorrenza entro l'ospe- « dale stesso abbiano : 1) amministrato il Viatico ; 2) amministrato la «Estrema Unzione od Olio santo; 3) assistito e benedetto matrimoni; « 4) data la benedizione del pio istituto nel Sabato Santo », respondit: « A me non consta che il parroco sia mai entrato ; qualche volta veniva « chiamato da qualche penitente, non come parroco, ma come qualunque

« altro confessore; mai amministrò l'olio santo, che sappia io», coli. ad 1-5, et ad 14-17; Ernestus Rizzetti, ab anno 1887 aedituus ecclesiae hospitalis, ad 1-5 et ad 13-17; sac. Petrus Verlato, ad 1-5 et ad 13-17; Hieronymus Lovato, ad 1-5 et ad 13-17; soror Maria Marangoni ab anno 1869 hospitali addicta, ad 1-5 et ad 13-17; soror Melania Priaro, ad 1-5 et ad 13-17; praesul Nazarius Zorzi ad 1-5 et ad 13-17; Zigliotto Ioseph ad 1, 3, 4 et ad 13-17, pater Gaudentius Pigato, qui anno 1867 hospitale S. Bartholomaei inivit, ad 1-5 et ad 13-67; necnon testes ipsi inducti a parocho, ut Marzemin Antonius, qui fassus est: « Il Parroco... << non aveva nell'interno dell'ospedale l'esercizio di culto, come ammini- « strazione dei sacramenti, Confessione, Comunione, Olio santo, funzioni « della settimana santa, ecc., le quali venivano esercitate dai Padri »; sac. Bartolus Pinetto ad 1, 3, 4 et ad 13-17; sac. Angelus Badile ad 1-5 et ad 13-17; Iacobus Rizzi ad 1, 3, 4, 5 et ad 13-17; Raymundus Cabalisti, ad 1, 3, 4, 5 et ad 13-17; Iacobus Rumor, ad 1 et ad 4; sac. Angelus Quattrini, ad 1-5 et ad 13-17; praesul Antonius De Marchi, ad 1, 3, 4, 5; Petrus Fox, ad 1-5 et ad 13-17; praesul Veritas Goriolato ad 1-5; praesul Attilius Caldana ad 1-5, etc.

Nec difficultatem facit licentia ab Ordinario capellanis concessa ad excipiendas confessiones; nam capellani, hac obtenta, vi muneris seu officii sui et omnino independenter a parocho sacramenta parochialia Viatici et Extremae Unctionis administrabant et administrant, ut de cetero iidem faciunt P. Eusebius Perathoner ad 1 ; P. Ludovicus Corsetti, ad 2; Ernestus Rizzetti, ad 2 et 3; sac. Angelus Badile, ad 2; sac. Petrus Verlato, ad 2; sac. Angelus Quattrini, ad 2; P. Gaudentius, Pigato, ad 2, etc.

Consuetudinem vero, de qua testes quos supra eo m memoravimus, deponunt, omnibus conditionibus, quae ad immemorabilem firmandam praescriptionem requiruntur, gaudere, patet ex depositionibus testium P. Ludovici Corsetti, P. Gaudentii Pigato, sororis Mariae Marangoni, Ioannis Staffieri, et ex inferius dicendis quoad ius funerum.

Nec iterum difficultatem facit Curiae declaratio diei 13 decembris 1913: ea enim cum spectet omnia instituta pia civitatis Vicentinae, nil probat contra hospitale S. Bartholomaei, stante contraria speciali consuetudine immemorabili capellanorum administrandi ea sacramenta parochialia omnino independenter a parocho S. Marci.

15. Item constat de consuetudine seu praescriptione immemoriali in favorem capellanorum hospitalis quoad benedictionem pii ac religiosi instituti in sabato sancto, de ea enim testantur P. Eusebius Perathoner, ad 1-5; Trentin Moyses, ad 1-2; Spaugher Aloisia, ad 1; P. Ludovicus-

Corsetti, ad 1-5 et ad 13; Rizzetti Ernestus, ad 1-5 et ad 13-17; sacerdos Petrus Verbato, ad 1-5 et ad 13-17; soror Maria Marangoni ad 1-5 et ad 13-17; soror Melania Priaro, ad 1-5 et ad 13-17; Zigliotti Ioseph, ad 1-5 et ad 13-17; P. Gaudentium Pigato, ad 15 et ad 13-17; praesul Attilius Caldana, adi, ad 3^5 et ad 13-17.

Idem dicendum de ceteris sacris functionibus; ex dictis enim constat nunquam parochum S. Marci exercuisse quoad eas munus suum parochiale in hospitali S. Bartholomaei, et ex adverso eas semper exercitas fuisse a capellanis hospitalis. In specie vero de iis testantur Antonius Marzemin *in fine,* Bile Aloisia, P. Eusebius Perathoner, ad 1; Trentin Moyses, ad 1; Spaugher Aloisia, ad 1, etc.

16. Quoad exsequias vero et ius funerandi et sepeliendi, circa quae potissimum inter partes disputatum est, animadvertendum *est in iure* quod exsequiarum nomine iure nostro veniunt omnes illi ritus; quibus Ecclesia cadavera suorum fidelium eohonestat usque ad eorum inhumationem. Quare exsequiae plura comprehendunt, scilicet levare de domo cadaver, funus ducere, cadaver ad ecclesiam deferre, officium mortuorum recitare, Missam exsequialem peragere, benedictionem cadaveri impertiri, illudque in loco sacro reponere. Ius completum igitur exsequias peragendi haec omnia complectitur, simul cum iure percipiendi debita emolumenta: Oietti, *Synopsis, v. Exsequiae.* Vel, ut passim distinguitur a canonistis, *ius funerandi* tria praecipue complectitur: 1) associationem cadaveris ad ecclesiam, uti nunc vocant, ëxponentem; 2) celebrationem in ecclesia iustorum funebrium; 3) delationem cadaveris ab ecclesia ad tumulum, seu coemeterium (D'Annibale, *Theol, mor.,* III, n. 176).

Verum, cum ius funerandi cohaereat, tamquam accessorium, iuri sepeliendi: S. CC., 4 martii 1722, 16 martii 1726, 6 februarii 1734,ap. Benedict. XIV, Not. 105, 25; cum item ius eiferen di mortuos ducendique funus ab ecclesia ad tumulum, seu coemeterium his competat quibus, non exstantibus coemeteriis, sepeliendi ius foret: S. C. Episcoporum, 17 septembris 1880; *Acta;* XXIII, 421; Vecchiòtti, *Instit, can.,* vol. II, lib. III, cap. V, § 62; D'Annibale cit., ib., not. 80, 84; semel probato iure .associandi cadaver e domo, seu e loco mortis ad ecclesiam, et iusta funebria ibi peragendi, iam per se consequitur ius quoque deferendi mortuos ad tumulum, seu coemeterium., totum nempe et integrum ius funerandi.

17. Iamvero in controversia nostra, patronus capellanorum ius funerandi deducere cum primis videtur ex iure, quo sine ulla dubitatione pollent capellani hospitalis; administrandi in hospitali sacramenta parochialia,

infirmis in hospitali conferri solita, velut eius necessarium consectarium. At non recte: nam ut statuit Bonifacius VII! in cap. *% deSepulturis,* in VI, sepultura debetur « illi ecclesiae, in quo ille (defunctus) officia « consuevit audire divina, et ecclesiastica- recipere sacramenta ». Quare ius funerandi est unum e iuribus stricte parochialibus, quod per se et iure communi competit sacerdoti, qui verus et proprius parochus est, non autem per se et necessario competit sacerdoti et capellano, qui improprie parochus est, et habetur loco parochi tantum ad quosdam effectus, seu ad quaedam iura parochialia: De Luca; cit., disc. XXVII, n. 15, quamvis ut plurimum et ordinario ius tumulationis Coniunctum sit cum iure administrandi sacramenta, quae infirmis congruunt: De Luca, cit., disc. XLI, n. 6 et disc. XXIII, n. 18. Quare ne in iure funerandi quidem recedendum est a principiis iuris, quae supra statuimus quoad exemptionem, iuxta quae hospitali, seu hospitalis capellanis ius funerandi et sepeliendi quoad fideles in eodem hospitali decedentes, adversus parochum proprium seu domicilii aut quasi domicilii infirmorum, vel, ut fert consuetudo^ et firmant statuta synodalia vicentina pro re nostra, adversus parochum loci, ubi quis mortuus est, seu adversus parochum loci, ubi situm est hospitale, iisdem hospitalis S. Bartholomaei capellanis competere non potest nisi ex duplici capite, ex privilegio scilicet vel consuetudine, seu ex praescriptione quadraginta annorum cum titulo, vel ex praescriptione immemorabili : S R. Rota,' *'Mediolanen.,* 'cit.

18. Iamvero capellani hospitalis S. Bartholomaei certo et concludenter probaverunt ex immemorabili praescriptione sibimetipsis seu hospitali competere exemptionem a parochia S. Marci etiam quoad ius funerandi et sepeliendi fideles in eodem hospitali decedentes, seu quod idem est, sibimetipsis, non parocho S. Marci, competere ius sepeliendi et funerandi quoad fideles in hospitali S. Bartholomaei decedentes.

Verum quoad praxim hospitalis sancti Bartholomaei circa funera, distinguenda in primis est duplex ratio funera ipsa peragendi; prout nempe mortui deferebantur et deferuntur ad hospitalis ecclesiam vel secus..

Quam duplicem rationem funera peragendi ita explicat P. Gaudentius Pigato, ad 20: « Spiego il metodo che tenevano i cappellani. Dal « letto si leva il cadavere con la recita del *De profundis.* Dalla sala alla « cella mortuaria si recita il *Miserere* ed altri salmi secondo la distanza. «Giunti alla porta della cella mortuaria, si recitano le preghiere pre- « scritte del Rituale, finite le esequie viene introdotto nella cella mor- « tuaria. Io avevo vivo desiderio che queste esequie, che venivano recintate alla' porta delia cella, fossero invece recitate in chiesa, ma gli.

«infermieri si rifiutarono: primo perchè alcune mattine erano più i « defunti per i quali si doveva praticare questa pia opera, e portarli in « in chiesa sarebbe stato maggiore consumo di tempo per loro ed obbli- « garli ad un lavoro a cui non erano obbligati, e se io lo voleva mi. « toccava pagarli.

« Quando le famiglie del defunto domandavano il funerale interno, «si praticava in questo metodo: gl'infermieri portavano il defunto in « chiesa, con due banchi formavano una specie di catafalco, sopra il « quale veniva deposto il defunto entro la cassa, la quale veniva coperta « di uno strato mortuario, ed intorno si ponevano quattro o sei can- « dele a norma che ordinavano le famiglie; si cantava l'ufficio, vi era « la Messa letta o cantata secondo veniva ordinato, poi si cantavano le « esequie di rito. Terminata la funzione, si trasportava il cadavere nella « cella mortuaria ».

Et in responsione ad 27, rogatus ut melius explanaret num pro omnibus defunctis, et pro iis quoque quibus peragebantur funera in parochia S. Marci, celebrarentur exsequiae- internae in ipso hospitali S. Bartholomaei, respondit: « Per tutti indistintamente, tanto per quelli « che domandavano esequie interne e funerali in S. Marco, quanto per « quelli che volevano solo il funerale in S. Marco. E per tutti si celebra- « vano le esequie secondo il Rituale Romano. Dette esequie venivano « celebrate al sottocoro nel trasporto dalla sala al sottocoro, come già « ho spiegato sopra ».

Primam igitur rationem, qua cadavera e loco mortis, vulgo *sala,* directe ducebantur ad cellam quam vocant mortuariam, in hospitali Vicentino vulgo *sottocoro,* quin efferrentur in hospitalis ecclesiam, pater Pigato appellat *exsequias:* alteram vero rationem qua cadavera e loco mortis, vel a cella mortuaria efferuntur in hospitalis ecclesiam, uti ibi Missa celebretur necnon mortuorum officium recitetur, et ab ecclesia, persoluta functione, ducuntur ad cellam mortuariam, appellat *funus.*

Quam duplicem rationem exsequias seu funera peragendi confirmat Ioseph Zigliotto, qui ab anno 1865 in hospitali munere fungitur aegrorum ministri. Quoad primam enim ait, ad 27, *in fine: «* La salma è « levata dal letto da due infermieri alla presenza di un cappellano con «stola e di due infermieri che portano candele e senza croce. Al « momento di levarlo dal letto e di porlo in cassa il cappellano gli dà « la benedizione con l'acqua santa e con questo trasporto è accompa- « gnato al sottocoro: il cappellano recita preghiere lungo la scala, e « giù dalle scale il. cappellano si ferma a recitare le preci, che gli spet- « tano, e dopo il cadavere viene portato nel sottocoro. Ciò vien fatta

« per tutti i defunti, anche per quelli per i quali si fanno funerali « esterni ».

Quoad alteram vero: *ib.:* « In chiesa la salma vien posta sul cata-« falco, coperta dello strato, e circondata da torcie, ed i cappellani can-« taño i loro ufìicii, che devono cantare, e dicono la Messa. Finita « la funzione, i frati si ritirano in sagrestia, e la salma è ricondotta « dai due facchini soli al sottocoro, senza croce, senza torce, senza « corteo ».

Iamvero quoad caeremonias illas seu ritus, quos P. Pigato appellat exsequias, nullum dubium est hos ab immemorabili consuetudine peractos fuisse a capellanis hospitali S. Bartholomaei iure proprio et independenter a parocho S. Marci, et absque eius licentia vel interventu, pro omnibus defunctis in eodem hospitali. Dubitatum nimirum non est nec serio dubitari potuit de conditionibus requisitis, praesertim vero quoad tempus, ad praescriptionem immemorabilem; sed tantum dubitari potuit an illae exsequiae dici possint vere et propriae exsequiae in sensu iuris canonici. Certe quidem mos iste non deferendi mortuos in ecclesiam per se laudabilis non est: S. R. C. in una *S. Iacobi de Venesuela* 11 augusti 1888, ut ceterum animadvertit ipse P. Pigato; quemadmodum item per se, et praescindendo ab antiqua consuetudine civitatis Vicentinae, de qua fidem facit cancellarius episcopalis curiae Vicentinae, laudandum non est quodam exsequiis solemnibus mane quoque peractis, ordinarie non celebretur Missa praesente corpore, edicente Rituali Romano, « quod antiquissimi est instituti, illud quantum « heri potest, retineatur, ut Missae praesente corpore defuncti pro « eo celebrentur antequam sepulturae tradatur ». Verum attento ex una parte quod cadaver, iuxta morem hospitalis S. Bartholomaei, dum levatür, a capellano stola induto benedicitur ac aspergitur aqua benedicta, et dum effertur recitantur preces praescriptae in Rituali Romano: atque attento praesertim ex altera parte, quod si cadaver non ducitur in ecclesiam id pendet á circumstantiis peculiaribus hospitalis, omnino independentibus a voluntate patrum capellanorum, attentis scilicet peculiaribus conditionibus loci ac personarum, non videtur denegari posse illas caeremonias seu ritus secumferre veram rationem et naturam exsequiarum in sensu iuris canonici.

Quoad funus vero internum quod vocat P. Pigato, nullum dubium est illud esse iustum funus in sensu iuris canonici; nam cadaver ducitur in ecclesiam, ibi officium funebre et Missa exsequialis celebratur cum precibus et exsequiis de ritu: quare hic quaeritur tantum de tempore ad praescriptionem immemorabilem requisito.

Verum haec funera interna ab immemorabili celebrari in hospitali S. Bartholomaei a capellanis iure proprio, independenter a '.parocho S, Marci, et absque eius licentia aut quovis interventu, praecipue testantur: pater Ludovicus Corsetti ad 10, 11 coli cum 1-5, de scientia propria per 54 annos, et quoad anteactum tempus de scientia accepta a maioribus capellanis; pater Gaüdentius Pigato, qui anno 1867 hospitale adivit ut ibi munus capellani obiret, de scientia propria per 46 annos, et de scientia a maioribus item capellanis accepta quoad anteactum tempus, ad 6-11; soror Maria Marangoni, 72 annos nata et ab anno 1869 hospitali addicta, per 44 annos de scientia propria, et quoad praeteritum tempus de scientia accepta a maioribus sororibus et praesertim a superiorissa, quae hospitale adivit anno 1853, ad .2-11; Ioannes Stanerò, qui per 45 annos servitium suum in hospitali praestavit, de scientia propria per 45 annos et de scientia accepta quoad anteactum tempus, ad 3 et ad 6. His autem testibus addendi sunt, soror Melania Priaro, ab anno 1860 hospitali addicta, quaeque ab eo tempore id. observatum vidit, ad 3-11 ; Ioseph Zigliotto, qui ab anno 1865 in hospitali munere aegrorum ministri fungitur, quique ab eo tempore id observatum vidit; Bile Aloisia-, quae fuit capellanorum famula, quaeque ab anno 1880 id observatum vidit; necnon Ernestus Rizzetti, qui ab anno 1887 est ecclesiae hospitalis aedituus, quique ab eo tempore id observatum vidit, idemque accepit quoad praeteritum tempus, ad 1-11; Lovato Hieronymus, qui a 36 annis id observatum vidit, idemque accepit a maioribus quoad praeteritum tempus, ad 6-11; Spaugher Aloisia, quae fuit famula patris Mercante, capellani hospitalis, ab anno 1893 exeunte ad annum 1895, quaeque id observatum vidit ab eo tempore, idemque accepit quoad tempus praeteritum, ad 1 et 3; Trentin Moyses, qui id observatum vidit per 20 annos, idemque accepit quoad praeteritum tempus, ad l-5; Marchesini Alexander, etc.

19. Nec excipi potest patres capellanos, qui in testes producti sunt, interesse habere in causa; sunt enim testes graves et integri, atque iniquum esset suspicionem concipere de eorum iuratis testimoniis, praesertim cum haec ab aliis testibus apprime confirmentur.

Neque opponi potest ex hisce non constare ius funerandi *privative* quoad capellanus, nam pariter probatum est per eosdem testes, quos supra commemoravimus, nunquam ab immemorabili parochum S. Marci funera intra hospitale S. Bartholomaei peregisse.

Neque vero hanc immemorabilem consuetudinem in favorem capellanorum hospitalis infringunt testes a parocho S. Marci produçti, qui deponunt morem, qui ¡ in hospitali invaluit, observari. tantum a decem

vel a quindecim ad summum annis. Nam primo quidem testes a capellanis hospitalis dati vel munere capellanorum in eodem hospitali functi sunt ut Patres Perathoner, Corsetti, Pigato, vel hospitali addicti, ut sorores Marangoni et Priaro, Staffiere, Marchesini, Zigliotto, Rizzetti, vel famuli aut famulae capellanorum ut Trentin, Bila, Spaugher, etc., adeoque testes sunt valde idonei ad confirmandam consuetudinem vigentem in hospitali; testes vero a parocho S. Marci laudati vel fuerunt et sunt ecclesiae S. Marci addicti, ut Zecchini, Quattrini, Fox, vel aliis ecclesiis addicti ut Tromben, Franchini, Gabalisti etc., ideoque testes sunt minus idonei ad denegandam consuetudinem in hospitali S. Bartholomaei. Praesertim vero testes, qui asserunt consuetudinem illam paucis tantum abhinc annis invaluisse, loquuntur de more mortuos post peractum funus in hospitali, immediate et directe ducendi ab hospitali ad coemeterium, praesertim ope currus specialis: ita sac. Aloisius Zecchini ad tertium ex articulis propositis a procuratore capellanorum : sac. Angelus Quattrini *in fine:* iacobus Rizzi ad 18: Petrus Fox ad 23, etc. Quod si in anteactum tempus mortui ab hospitali ad coemeterium plerumque noctu et communi cursu efferebantur, id per accidens se habet ad ius funerandi verum et proprium. -

Neque obest quod quamplurimi, iique graves testes deponant de funeribus ab immemorabili peractis in ecclesia S. Marci: id enim tantum probat ex consuetudine, de licentia, vel etiam absque licentia capellanorum hospitalis, inductum fuisse ut fideles defuncti in hospitali, post exsequias intra hospitale habitas, solemnioribus quoque exsequiis cohonestarentur in parochia S. Marci. Ceterum in eiusmodi casibus, praxis ipsa qua capellani mortuos tradunt parocho S. Marci, satis superque probat hospitalis exemptionem, parochumque S. Marci nulla iurisdictione parochiali in hospitalis finibus pollere. Parochus enim cum clero nunquam septa hospitalis ingreditur, sed in atrio sistit, ibique feretrum recipit a capellanis: sac. Aloisius Zecchini ad 5; Spaugher Aloisia ad 3; Hieronymus Lovato ad 18 et 25, etc.

Cum igitur capellani probaverint competere hospitali S. Bartholomaei exemptionem ex immemorabili consuetudine, non officit declaratio episcopi Vicentini, quod in tota dioecesi duo tantum sint instituta exempta: ea enim probaret ad summum exemptionem hospitalis S. Bartholomaei non profluere ex privilegio episcopali.

Concludendum igitur est ex actis et allatis certo constare hospitali S. Bartholomaei competere exemptionem totalem, sensu supra exposito, a quacumque paroeciali iurisdictione: parochi S. *i* Marci; tum quoad'administrationem sacramentorum, quae infirmis mimstrarirsolent, Roehiten-

tiae nempe, Eucharistiae seu Viatici, Extremae Unctionis, exceptis quidem -sacramentis Baptismi et Matrimonii, tum quoad benedictionem dandam hospitali in Sabbato Sancto, tum praesertim quoad funera fidelium in eodem hospitali decedentium.

Quoad expensas demum iudicii primae instantiae, cum stricto iuri conforme sit ut victus damnetur in expensis, sententiam curiae Vicentinae, etiam quatenus parochum S. Marci damnavit in expensis, confirmamus; quoad expensas iudiciales vero in hoc sacro Tribunali, ex quadam aequitate, prout apud hoc sacrum Tribunale invaluit, compensatas esse volumus, praesertim vero quia parochus S. Marci iura suae parochiae tuitus est: eum vero damnamus ad solvendam taxam pro sententia rotali.

20. Hisce omnibus rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, ad proposita dubia respondentes:

Ad I. *Affirmative, tum quoad administrationem sacramentorum, quae infirmis in hospitalibus conferri solent, Poenitentiae nempe, Eucharistiae, Extremae Unctionis, exceptis quidem sacramentis Baptismi et Matrimonii, tum quoad benedictionem dandam hospitali ipsi in Sabbato Sancto, tum praesertim quoad funera fidelium in eodem hospitali decedentium.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Et praeterea, expensas iudiciales apud hoc sacrum Tribunale compensandas esse inter partes; taxam vero pro Rotali sententia totam a parocho S. Marci solvendam esse, volumus et declaramus.

Mandamus autem Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 29 martii 1915.

Aloisius Sincero, *Ponens.*

Iosephus Mori.

XI..)$È S. Fridericus Cattani.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 29 martii 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

NIGIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MASSIER - GAUTHIER)

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 15 martii 1915, BB. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus Ponens, *Seraphinus Manu et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Nicien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Ioannem Massier, *repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et* Germanam Gauthier, *contumacem, interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Die 10 martii 1900, Parisiis, in ecclesia S. Augustini, Ioannes Massier tres supra viginti annos natus ex oppido Vallauris, Nicien. dioecesis, matrimonium contraxit cum Germana Gauthier trium et viginti pariter annorum. Coniuges per annum commorati sunt Vallauris, deinde urbem petierunt Niciensem, ibique, post sex fere menses, Germana certiorata fuit a marito ipsum aliam feminam maxime deperire et nuptias iniisse non amore, sed materna dumtaxat adactum coactione. His tunc prima vice auditis, et a sponsi matre confirmatis, Germana die 20 mensis decembris 1902 suo viro valedixit, et cum filióla, quam ex Ioanne genuerat, ad patrem suum reversa est. Quatuor post menses, e vivis sublata matre Ioannis, mulier ad virum suum remeavit sperans se cum eo vitam coniugalem rursus instauraturam; at reluctantem Ioannem invenit. Hinc causam divortii apud iudicem civilem intentavit, et sententia favorabili obtenta, alio viro adhaesit. Ioannes Massier non illico, sed post undecim fere annos, i. e. die 11 aprilis 1913, supplicem libellum misit Summo Pontifici Pio X, f. r., ut ab H. S. O. etiam in primo gradu nullitas sui matrimonii declararetur ex capite vis et metus.

Obtenta pontificia commissione, et rite confecto processu in curia Niciensi, hodie causa discutienda proponitur sub consueta formula dubii: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

Ius quod attinet, Domini Patres adnotarunt contractum matrimonialem ita exigere in contrahentibus libertatem, ut ab eo removeri debeat omnis suspicio metus et coactionis, qua minus spontaneum appareat voluntatis propositum. Notissima est dispositio Alexandri III, in cap. 14 *de sponsalibus:* « Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio

« intervenit, necesse est, ut ubi consensus cuiuspiam requiritur, coactio-**ne** nis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, « et ubi de ipso quaeritur, plena debet ille securitate gaudere, ne per « timorem dicat sibi placere quod odit ». Eadem habentur in cap. 15 eiusdem tituli, ex quibus capitibus orta est theoria canonica omnium Doctorum consensu recepta, quod saltem iure ecclesiastico metus dirimat matrimonium.

At non cuiuslibet metus ratio habenda est. In primis enim non attenditur metus levis, nam metus debet esse gravis, seu cadens in constantem virum. Metus autem gravitas aestimari potissimum debet ex gravitate mali seu damni, quod timetur, sive illud sit grave in se, v. g. mors, infamia, etc., sive sit grave relate ad illum qui metum patitur. Ulterius metus debet procedere a causa libera: debet esse iniustus, et directus ad extorquendum consensum sive cum persona determinata, sive cum una ex compluribus eligenda, sive etiam ad statum coniugalem, impediendo electionem status.

Animadvertendum ulterius est, metum esse probandum ab illo qui metum allegat. Cum autem metus passio sit animi, haud facile est iudicare, utrum consensus in matrimonio spontaneus fuerit et ex libera electione elicitus, vel ex alieno imperio. tlinc testes idonei audiendi sunt, et diligenter perpendenda omnia adiuncta et circumstantiae matrimonium antecedentia, concomitantia, ac subsequentia. Quibus attentis, si dubia adhuc res sit, standum est pro valore matrimonii, quia causa matrimonialis est favorabilis. Quo spectat illud Innocentii III in cap. 47, *de testibus et attestationibus: «* Tolerabilius est aliquos « contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime « contra statuta Domini separare ».

Nunc ad factum. Ioannes Massier sive in libello introductivo iudicii, sive coram iudice testatur: « Ma mère m'a absolument forcé, en me-« naçant de me chasser de la maison et de me déshériter ». Ad assertum probandum septem affert testes. At Patres de valore factarum testificationum valde dubitandum esse censuerunt. Etenim primitus incredibile est asserere matrem personas familiae extraneas, imo testem Aemilium Paul, qui apud officinam Massier paucis ante matrimonium mensibus adscriptus fuerat, ita ut Ioannem cognoverit « au moment de son mariage », omnium sermonum consiliorumque circa matrimonium participes fecisse, quin de ea re filiis familias Iosepho et Alphrido sermonem semel instituent. Iosephus enim minas excludit, Alphridus vero deponit de minis, quia hoc didicit a fratre Ioanne. Nec refert asserere Iosephum tunc temporis Parisiis commorari ratione studiorum, nam res domesticas

scire optime poterat a fratribus, vel a parentibus, a patre praesertim, qui cum eo *se confiait habituellement.*

Ulterius adest contradictio inter depositionem sponsi et testificationes Barel et Maurel. Ille enim dicit neminem praeter *mon avoué et ma famille* pacem inter sponsos restituere expertum esse, cum Barel et Maurel affirment se *sans succès* fecisse *des démarches.* Praeterea testes Barel, Danillon, Maurel et Paul non solum iisdem identicis verbis incapacitatem et incuriam patris quoad filii matrimonium asserunt, quod suspicionem iniicit responsiones compositas fuisse et concinnatas, sed, quod maius est, in priori inquisitione iudiciaria, si unus excipiatur testis Maurel, nihil vel parum de minis deposuerunt, at in altera super eisdem aut fere eisdem articulis interrogati, secundum Ioannis assertum et desideria testati fuere. Porro clarum est iuridice suspectas esse attestationes, quae ab eisdem testibus super eisdem, aut fere eisdem articulis proferuntur, quando prioris inquisitionis acta iam publicata sunt et a partibus apprime cognita, ut factum est in nostro casu. Imo ulterioribus testium attestationibus super eisdem articulis tanta suspicio inuritur, ut iure communi non liceat iterum eosdem vel novos producere testes super eisdem articulis interrogandos, uti clarissime constat ex cap. 17, *de testibus,* et cap. 2 eodem titulo in Clementinis. Verum quidem est ab hac prohibitione excipi causas, quae non transeunt in rem iudicatam, uti sunt causae matrimoniales, propter favorem eis debitum (cap. 35, *de testibus);* sed etiam in istis causis iuridica suspicio non tollitur. Etenim, uti scribit Emus Lega *(de iudiciis,* t. I, p. 500, edit. 1896) « neminem latet quanta circumspectione huiusmodi producciones per-« mittere debeat iudex, quantaque prudentia novas attestationes pensare « debeat : nam, si permittitur novum huiusmodi periculosum experi-« mentum, ob extraordinariam negotii gravitatem, tamen latens fraudis « periculum iudex ob oculos usque habeat ».

Hisce adnotatis circa testificationum valorem, Patres quaestionem instituerunt « an in casu agatur de metu gravi, et directo ad extor-« quendum consensum ». Relate ad gravitatem metus, minae, quas mater adhibuit ad Ioannis animum frangendum ex actis reducuntur ad electionem e domo et privationem haereditatis maternae. Verum quoad electionem e domo, hanc minari non ad matrem sed ad patrem pertinebat. Et quamvis testes deponant de nimia patris Ioannis bonitate, illumque referant in omnibus voluntati uxoris cedentem, haud tamen fas est illum credere tanta debilitate laborantem, ut potuerit sese remissive habere etiam in iis quae patriam attingebant potestatem. Deinde iuxta legem gallicam *(Code civil,* art. 203, 208) parentes tenentur erga liberos etiam

maiorennes obligatione praebendi alimenta *(obligation alimentaire)* quae respicit non solum victum et vestitum, sed etiam habitationem, uti vigebat in iure romano, ex 1, 6, *de alimentis ac cibariis.*

De materna exhaeredatione dubitandum ante omnia est haereditatem matris fuisse pinguem, ut eius privatio grave malum esse potuerit. Scimus enim matrem nuptias proprii filii cum Germana optasse ad rem familiarem sublevandam. Ita Paul dicit non bonam fuisse « *sa situa-« tion financière* » et Danillon addit « les affaires commerciales lui ont « donné beaucoup de soucis ». Insuper in Gallia exhaeredatio proprie dicta est impossibilis : secundum enim legem civilem in haereditate paterna vel materna, pars bonorum maior vel minor, iuxta numerum filiorum his reservata manet : in specie, cum essent tres filii, unusquisque ius habebat ad quartam partem haereditatis : et genitores libere disponere non poterant nisi de quarta parte bonorum (Cod. civil., art. 913). Et iuxta hanc civilem dispositionem domina Massier suum confecit testamentum, quod prostat in actis : ex ipso apparet eam nominasse haeredem suum primogenitum, pro quarta tantum parte, de qua disponere libere valebat, et declarat primogenitum aliis duobus filiis praetulisse: « voulant reconnaître le dévouement et le désintéressement dont « mon fils aîné Alfred Massier a fait preuve dans l'intérêt général de la « famille, en me secondant dans la gérance et l'administration de notre « manufacture et même en assumant seul cette lourde tache ».

Igitur metus non fuit gravis quoad minas in se inspectas : nec etiam gravis dicendus est relate ad personam, cui incussus fuit, Ioannem videlicet Massier. Etenim primo adnotandum est Ioannem, tempore quo mater ei praedictas intentabat minas, 22 aut 23 annos iam natum fuisse, liberalibus disciplinis excultum, nec rerum, quae ad negotiationem pertinent, ignarum, ideoque sibi sine magna difficultate providere potuisse. Deinde acta nobis exhibent Ioannem plena libertate frui tum respectu parentum, tum respectu fratrum, et quamvis plerumque a testibus praedicetur « très doux et très soumis à sa mère », nihilominus non solum matri non obediebat, sed aliquando illi cum certa quadam audacia respondebat, ut deponit testis Barel, in secundo interrogatorio. « Une « fois que M. Jean, rentré le matin, Madame Massier pleurait et lui « faisait des reproches de ce qu'il la rendait malade par son refus de « mariage, M. Jean répondit : " Je le ferai, si tu le veux, mais tu en « auras bien du regret plus tard „ ».

Metus non solum non fuit gravis, sed neque directus ad extorquendum consensum, aut saltem hoc ex processualibus tabulis non eruitur. Ioannes enim in supplici libello Summo Pontifici oblato scribit : « Cette

« union m'avait été imposée par ma famille, qui pour des raisons « d'ordres intimes voulait mettre un terme à une affection profonde, que « je ressentais pour une certaine personne ». Insuper quinque testes (e septem qui auditi fuerunt) asserunt matrem Ioannis in exercendo aliquali influxu in filium, sibi duos fines proposuisse: i. e. tum ut averterei filium a libidinosa cum quadam amasia consuetudine, tum ut illum induceret ad matrimonium cum Germana contrahendum. Ita clare et expresse Aemilius Paul, Paulus Danillon, Victor Maurel, Augustus Barel et Iulius Maissa. Hic postremus testis in inquisitione suppletoria ad 1. dicit « Je crois (matrem impulisse filium) à cause de la « situation de Mademoiselle Gauthier, qui était riche », et ad 2 : « Je « crois que madame Massier avait pressé son mari d'avantager son fils « aîné, au détriment de M. Jean pour le contraindre à quitter une liaison « qu'elle lui connaissait et à épouser Mlle Gauthier ». Quae cum ita sint, dici nequit matrem vim moralem adhibuisse ad extorquendum a filio consensum matrimonialem: fortasse satis matri fuisset si filius voluptuosam consuetudinem abrumperet. Cum ergo dubia saltem res sit, pro valore matrimonii est praesumendum.

At ponamus probatum esse metum fuisse gravem et directum ad consensum matrimonialem extorquendum, adhuc superesset ostendere Ioannem sub praefati metus influxu matrimonium contraxisse. Cum enim ex nolente possit quis fieri volens, Ioannes antea voluntati matris reluctans potuit, postea eius consiliis acquiescere- et libere foedus inire coniugale. Inspiciendum itaque est iuxta Dominos Patres, quomodo Ioannes se gessit cum Germana sive ante matrimonium, sive in matrimonio, sive post matrimonium.

Ante matrimonium Ioannes numquam sponsae declaravit se aegre eam ducturum, uti patet ex responsione Germanae ad 10 interrogationem. Ipse quidem fatetur : « Je me suis tenu sur ma réserve pour « lui montrer poliment que je n'avais pas de l'affection pour elle ». Sed est inverosimile, quod ita *poliment* se gesserit, ut sponsa de eius aversione, per sex menses sponsalium, nec suspicata fuerit. Imo oportuit, ut sponsus post annum et dimidium pacificae cohabitationis sponsam monuerit de eius aversione. Fatendum est Ioannem aliquas querelas cum amicis movisse, at hae carent omnino vehementia. Et si testis Barel in secundo interrogatorio deposuit audivisse altercationes matrem inter et filium, hae ex eo repeti debent, quia filius noctem cum amasia pertransiens, matutinis horis domum fuit reversus.

Adveniente die matrimonii et ipso die matrimonii omnia recte et more solito se habuerunt. Nec enim in contractu pecuniario, qui matri-

monio praemissus fuit, nec in sic dicto matrimonio civili, nec in matrimonio religioso, quidquam insoliti notatur in actis. Imo iudici interroganti: « La cérémonie a-t-elle eu quelque chose d'anormal?» sponsus respondit: « Non, rien d'anormal », et sponsa: « Au moment du mariage, « je n'ai pas eu raison d'en douter ».

Post nuptias, Ioannes matrimonium consummavit, et non aegre, uti desumitur ex depositionibus utriusque partis. Dicit enim Germana : « Dès notre mariage, il s'est conduit en véritable mari » ; et Ioannes iudici interroganti: « Avez-vous eu néanmoins avec votre épouse des «relations conjugales» respondit: « Oui, j'ai rempli mon devoir sous «tous les rapports. Nous avons habité environ quinze mois ensemble: « car les rapports ont définitivement cessé après la conception de la « fillette que nous avons eue ». Insuper, uti patet ex his verbis, Ioannes et Germana simul cohabitaverunt per quindecim menses, et quidem sine querela, uti desumitur ex assertione uxoris: « Jusqu'à la discus- « sion, dont j'ai parlé (quae post quindecim menses contigit) tout a été correct extérieurement », etc. Si post quindecim menses pacificae cohabitationis res mutatae sunt, hoc tribuendum est libidinosae consuetudini Ioannis, uti patet ex responsione mulieris ad 15 interrogationem, et amori quo aestuabat Germana erga alium virum, prouti refert testis Naurel: « Chacun d'eux en amait un autre ».

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, solum Deum prae oculis habentes et Christi nomine invocato, dicimus, declaramus, et sententiamus respondentes proposito dubio: *Negative,* i. e. *Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum et praesertim sess. XXV Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 15 martii 1915.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens.*

L. £ß S. Seraphinus Many.

Franciscus Heiner.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, *n* martii 1915.

T. Tani, *Notarius S. R. Rotae.*

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

SANCT1 MINIATI

NULLITATIS MATRIMONII SEU RESTITUTIONIS IN INTEGRUM

Inter dñam N. N., repraesentatam per procuratorem ex officio, sacerdotem Victorium Pozzan, advocatum, et dnum N. N., interveniente et disceptante in causa B. P. D. Vinculi Defensore ex officio.

In plenariis comitiis habitis ab EE. PP. die 18 aprilis 1915, proposita est haec causa in qua N. N., e dioecesi S. Miniati, actrix, contendit suum virum N. N. impotentia laborare ; quapropter petit coniugium nullum declarari.

Coniugium initum est die 25 octobris 1905; instantia vero, qua actrix nullitatis querelam instauravit, dimissa est *negativa responsione* in curia S. Miniati die 26 sept. 1910. Ab hac sententia patronus actricis ad S. Romanae Rotae Tribunal appellavit. Turnus autem Rotae coram R. P. D. Friderico Cattani proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu?* respondit die 8 ianuarii 1913: *Constare de nullitate ob impotentiam antecedentem et perpetuam.*

Appellante autem ab hac sententia Vinculi Defensore ad tramitem Const. *Dei miseratione,* causa delata est ad alterum S. R. Turnum, sub sequenti dubio: *An confirmanda vel infirmanda sit sententia rotalis in casu?* et coram R. P. D, Prior, die 22 decembris 1913, prodiit decisio: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam, seu non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Inde habitae sunt duae sententiae conformes pro validitate controversi matrimonii, unde ex *Lege Propria,* can. 33, par. 1, seu ex duabus sententiis conformibus, in S. Rota habetur res iudicata, contra quam (ita iubet citatus canon) nullum datur remedium nisi per querelam nullitatis, aut per petitionem restitutionis in integrum coram Supremo Apostolicae Signaturae Tribunali.

Nihilo secius patronus actricis animo repetens privilegium causarum matrimonialium, quae nunquam transire in rem iudicatam videntur, quippe quae, sub certis conditionibus; ad novum iudiciale examen ut admittantur semper ius habent ; advocatus, inquam, instituit causam ite-

rum submitti iudicio in tertio turno rotali, praevio processualium actorum complemento.

Ast actricis petitio reiecta est; quare advocatus ad H. S. T. confugit, instituta postulatione restitutionis in integrum.

At Emo Cardinali Praefecto visum est, aliquam praeiudicialem subesse difficultatem, quominus petitio simpliciter exciperetur, siquidem ex *Lege Propria* (can. 37, par. 4) H. S. T. videt « de expostulatione pro restitutione in integrum adversus rotalem sententiam quae in rem iudicatam transierit ». Atqui exploratissimum est privilegium causarum matrimonialium hac de re, quod confirmatur in ¡Const. *Dei miseratione* praescriptis verbis, ita: « salvo semper et firmo remanente iure seu privilegio causarum matrimonialium, quae ob cuiusque temporis lapsum nunquam transeunt in rem iudicatam ».

Remisso vero recursus examine ad plenarium EE. Iudicum coetum, duo dubia rogata sunt eademque ex officio proposita, dato tamen tum Defensori Vinculi tum Actricis patrono congruo tempore ut, propositis dubiis, ipsis, prout de iure, contradicere fas esset. En duo dubia proposita:

I. *An ob lapsum fatalium reiicienda sit instantia advocati expetentis restitutionem in integrum ad effectum instaurandi novi processus;*

11. An, admisso recursu, locus sit novae instructioni ad obtinendam praecipue alteram inspectionem viri, peragendam a peritiore in casu.

Quaestio quae primo dubio continetur promota est a Defensore Vinculi obiiciente lapsum fatalium adversus recursum a patrono interpositum ; hic enim sivit praeterlabi trimestre utile pro instituendo recursu adversus sententiam diei 22 decembris 1913; et recursum obtulit postquam definita est a Ponente turni rotalis quaestio incidens, seu reiecta fuit petitio patroni expostulantis iudicium tertii turni rotalis.

In secundo dubio quaestio de admittendo vel repellendo recursu instituto apud hoc Sacrum Tribunal ita proponitur, ut non fiat quaestio de restitutione in integrum ob quaestionem praeiudicialem iam enunciatam; sed sermo est de recursu ordinato ad obtinendam novam instructionem, et hinc novum iudicium in causa matrimoniali.

In plenario EE. PP. coetu habito die 18 aprilis 1915, Relatore E. P. D. Philippo Card. Giustini, res ad maturum examen revocata est et prodiit responsum : *Ad* ***1*** *et II: Causam ad Tribunal S. Rotae, seu ad Turnum competentem remittendam esse ad hoc ut, praevio actorum supplemento, praesertim per novam physicam viri inspectionem; vel, si haec haberi non possit, per peritioris votum super peritiis iam* ***habitis,*** *iterum causa examini subiiciatur; facto verbo cum SSmo.*

Facta autem SSmo relatione in audientia, quam Emus Card. Praefectus habuit die 21 aprilis 1915, SSmus EE. PP. resolutionem ratam habuit et confirmavit.

Atque ita editum est, decretum ac definitive declaratum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret atque ab omnibus, ad quos spectet, executioni mandaretur, non solum, etc., sed et omni, etc.

Datum Romae, ex aedibus Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis, die 20 maii 1915.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*
L.©S.

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

DE PAROUSIA SEU DE SECUNDO ADVENTU DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI IN EPISTOLIS SANCTI PAULI APOSTOLI.

Propositis sequentibus dubiis Pontificia Commissio de Re Biblica ita respondendum decrevit:

I. Utrum ad solvendas difficultates, quae in epistolis sancti Pauli aliorumque Apostolorum occurrunt, ubi de « Parousia », ut aiunt, seu de secundo adventu Domini nostri Iesu Christi sermo est, exegetae catholico permissum sit asserere, Apostolos, licet sub inspiratione Spiritus Sancti, nullum doceant errorem, proprios nihilominus humanos sensus exprimere, quibus error vel deceptio subesse possit?

Besp. Negative.

IL- Utrum prae oculis habitis genuina muneris apostolici notione et indubia sancti Pauli fidelitate erga doctrinam Magistri; dogmate item catholico de inspiratione et inerrantia sacrarum Scripturarum, quo omne id quod hagiographus asserit, enuntiat, insinuât, retineri debet assertum, enuntiatum, insinuatum a Spiritu Sancto; perpensis quoque textibus epistolarum Apostoli, in se consideratis, modo loquendi ipsius Domini. apprime consonis, affirmare oporteat, Apostolum Paulum in scriptis suis nihil omnino dixisse quod non perfecte concordet cum illa tem-

poris Parousiae ignorantia, quam ipse Christus hominum esse proclamavit?

Resp. Affirmative.

III. Utrum attenta locutione graeca ***«r¡ueís oi Favres oi itepuXenró-fievòL »***; perpensa quoque expositione Patrum, imprimis sancti Ioannis Chrysostonii, tum in patrio idiomate tum in epistolis Paulinis versatissimi, liceat tanquam longius petitam et solido fundamento destitutam reiicere interpretationem in scholis catholicis traditionalem (ab ipsis quoque novatoribus saeculi xvi retentam), quae verba sancti Pauli in cap. I V, epist. I ad Thessalonicenses, vv. 15-17, explicat quin ullo modo involvat affirmationem Parousiae tam proximae ut Apostolus seipsum suosque lectores adnumeret fidelibus illis qui superstites ituri sunt obviam Christo?

Resp. Negative.

Die autem 18 iunii 1915, in audientia infrascripto Reverendissimo Consultori ab Actis benigne concessa, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XV praedicta responsa rata habuit et publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 18 iunii 1915.

LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B.
Abb. tit. Montis Blandini,
Consultor ab Actis.

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD EXCELLENTISSIMUM VIRUM F. SCHOLLAERT, A NEGOTIIS PUBLICIS, DE BIBLIOTHECA LYCEI MAGNI LOVANIENSIS INSTAURANDA.

Excellence,

Le Saint-Père a bien reçu la lettre du 15 avril dernier, par laquelle Votre Excellence, en sa qualité de membre du Conseil Général de l'Université de Louvain, sollicite l'appui du Saint-Siège pour la reconstitution de la Bibliothèque de cette Université.

Il m'est agréable de Vous annoncer que, toujours vivement préoccupé de ce qui regarde le bien de Ses chers fils de la Belgique, et faisant de vœux pour que les belligérants, au milieu de la lutte, veillent à la sauvegarde des richesses scientifiques et littéraires de chaque peuple, le Souverain Pontife sera très heureux de contribuer, par tous les moyens en son pouvoir, à la reconstitution de cette Bibliothèque illustre, qui renfermait de si précieux trésors littéraires, pour le plus grand avantage de la culture intellectuelle et de la civilisation de la Belgique et du monde entier.

Afin d'encourager et de favoriser dès maintenant une si louable entreprise, Sa Sainteté a daigné ordonner qu'on y destinât non seulement les publications de la Bibliothèque Vaticane, mais aussi tous les ouvrages qui s'y trouvent disponibles, sans préjudice des autres voies par lesquelles le Saint-Père, Qui a tant à cœur de suivre en cela les nobles traditions de Ses Prédécesseurs, pourrait être en état, par la suite, de venir en aide à une œuvre si excellente, et de manifester ainsi son zèle pour l'accroissement des sciences et la conservation du patrimoine littéraire de l'humanité.

Pour le moment je crois opportun de prévenir Votre Excellence qu'Elle recevra incessainment le catalogue des ouvrages précités, et que l'expédition en sera faite dès que les circonstances le permettront.

Avec l'expression des sentiments de la plus haute estimé et de la considération la plus distinguée, j'ai le plaisir de me dire une fois de plus,

de Votre Excellence

Rome, 8 mai 1915.

le très dévoué serviteur

P. GARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

20 giugno 1915. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore della Congregazione delle Religiose dette « du Sauveur et de la Sainte Vierge ».*

22 giugno. — S. E. Mons. Giovanni Bonzano, arcivescovo titolare di Melitene, Delegato Apostolico degli Stati Uniti d'America, *Incaricato provvisorio della gestione degli affari della Delegazione Apostolica del Messico.*

27 giugno. — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore della Congregazione dei Fratelli della B. M. V. Madre della Misericordia, di Tilburgo, in Olanda.*

— Mons. Alessandro Verde, già Promotore della Fede, *Segretario della Sacra Congregazione dei Bili.*

— Mons. Michele 0' Riordan, direttore del Collegio Irlandese in Roma, *Consultore della Sacra Congregazione Concistoriale.*

30 giugno. — Mons. Angelo Mariani, Assessore e Sotto-Promotore della Fede nella S. C. dei Riti, *Promotore della Fede.*

10 luglio. — L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Istituto delle Terziarie Francescane, che hanno la Casa Madre a Joliet, III (Stati Uniti d'America).*

— L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Suore Povere Bonaerensi di S. Giuseppe.*

— Mons. Carlo Salotti, avvocato del S. Concistoro, *Assessore della S. C. dei Riti e Sotto-Promotore della Fede.*

U luglio. — Mons. Americo Bevilacqua, vescovo titolare di Retimo, *Consultore della Sacra Congregazione Concistoriale.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S. :

16 giugno 1915. — Mons. dott. Antonio Schaepman, rettore del Seminario Arcidiocesano maggiore di Utrecht.

17 giugno. — Mons. Bernardo Marenco, della diocesi di Fossano.

6 luglio, **—r** Mons. Giuseppe Burke, canonico penitenziere della diocesi di Salford.

7 luglio. — Mons. Francesco Marchetti-Selvaggiani, Uditore della Nunziatura Apostolica di Baviera.

8 luglio. — Mons. Luigi Pisapia, della diocesi di Avellino.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Croce dell'Ordine Supremo del Cristo:

20 giugno 1915. — Al sig. principe don Giuseppe Aldobrandini, capitano comandante del corpo delle Guardie Nobili.

La Commenda dell' Ordine Piano :

29 giugno 1915. — Ai signori: marchese Giuseppe Cavalletti, cav. Lando Franchi de' Cavalieri e conte Alfonso Datti, esenti della Guàrdia Nobile 'di S. S.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 luglio 1915. — AI sig. Ermanno Beitzen, della diocesi d' Hildesheim.

i7 *Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

25 giugno 1915. — Al sig. Valentino Alberdi, della diocesi di Vittoria.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 giugno 1915. — Al sig. Luigi d'Orazi, computista dell'Opera della Preservazione della Fede.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

5 dicembre 1914. — Mons. Giovanni Battista Jaccoud, della diocesi di Losanna e Ginevra.

10 febbraio 1915. — Mons. Salvatore Catolfi, della diocesi di Terni e Narni.

10 aprile. — Mons. Isidoro Buttò, dell'archidiocesi di Udine.

13 aprile. — Mons. Stefano Skibniewski, dell'archidiocesi di Lemberg.

28 aprile. — Mons. Filippo de Iesus Echeverría, dell'archidiocesi di Buenos-Ayres.

3 maggio. — Mons. Giuseppe Kowar, della diocesi di Leitmerik.

— Mons. Giuseppe Funk, della medesima diocesi.

— Mons. Francesco Albert, della medesima diocesi.

— Mons. Agostino Fibiger, della medesima diocesi.

5 maggio. — Mons. Giuseppe De Angelis, della diocesi di Varsavia.

8 maggio. — Mons. Federico de Spee, dell'archidiocesi di Colonia.

— Mons. Luigi Stroux, della medesima archidiocesi.

— Mons. Stanislao Czapski, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.

12 maggio. — Mons. Stefano Schulz, della diocesi di Alba Reale.

14 maggio. — Mons. Biagio Verghetti, di Roma.

19 maggio. — Mons. Giuseppe Kepka, di Roma.

— Mons. Salvatore La Cava, della diocesi di Catanzaro.

— Mons. Emerico Pisapia, della diocesi di Ariano.

21 maggio. — Mons. Monalduzio Leopardi, della dioc. di Recanati e Loreto.

27 maggio. — Mons. Agostino Lascioli, dell'archidiocesi di Brescia.

5 *giugno.* — Mons. Vincenzo López Aveledo, dell'archidiocesi di Caracas.

— Mons. Edmondo Acuña, della medesima archidiocesi.

— Mons. Marco Godoy, della medesima archidiocesi.

— Mons. Aldo Laghi, di Roma.

— Mons. Pietro Pazzini, di Roma.

18 giugno. — Mons. Arturo Cocks, della diocesi di Southwark.

— Mons. Enrico Hinde, della medesima diocesi.

30 giugno. — Mons. Tommaso Emanuelli, di Roma.

2 luglio. — Mons. Giuseppe dottor Mussolesi, dell'archidioc. di Bologna.

— Mons. Fidenzio Melimi, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

10 aprile 1915. — Mons. Pietro Dall'Oste, dell'archidiocesi di Udine.

13 aprile. — Mons. Giacomo Ogier, dell'archidiocesi di Annecy.

28 aprile. — Mons. Guglielmo van Hees, della diocesi di Breda.

— Mons. Cornelio Rombonts, della medesima diocesi.

30 aprile. — Mons. Romeo Gambalunga, di Roma.

3 maggio. — Mons. Angelo Pierri, della diocesi di Lecce.

— Mons. Michele Iuris, dell'archidiocesi di Colonia.

— Mons. Giuseppe Bernal, della diocesi di Leitmeritz.

— Mons. Venceslao Schumann, della medesima diocesi.

14 maggio. — Mons. Giuseppe Gomez, della diocesi di S. Giovanni di Cuyo.

— Mons. Roberto Vicentini, di Roma.

18 maggio. — Mons. Secondo Ponce, della diocesi di S. Giovanni di Cuyo.

— Mons. Guglielmo Landell de Moura, della diocesi di Ribeirao Preto-

19 maggio. — Mons. Antonio Aksamovié, della diocesi di Bosnia e Sirmio.

21 maggio. — Mons. Pietro Ortolani, della diocesi di Recanati e Loreto.

27 maggio. — Mons. Pietro Blasi, dell'archidiocesi di Acerenza e Matera.

11 gmgno. — Mons. Giuseppe Carrière, della diocesi di Montpellier.

23 giugno. — Mons. Angelo Vieeira Sampaio, della diocesi di Floresta.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa di numero di S. S. :

12 maggio 1915. — Il sig. conte Vincenzo Macchi, di Roma.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

5 dicembre 1914. — Il sig. barone Giorgio de Montenach, della diocesi di Losanna e Ginevra.

15 aprile 1915. — Il sig. avv. Enrico Davignon, deH'archidioc. di Malines.

21 aprile. — Il sig. nobile Giuseppe Granello di Casaleto, dell'archidiocesi di Genova.

7 maggio. — Il sig. barone Bartolomeo Scola Tomasoni, della diocesi di Vicenza.

— Il sig. Giacomo Ogilvy Fairlie, della diocesi di Dunkeld.

12 maggio. — Il sig. Edoardo Jambers, dell'archidiocesi di Malines.

29 maggio. — Il sig. marchese Flavio Durazzo, deH'archidioc. di Genova.

5 giugno. — Il sig. marchese Pio Del Turco Rosselli, dell'archidiocesi di Bologna.

11 giugno 1915. — Il sig. Salvatore Sferrazza Sciascia, della diocesi di Girgenti.

25 giugno. — Il sig. marchese Alberto Carrega, dell'archidioc. di Genova.

26 giugno. — Il sig. Carlo Girolamo Vaughan, della dioc. di New-Port.

— Il sig. Antonio de Navarro.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

5 dicembre 1914. — Il sig. avv. Filippo Giorgetti, della diocesi di Macerata e Tolentino.

15 aprile 1915. — Il sig. Gaetano Dupré, di Roma.

6 maggio. — Il sig. comm. Federico Mannucci, di Roma.

12 maggio. — Il sig. Stanislao Sikorski, della diocesi di Culma.

18 maggio. — Il sig. Girolamo Gigli, della diocesi di Teano.

19 maggio. — Il sig. architetto Giuseppe Giannini, di Roma.

16 giugno. — Il sig. cav. Eduardo nobile Capozzi, della dioc. di Avellino.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

10 aprile 1915. — Mons. Giuseppe Bulfoni, dell'archidiocesi di Udine.

Cappellano d'onore extra urbem *di S. S.:*

28 aprile 1915. — Mons. Quinto Cantono, della diocesi di Biella.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

5 giugno 1915. — Mons. Ruperto Rohrmoser, dell'archid. di Salisburgo,

17 giugno. — Mons. Luigi Aiuti, di Roma.

— Mons. Luigi Falzacappa, di Roma.

NECROLOGIO

6 luglio 1915. — Mons. Giovanni 0' Reily, arcivescovo di Adelaide in Australia.

Annus VII - Vol. TU Die 31 Iulii 1915 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

APOSTOLICA EXHORTATIO

AD POPULOS BELLIGERANTES EORUMQUE RECTORES

BENEDICTUS PP. XV

Allorché fummo chiamati, quantunque immeritevoli, a succedere sul Trono Apostolico al mitissimo Pontefice Pio X, a Cui il dolore per la lotta fratricida, poco prima accesasi in Europa,' aveva abbreviata la santa e benefica vita, sentimmo Noi pure, nel volgere il trepido sguardo verso gli insanguinati campi di battaglia, lo strazio di un padre, che vede la sua casa devastata e resa deserta da furioso uragano. E pensando con inesprimibile cordoglio ai giovani figli Nostri, i quali venivano, a migliaia, falciati dalla morte, accogliemmo nel cuore, dilatato dalla carità di Cristo, tutto lo schianto delle madri e delle spose vedovate innanzi tempo, e tutto il pianto inconsolabile dei fanciulli troppo presto orbati della guida paterna. Nell'animo Nostro, partecipe dell'affannosa trepidazione d'innumerevoli famiglie e ben

compreso degli imperiosi doveri imposti ci dalla sublime missione di pace e di amore, che in giorni sì tristi Ci era affidata, Noi concepimmo tosto il fermo proposito di consacrare ogni Nostra attività ed ogni Nostro potere a riconciliare i popoli -combattenti; ne facemmo, anzi, solenne promessa al Divin Salvatore, che volle a prezzo del Suo Sangue rendere tutti gli uomini fratelli.

E di pace e di amore furono le prime parole, che alle Nazioni ed ai loro Reggitori dirigemmo come Supremo Pastore delle anime. Ma il nostro consiglio, affettuoso ed insistente qual di padre e di amico, rimase inascoltato ! Si accrebbe in Noi il dolore, non si affievolì il proposito; proseguimmo perciò a volgerci fiduciosi all'Onnipotente, che ha in mano le menti ed i cuori così dei sudditi, come dei Ee, invocando da Lui la cessazione dell'immane flagello. Alla fervida ed umile Nostra preghiera volemmo associati tutti i fedeli, e, a renderla più efficace, procurammo altresì che fosse accompagnata da opere di cristiana penitenza. Ma oggi, nel triste anniversario dello scoppio del tremendo conflitto, più caldo esce dal Nostro cuore il voto che cessi presto la guerra, più alto il paterno grido di pace. Possa questo grido, vincendo il pauroso fragore delle armi, giungere sino ai popoli ora in guerra ed ai loro Capi, inclinando gli uni e gli altri a più miti e sereni consigli !

Nel nome santo di Dio, nel nome del celeste nostro Padre e Signore, per il Sangue benedetto di G-esù, prezzo dell'umano riscatto, scongiuriamo Voi, che la Divina Provvidenza ha posto al governo delle Nazioni belligeranti, a porre termine finalmente a questa orrenda carneficina, che ornai da un anno disonora l'Europa. È sangue fraterno quello che si versa su la terra e sui mari! Le più belle regioni dell'Europa, di questo giardino del mondo, sono seminate di cadaveri e di ruine : dove poc'anzi ferveva l'industre opera delle officine ed il fecondo lavoro dei

campi, ora tuona spaventoso il cannone e nella sua furia demolitrice non risparmia villaggi, nè città, ma semina dovunque e strage e morte. Voi portate innanzi a Dio ed innanzi agli uomini la tremenda responsabilità della pace e della guerra; ascoltate la Nostra preghiera, la paterna voce del Vicario dell'Eterno e Supremo Giudice, al Quale dovrete render conto così delle pubbliche imprese, come dei privati atti vostri.

Le copiose ricchezze, delle quali Iddio Creatore ha fornito le terre a Voi soggette, Vi consentono la continuazione della lotta; ma a quel prezzo ? Rispondano le migliaia di giovani vite, che si spengono ogni giorno sui campi di battaglia; rispondano le rovine di tante città e villaggi e di tanti monumenti dovuti alla pietà ed al genio degli avi. E quelle lagrime amare, versate nel segreto delle domestiche pareti o ai piedi dei supplicati altari, non ripetono anch'esse che è grande, troppo grande il prezzo della diuturna lotta ?

Nè si dica che l'immane conflitto non può comporsi senza la violenza delle armi. Depongasi il mutuo proposito di distruzione; riflettasi che le Nazioni non muoiono: umiliate ed oppresse, portano frementi il giogo loro imposto, preparando la riscossa e trasmettendo di generazione in generazione un triste retaggio di odio e di vendetta.

Perchè fin da ora non ponderare con serena coscienza i diritti e le giuste aspirazioni dei popoli? Perchè non iniziare con animo volonteroso uno scambio, diretto o indiretto, di vedute, allo scopo di tener conto, nella misura del possibile, di quei diritti e di quelle aspirazioni, e giunger così a por termine all'immane lotta, come è avvenuto in altre simili circostanze? Benedetto colui, che primo alzerà il ramo di olivo e stenderà al nemico la destra offrendo ragionevoli condizioni di pace. L'equilibrio del mondo e la prospera e sicura tranquillità delle Nazioni riposano

su la mutua benevolenza e sul rispetto degli altrui diritti e dell'altrui dignità, assai più che su moltitudine di armati e su formidabile cinta di fortezze.

È questo il grido di pace, che più alto erompe in questo triste giorno dall'animo Nostro; e Noi invitiamo quanti sono gli amici della pace nel mondo a darci la mano per affrettare il termine della guerra, che ornai da un anno ha cambiato l'Europa in un vasto campo di battaglia. Faccia Gesù misericordioso, per l'intercessione dell'Addolorata Sua Madre, che spunti alfine, dopo sì orribile procella, la placida e radiosa alba di pace, immagine del Suo volto divino! Risuonino presto gli inni di riconoscenza all'Altissimo, Datore di ogni bene, per l'avvenuta riconciliazione degli Stati; tornino i popoli, affratellati dall'amore, alle pacifiche gare degli studi, delle arti e delle industrie, e, ristabilito l'impero del diritto, risolvano di affidare d'ora in poi la soluzione delle proprie divergenze non più al filo della spada, sibbene alle ragioni dell'equità e della giustizia, studiate con la dovuta calma e ponderazione. Sarà questa la loro più bella e gloriosa conquista !

Nella cara fiducia che di così desiderabili frutti l'albero delia pace torni presto a rallegrare il mondo, impartiamo l'Apostolica Benedizione a quanti formano il mistico gregge a Noi affidato; ed anche per coloro, che non appartengono ancora alla Chiesa Romana, preghiamo il Signore di stringerli a Noi con vincoli di perfetta carità.

Roma, dal Vaticano, il 28 luglio 1915.

BENEDICTUS PP. XV.

VERSIONES AUTHENTICAE

I

BENOIT XV PAPE

AUX PEUPLES BELLIGÉRANTS ET i LEURS CHEFS

Quand Nous fûmes appelés, sans l'avoir mérité, à succéder sur le Trône Apostolique au très doux Pontife Pie X, dont la vie sainte et bienfaisante avait été abrégée par la douleur que lui causait la lutte fratricide qui venait d'éclater en Europe, Nous ressentîmes, Nous aussi, en embrassant d'un regard tremblant les champs de bataille ensanglantés, le déchirement d'un père qui voit sa demeure dévastée et rendue déserte par un ouragan furieux. Notre pensée se portait avec une affliction inexprimable vers ces jeunes gens, nos fils, que la mort fauchait par milliers, et notre cœur, dilaté par la charité de Jésus-Christ, s'ouvrait pour recueillir le tourment des mères et des épouses devenues veuves avant le temps, et les gémissements inconsolables des enfants privés prématurément de l'assistance paternelle. Notre âme participant aux craintes angoissantes de familles innombrables et se pénétrant des devoirs impérieux que lui imposait la sublime mission de paix et d'amour qui lui était confiée en des jours si malheureux, Nous conçûmes aussitôt le propos arrêté de consacrer toute notre activité et tout notre pouvoir à réconcilier les peuples belligérants : Nous en fîmes, bien plus, la promesse solennelle au Divin Sauveur, qui a voulu qu'au prix de son sang tous les hommes devinssent frères.

Ce furent.des paroles de paix et d'amour, que Nous adressâmes pour la première fois aux Nations et à leurs Gouvernants. Mais nos conseils, formulés avec l'affection et l'insistance d'un père et d'un ami, ne furent pas écoutés! Notre douleur s'en accrut; mais notre dessein n'en fut pas ébranlé. - Nous continuâmes à invoquer, pleins de confiance, le Tout-Puissant qui tient dans ses mains les esprits et les cœurs des Rois et de leurs sujets, Lui demandant de faire cesser l'épouvantable fléau de la guerre. - A notre humble et fervente prière Nous voulûmes associer tous les fidèles; et pour la rendre plus efficace, Nous fîmes en sorte qu'elle fût accompagnée des œuvres de la pénitence chrétienne. Mais aujourd'hui, en ce triste anniversaire de l'explosion de ce redou-

table conflit, plus ardent est le vœu qui s'échappe de notre cœur pour voir cesser la guerre, plus haut s'élève le cri du père pour réclamer la paix. Puisse ce cri, dominant le terrible fracas des armes, parvenir jusqu'aux peuples actuellement en guerre et à leurs Chefs, inclinant les uns et les autres à des conseils plus doux et plus sereins!

Au nom du Dieu très saint, au nom de notre Père céleste et Seigneur, par le Sang précieux de Jésus, qui a racheté l'humanité, Nous vous conjurons, ô Vous que la divine Providence a préposés au gouvernement des Nations belligérantes, de mettre finalement un terme à cette horrible boucherie, qui depuis une année déshonore l'Europe. - C'est le sang des frères qui est répandu sur terre et sur mer! Les plus belles régions de l'Europe, de ce jardin du monde, sont jonchées de cadavres et de ruines: là où, peu auparavant, régnait l'industrieuse activité des usines et le fécond travail des champs, on entend maintenant tonner la voix formidable du canon, qui dans sa fureur de destruction n'épargne ni villages ni cités, mais sème partout le carnage et la mort. - Vous qui portez devant Dieu et devant les hommes la redoutable responsabilité de la paix et de la guerre, écoutez notre prière, écoutez la voix d'un père, du Vicaire de l'Eternel et Souverain Juge, auquel vous devrez rendre compte des entreprises publiques, aussi bien que de vos actes privés.

Les abondantes richesses, dont le Dieu Créateur a fourni les pays qui vous sont soumis, vous permettent de continuer la lutte; mais à quel prix! Qu'elles répondent, les milliers de jeunes existences qui s'éteignent chaque jour sur les champs de bataille; qu'elles répondent, les ruines de tant de bourgs et de cités, et celles de tant de monuments dûs à la piété et au génie des ancêtres. Et ces larmes amères, versées dans le secret du foyer domestique, ou aux pieds des autels de supplication, ne répètent-elles pas qu'elle coûte *"beaucoup, beaucoup trop,* la lutte qui dure depuis si longtemps?

Et que l'on ne dise pas, que ce cruel conflit ne peut pas être apaisé sans la violence des armes. Que l'on dépose de part et d'autre le dessein de s'entredétruire. Que l'on y réfléchisse bien: les Nations ne meurent pas; humiliées et oppressées, elles portent frémissantes le joug qui leur est imposé, préparant la revanche et se transmettant de génération en génération un triste héritage de haine et de vengeance.

Pourquoi ne pas peser, dès maintenant, avec une conscience sereine, les droits et les justes aspirations des peuples? Pourquoi ne pas commencer, avec une volonté sincère, un échange de vues, direct ou indirect, à l'effet de tenir compte, dans la mesure du possible, de ces droits

et de ces aspirations, et d'arriver ainsi à la fin de cette horrible lutte, comme il est advenu en d'autres circonstances analogues? - Béni soit celui, qui le premier élèvera le rameau d'olivier et tendra la main à l'ennemi, en lui offrant la paix dans des conditions raisonnables ! L'équilibre du monde, la tranquillité prospère et assurée des nations reposent sur la bienveillance mutuelle et sur le respect des droits et de la dignité d'autrui, beaucoup plus que sur la multitude des hommes d'armes et sur Fenceinte formidable des forteresses.

Tel est le cri de paix, qui s'élève plus fort de notre poitrine en ce triste jour; et Nous invitons les amis de la paix dans le monde à se joindre tous à Nous, pour hâter la fin de la guerre, qui, hélas, depuis maintenant une année, a changé l'Europe en un vaste champ de bataille. Passe Jésus miséricordieux, par l'intercession de .sa douloureuse Mère, qu'on voie poindre enfin, calme et radieuse, après une si affreuse tempête, l'aurore de la paix, image de son auguste Face ! Qu'ils résonnent bientôt, les hymnes de la reconnaissance envers le Très-Haut, Auteur de tout bien, pour la réconciliation des Etats belligérants; que les peuples, unis par un amour fraternel, reprennent les rivalités pacifiques de l'étude, des arts et de l'industrie, et que, une fois l'empire du droit rétabli, ils se résolvent à confier dorénavant la solution de leurs divergences particulières, non plus au tranchant du glaive, mais aux arguments de l'équité et de la justice, étudiés dans le calme et la pondération convenables. Ce sera là leur conquête la plus belle et la plus glorieuse!

Dans la confiance, qui Nous est chère, que ces fruits considérables apparaîtront bientôt sur l'arbre de la paix pour réjouir le monde, Nous accordons la Bénédiction Apostolique à tous ceux qui forment le troupeau mystique remis à nos soins; et, pour ceux qui n'appartiennent pas encore à l'Eglise Romaine, Nous prions le Seigneur de les unir à Nous par les liens d'une parfaite charité.

Rome, du Vatican, le 28 juillet 1915.

BENEDICTUS PP. XV

II '

SCHREIBEN PAPST BENEDICTS XV

AN DIB IM KRIEGE SICH BEFINDEN VÖLKER UND IHRE LEITER

Nachdem wir obgleich unwürdig als Nachfolger des milden Papstes Pius X auf den Thron des Apostelfürsten berufen wurden, ihm welchem der Schmerz über den Bruderkrieg, kurz vorher entflammt, sein heiligmassiges und wohltätiges Leben abgekürzt hat, fühlen auch wir, wenn wir unsere Blicke auf die blutgetränkten Schlachtfelder wenden, den Schmerz eines Vaters, welcher sein Haus verwüstet sieht und unbewohnbar gemacht wurde von einem verheerenden Orkan. Und denkend mit unaussprechlichem Schmerz an all unsere jugendlichen Söhne, welche zu tausenden und abertaüsenden vom Tode hinweggeraubt wurden, fühlen wir in unserem Herzen, erfüllt von der Liebe Christus de Herrn, den ganzen Schmerz der Mütter und der vorzeitig verwitweten Frauen und das un tröstbare Jammern der ihres Vaters zu früh beraubten Kinder. Im Geiste nehmen wir immer teil an dem Schmerze unzählbarer Familien und wohlerkennend unsere uns gemäss unserer erhabenen Sendung auferlegten Pflicht, nämlich der Mission des Friedens und der Nächstenliebe, haben wir uns fest vorgenommen unsere ganze Tätigkeit und unsere ganze Autorität für. die Versöhnung der kriegführenden Völker einzusetzen, und so haben wir auch feierliche Gelübde dem göttlichen Erlöser gemacht, welcher um den Preis seines Kostbaren Blutes alle Menschen unsere Brüder erlösen wollte.

Und Worte des Friedens und der Liebe waren unsere ersten, welche wir an die Völker und Leiter derselben als oberster Seelenhirte richteten. Aber leider unser Rat, liebevoll und dringend als Vater und Freund blieb unerhört. Und wenn sich in unserem Herzen der Schmerz vermehrte, so verminderte sich nicht unser Vorsatz und vertrauensvoll nahmen wir unsere Zuflucht zu Gott dem Allmächtigen, welcher in seiner Hand hat sowohl die Herzen als auch die Gedanken der Untertanen und der Könige, erflehend von ihm die Beendigung des ungeheueren Unglücks. Alle Gläubigen wollten wir mit uns in innbrünstigsten Gebete vereinigen und um die Erhörung dieses Gebetes zu erflehen wollten wir dass dasselbe vereint werde mit Ausübung einer

christlichen Busse. Aber heute an dem traurigen Jahrtage des Ausbruches des Krieges flehen wir um so heisser zu Gott, dass dem grausamen Kriege ein Ende gesetzt werden möge, erflehen aus ganzem Herzen den Frieden.

Möge dieser unser Friedensruf das Waffengeklirr übertönen, und die nun im Kriege sich befindenden Völker und Ihre Leiter erreichen, damit sowohl die einen wie die andern den milden und aufrichtiggemeinten Ratschlägen folge leisten mögen.

Im Allerti eiligsten Namen des Allmächtigen unseres göttlichen Vaters, und um des kostbaren Blutes Jesu Christi willen, für die Erlösung der Menschheit vergossen, beschwören wir euch o Herrscher der nun im Kriege sich befindlichen Völker, endlich diesem entsetzlichen Kampfe ein Ende zu bereiten, welcher seit einem Jahr Europa entehrt. Denn es ist ja Bruderblut welches zu Wasser und zu Land vergossen wird. - Die schönsten Landstriche Europas, dieses herrlichsten Gartens der Welt sind bedeckt mit Toten und angehäuft von Ruinen, wo noch vor kurzem Handel und Industrie sowie der Ackerbau blühten da tönen j-etzt dröhnend die Geschütze nicht verschonend Dörfer und Städte sondern überall nur Tod und Elend säend. Ihr aber habt vor Gott und den Menschen die fürchterliche Verantuortung für Krieg und Frieden wir flehen euch an erhört die väterliche Stimme des Stellvertreters des ewigen und höchsten Richters, welchem auch ihr Recheuschaft ablegen müsst, sowohl über die öffentlichen als auch über euere privaten Taten.

Die grossen Reichtümer mit welchen Gott der Schöpfer die euerer Leitung unterworfenen Läuder ausgestattet hat erlauben euch den Kampf fortzusetzen aber um welchen Preis? Es antworten aus den Gräbern tausend und abertansende Stimmen der Jungen Männer die täglich auf dem Schlachtfelde sterben, es antworten die Ruinen so vieler Städte und Dörfer und Kunstwerke welche wir der Frömmigkeit und dem Genie unserer Vorfahren verdankten. Und diese vielen bitteren Trauen vergossen fast in jedem Heim oder zu füssen der Altäre, wiederholen nicht auch sie dass gross ist ja zu gross der Preis des täglichen Kampfes?

Man möge auch nicht sagen dass der ungeheuere Streit nicht ohne Waffengewalt beigelegt werden kann. Man möge von vornherein einsehen, dass die Nationen nicht sterben und daher absehen von dem gegenseitigen Vorsatz sich zu vernichten: die Nationen erniedrigt und gedemütigt, ertragen mit Widerwillen das aufgezwungene, bereiten sich aber vor auf Widereroberung und verbreiten von Geschlecht zu Geschlecht Hass und Rache. Warum nicht von nun ab mit Gerechtigkeit die Rechte und gerechten Aspirationen der Völker prüfen und abwägen?

Warum nicht mit frischem Mute einen directen oder indirecten Meinungsaustausch herbeiführen zum Zwecke der Prüfung dieser Rechte oder Aspirationen, um so dem ungeheueren Kriege ein Ende zu bereiten, so wie man es auch tat in anderen ähnlichen Umständen? Gesegnet sei derjenige, welcher zuerst den Palmzweig erheben wird-und seinem Feinde die Rechte darbieten wird zugleich ihm annehmbare Friedensbedingungen anbietend; denn das Gleichgewicht in der Welt und der gedeihliche und sichere Friede der Völker beruhen hauptsächlich auf gegenseitigem Wohlwollen und auf der Hochachtung der gegenseitigen Würde und Rechte vielmehr als auf grossen Heeren und gewaltigen Festungen.

Das ist der Friedensruf der um so lauter tönt an diesem traurigen Jahrtage und wir laden daher alle die Freunde des Friedens sind ein Uns die Hand zu reichen um das Ende des Krieges, welcher Europa in ein weites Schlachtfeld verwandelt hat zu beschleunigen. Möge Christus der Herr von Mitleid bewogen nach so fürchterlicher Plage die Morgenröte des Friedens leuchten lassen! Mögen bald zu Gott dem Herrn dem Geber alles Guten Dankgebete emporsteigen, für die Wiederaussöhnung der Staaten, möchten die Völker in brüderlicher Liebe vereint den edlen Wettstreit um Künste und Wissenschaften sowie des Handels wiederaufnehmen. Und nachdem das Recht eines jeden wiederhergestellt ist mögen sie sich von nun ab entschliessen Streitfragen nicht mehr dem Schwerte zur Entscheidung zu überlassen sondern durch Recht und Gerechtigkeit mögen sie entschieden werden, nachdem dieselben mit Ruhe und Mässigung vorher discutiert wurden. Und das wahrhaftig würde Euere schönste und ruhmreichste Eroberung sein!

In der sicheren Hoffnung, dass durch solche Vereinbarungen bald wieder der Welt der langersehnte Friede gebracht werde erteilen wir aus ganzem Herzen all denjenigen die unserer Hirtensorge anvertraut sind den hl. apostolischen Segen, und auch für diejenigen, welche nicht der hl. römischen Kirche angehören bitten wir den Herrn, dass er sie mit uns vereinigen möge im Geiste der vollkommensten Nächstenliebe.

Gegeben zu Rom im Vatican, am 28 Juli 1915.

BENEDICTUS PP. XV

III

BENEDICT XV

TO THE PEOPLES NOW AT WAR AND TO THEIR RULERS

When We, though all unworthy, were called to succeed on the Apostolic Throne the meek Pius X, whose life of holiness and well-doing was cut short by grief at the fratricidal struggle that had just burst forth in Europe, We, too, on turning a fearful glance on the blood-stained battlefields, felt the anguish of a father, who sees his homestead devastated and in ruins before the fury of the hurricane. And thinking with unspeakable regret of our young sons, who were being mown down by death in thousands, We opened Our heart, enlarged by the charity of Christ, to all the crushing sorrow of the mothers, and of the wives made widows before their time, and to all the inconsolable laments of the little ones, too early bereft of a father's care. Sharing in the anxious fears of innumerable families, and fully conscious of the imperative duties imposed upon Us by the sublime mission of peace and of love, entrusted to Our care in days of so much sadness, We conceived at once the firm purpose of consecrating all Our energy and all Our power to the reconciling of the peoples at war: indeed, We made it a solemn promise to Our Divine Saviour, Who willed to make all men brothers at the cost of His Blood.

And Our first words, as the Chief Shepherd of souls, addressed to the Nations and their Rulers, were words of peace and of love. But Our ad\ice, affectionate and insistent as that of a father and a friend, remained unheard. Our grief was aggravated, but Our purpose was unshaken; We turned, therefore, in all confidence to the Almighty, Who holds in His Hands the minds and hearts of subjects, as of Kings, begging of Him the cessation of the unprecedented scourge. We wished to associate all the faithful in Our fervent and humble prayer, and to make it the more efficacious, We arranged that it should be accompanied by works of christian penance. But to-day, on the anniversary of the outbreak of the tremendous conflict, more intense is the desire of Our heart for tlie speedy conclusion of the war, still louder^is Our fatherly cry for peace. May this cry, prevailing over the dreadful

clash of arms, reach unto the peoples who are now at war, and unto their Rulers, inclining both to milder and more serene views.

In the holy name of God, in the name of our heavenly Father and Lord, by the Blessed Blood of Jesus, price of man's redemption, We conjure You, whom Divine Providence has placed over the Nations at war, to put an end at last to this* horrible slaughter, which for a whole year has dishonoured Europe. It is the blood of brothers that is being poured out on land and sea. The most beautiful regions of Europe, this garden of the world, are sown with corpses and with ruin: there, where but a short time ago flourished the industry of manufactures and the fruitful labour of the fields, now thunders fearfully the cannon, and in its destructive fury it spares neither village nor city, but spreads everywhere havoc and death. You bear before God and man the tremendous responsibility of peace and war; give ear to Our prayer, to the fatherly voice of the Vicar of the Eternal and Supreme Judge, to Whom you must render an account as well of your public undertakings, as of your own individual deeds.

The abounding wealth, with which God the Creator has enriched the lands that are subject to You, allow You to go on with the struggle; but at what cost? Let the thousands of young lives quenched every day on the fields of battle make answer: answer, the ruins of so many towns and villages, of so many monuments raised by the piety and genius of your ancestors. And the bitter tears shed in the secrecy of home, or at the foot of altars where suppliants beseech, - do not these also repeat that the price of the long drawn-out struggle is great - too great?

Nor let it be said that the immense conflict cannot be settled without the violence of war. Lay aside your mutual purpose of destruction; remember that Nations do not die; humbled and oppressed, they chafe under the yoke imposed upon them, preparing a renewal of the combat, and passing down from generation to generation a mournful heritage of hatred and revenge.

Why not from this moment weigh with serene mind the rights and lawful aspirations of the peoples? Why not initiate with a good will an exchange of views, directly or indirectly, with the object of holding in due account, within the limits of possibility, those rights and aspirations, and thus succeed in putting an end to the monstrous struggle, as has been done under other similar circumstances? Blessed be he who will first raise the olive-branch, and hold out '* his right hand to the enemy with an offer of reasonable terms of. peace. The equilibrium

of the world, and the prosperity and assured tranquillity of Nations rest upon mutual benevolence and respect for the rights and the dignity of others, much more than upon hosts of armed men and the ring of formidable fortresses.

This is the cry of peace which breaks forth from Our heart with added vehemence on this mournful day; and We invite all, whosoever are the friends of peace the world over, to give Us a helping hand in order to hasten the termination of the war, which for a long year has changed Europe into one vast battlefield. May the merciful Jesus, through the intercession of His Sorrowful Mother, grant that at last, after so horrible a storm, the dawn of peace may break, placid and radiant, an image of His own Divine Countenance. May hymns of thanksgiving soon rise to the Most High, the Giver of all good things, for the accomplished reconciliation of the States; may the peoples, bound in bonds of brotherly love, return to the peaceful rivalry of studies, of arts, of industries, and, with the empire of right reestablished, may they resolve from now henceforth to entrust the settlement of their differences, not to the sword's edge, but to reasons of equity and justice, pondered with due calm and deliberation. This will be their most splendid and glorious conquest!

In loving trust that the tree of peace may soon return to rejoice the world with such desirable fruits, We impart the Apostolic Benediction to all who make up the mystical flock confided to Us, and also for those, who do not yet belong to the Church of Rome, We pray the Lord to draw them close to Us in the bonds of perfect charity.

Given at Rome, from the Vatican, 28 July 1915.

BENEDICTUS PP. XV

DECRETUM

DE FERIIS AUTUMNALIBUS IN SS. CONGREGATIONIBUS, TRIBUNALIBUS ET OFFICIIS SANCTAE SEDIS.

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, instantiis sibi factis benigne annuens, statuit ac decernit ut feriae autumnales quae in *part.* i, *cap. V, n. 3 Normarum* pro Ss. Congregationibus, tribunalibus et S. Sedis officiis a die x mensis septembris ad diem xxxi mensis octobris statutae erant, viginti circiter diebus antecedant, ita nempe ut in posterum a die XX mensis augusti ad diem x mensis octobris decurrant; firma semper lege « ut hoc spatio temporis officium nullum sit intermissum; sed in «unoquoque tot adsint tum maioris tum minoris ordinis administri « quot satis esse existimentur urgentioribus expediendis negotiis ordi« nariis administrationis ».

Datum Romae, die 30 mensis iulii 1915.

De mandato speciali Ssmi D. N. Benedicti XV

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

STATUUM FOEDERATORUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS

DE AMOTIONE PAROCHORUM

I. *Species facti.* - In Foederatis Americae Septentrionalis Statibus « antiquitus non erant paroeciae distinctae; sed Episcopus totius dioe« cesis curam gerebat per presbyteros suo libitu ex ecclesia cathedrali « in varias civitatis et dioeceseos partes ad sacra obeunda missos et ad « nutum revocabiles ».[1]

Ut communis ecclesiasticae disciplinae ordo in illis dioecesibus paullatim induceretur, Patres concilii plenarii Baltimorensis II, anno 1866 celebrati, decreverunt « ut per omnes hasce provincias, praesertim maio« ribus in urbibus, ubi plures sunt ecclesiae, districtus quidam, paroeciae

[1] Concil. Balt. III, ***tit. II, cap. V, n. SI.***

« instar, descriptis accurate limitibus, unicuique ecclesiae assignetur; « eiusque rectori iura parochialia vel quasi parochialia tribuantur ». Addebant tamen: « Parochialis iuris, paroeciae et parochi nomina usur« pando, nullatenus intendimus ecclesiae cuiuslibet rectori jus, ut aiunt, « inamovibilitatis tribuere ; aut potestatem illam tollere seu ullo modo « imminuere, quam ex recepta in his provinciis disciplina habet Episco« pus, quemvis sacerdotem munere privandi aut alio transferendi. Mone« mus autem et hortamur ne Episcopi hoc iure suo, nisi graves ob cau« sas et habita meritorum ratione, uti velint ».[1]

Viginti post annis, hoc est a. 1886, novum plenarium concilium Baltimorae celebrantes illius regionis Antistites censuerunt in incoepta reformationis disciplina paullo ulterius procedendum esse: ideoque ***in*** *tit II, cap. V, n. 33* hanc legem tulerunt : « In singulis dioecesibus, aucto« ritate Episcopi, de consultorum suorum consilio seligantur certae mis« siones, quae magis aptae videntur ut paroeciarum instar haberi possint, « atque a rectoribus missionariis permanenter institutis, seu inamovibi« libus, sicut in Anglia, regantur ».

Voluerunt autem ut rectores inamovibiles non excédèrent decimam rectorum partem : ut « haec proportio *(unus inter decem)* ne inconsulte « excederetur intra viginti annos post concilium promulgatum », et ut per concursum iidem eligerentur.

Denique ne inamovibilitas in animarum perniciem cederet, certam quandam normam ac praesertim septem peculiares causas recensuerunt, in iure communi taxative non designatas, *ob quas rector inamovibilis deponi possit.*[2]

Haec itaque erat in Foederatorum Americae Statuum dioecesibus disciplinae parochialis ratio, quum anno 1908 ecclesiae illae a regimine missionis sub communis iuris censuram transierunt. Publicato autem anno 1910 decreto *Maxima cura* circa amotionem parochorum, quaesitum fuit « an decretum illud vigeret etiam pro dioecesibus Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis ». Cui dubio S. Congregatio Consistorialis die 13 martii 1911 respondit *affirmative;* sicut eodem sensu die 28 februarii iam responderat pro Angliae dioecesibus.

Porro in decreto *Maxima cura, can. 30,* haec statuebantur : « Supe« rius constitutis regulis *(circa amotionis modum)* adamussim appli« candis iis omnibus qui paroeciam quovis titulo ut proprii eius recto-

[1] **Concil. Balt. II,** ***tit. III, cap. IV, nn. 124 et 125.***

[2] **Hae causae prae oculis habitae sunt, locumque deinde obtinuerunt in notis articulis decreti** ***Maxima cura.***

« res obtinent - sive nuncupentur Vicarii perpetui, sive *desservants,* sive « alio quolibet nomine - locus non est, quoties paroecia committatur « curae alicuius sacerdotis qua oeconomi temporalis vel Vicarii ad « tempus, sive ob infirmitatem parochi, sive ob vacationem beneficii, aut « ob aliam similem causam».

Ex verbis autem illis, in hoc canone *incidenter* positis, nempe « constitutas regulas applicandas esse iis omnibus qui paroeciam quovis titulo ut proprii eius rectores obtinent, sive nuncupentur Vicarii perpetui, sive *desservants,* sive alio quolibet nomine » consequi nonnulli censuerunt, eas applicandas quoque esse rectoribus illis paroeciarum seu missionum, qui inamovibilitatis privilegio in Foederatis Americae Statibus iuxta Concilii Baltimorensis III decreta donati non sunt, sed in veteri amovibilitatis statu Servati erant.

II. *Resolutio data.* - Proposito itaque dubio: « Utrum in Foederatis « Americae Statibus rectores paroeciarum seu missionum, qui inter ina- « movibiles iuxta Concilium Baltimorense III non recensentur, sed adhuc « amovibiles nuncupantur, vi decreti *Maxima cura* et praesertim cano- « nis XXX eiusdem decreti, solummodo amoveri seu transferri possint, « servato ordine processus in memorato decreto statuti », in generali conventu diei 28 iunii 1915 Emi S. C. Patres, visis consultorum votis et quaestione rite discussa, respondendum censuerunt: *Negative; sed amoveri posse ad nutum Episcopi, firmo tamen monita Concilii Baltimorensis II, ne Episcopi hoc iure suo, nisi graves oh causas et habita ratione meritorum, uti velint.*

Quam resolutionem sequenti die SSmus Dominus Noster in audientia Emo S. C. Secretario concessa ratam habuit et confirmavit, et ut publici iuris fieret, mandavit. /

III. *Nonnulla argumenta ad rem adducta.* - Consideratum in primis est, finem decreti *Maxima cura* non alium esse quam faciliorem reddere amotionem curatorum animarum. Etenim in antiquiori disciplina nonnisi praevio processu, et idcirco diuturno studio et labore et vix ex causa criminali deturbari poterat parochus a beneficio quod in titulum assecutus fuerat. Ast legislator in decreto *Maxima cura,* positis principiis, quod « salus animarum suprema lex est » et quod « parochi mini- « sterium sit in Ecclesia constitutum non in commodum eius, cui com- « mittitur, sed in eorum salutem, pro quibus confertur », asseruit et sanxit, etiam citra omnem parochi culpam, quoties eius ministerium inutile vel noxium evaserit, amoveri eum posse a paroecia: causas ad id requisitas rite designavit, et promptum quemdam procedendi modum instituit ut, salva iustitia et aequitate, res expediretur.

Iamvero finis decreti apprime attingitur, si eius dispositiones applicentur iis qui paroecias in titulum possident, quorum amotio iuxta vetus ius difficilis evadebat: non attingitur autem, imo omnino subvertitur, si memoratae dispositiones applicentur iis, qui natura sunt amovibiles *ad nutum* Ordinarii. Nam in hoc casu amotio, quae per se facilis et expeditissima esset, difficilior et complicatior fieret.

Itaque concludebatur processum iuxta decretum *Maxima cura* applicari non posse iis qui paroecias *ad nutum* administrant.

insuper, iuxta canonem XXX, dispositiones decreti applicandae sunt iis qui paroecias ut *proprii* earum rectores obtinent. Sed qui paroecias *ad nutum Ordinarii* administrant, videntur *proprii* earum pastores dici non posse.

Verum quidem est, in memorato canone XXX inter eos qui proprii paroeciae pastores dici debent, recenseri etiam qui *desservants* in Oalliis vocantur, qui usque ad nostra haec tempora ut amovibiles ad nutum vulgo habebantur. Sed obiectio facile diluitur, si consideretur quod in Gallus parochi non cantonales, qui subsidiarii seu ecclesiis *deservientes* vocabantur, per se et iuxta mentem Ecclesiae veri et proprii parochi esse debuissent: sed civilis auctoritas, *articulis organicis* Goncordatui per nefas adiectis innixa, eos qua veros parochos admittere recusabat, nec stipendiis donare volebat, nisi qua amovibiles ad nutum considerarentur. Quod sane Apostolica Sedes ad maiora mala vitanda toleravit, ceu ex celebri causa, elapso saeculo circiter mediante, penes S. Congregationem Concilii acta comprobatur. Verum nostra aetate, Concordato cum. Apostolica Sede a civili potestate violenter abrupto, *articuli organici* et anticanonicus status contra mentem Ecclesiae ab eis iniuste inductus cessavere. Ideoque parochi *desservants* ad suum nativum ius hoc ipso restituebantur; et illos tanquam veros parochos considerandos esse decretum *Maxima cura* aestimavit, adeo ut etiam quoad ipsorum amotionem dispositionibus eiusdem decreti obnoxii retinendi sint.

Sed rectores missionum seu paroeciarum, qui in Foederatis Americae Statibus inter *inamovibiles* recensiti non sunt, ex taxativa Concilii plenarii Baltimorensis II et I-II lege, ab Apostolica Sede confirmata, iuri antiquo adhuc subsunt, et habentur qua Ordinariorum vicarii ad eorum nutum amovibiles. Agitur itaque de conditione toto coelo diversa.

Denique in facto re perpensa, consideratum est in pluribus, amplissimis et non semper ad unguem ordinatis Americae dioecesibus, eam esse rerum conditionem, quae non raro impedit quominus ipsa procedendi ratio in decreto *Maxima cura* statuta applicetur.

Quod si mutatio aliqua hac de re facienda fuisset, canonicae regulae, prudens regiminis ratio, constans Apostolicae Sedis procedendi modus, a quo nunquam deflectere solet, postulavissent, ut illius regionis Antistites antea interrogarentur. Ast hoc minime factum fuit. Ergo vi decreti *Maxima cura* et praesertim controversi canonis XXX, dicendum est nullam mutationem circa modum amotionis illorum parochorum qui inter inamovibiles recensiti non sunt, fuisse inductam.

f THOMAS, Archiep. Edessenus, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO CONCILII

i

I AGI EN.

1UBILATIONIS

25 aprilis 1914

Species facti. - Ad hanc S. Congregationem Concilii misso supplici libello, quidam canonicus ecclesiae cathedralis Taciensis exponebat, se a die 26 martii 1874 per quadraginta iam annos chorali servitio operam dedisse assiduam, et quidem: *a)* a die supradicta ad diem 15 decembris 1875 tanquam mansionarium choralem super numerum, absque ulla retributione; o) a die 16 decembris 1875 ad 30 iunii 1901 tanquam mansionarium'praebendarum; c) a die 1 iulii 1901 usque in praesens tanquam canonicum. Supplicabat igitur pro indulto iubilationis ex legitima quadragenarii servitii causa impetrando.

Oratoris preces, ut de more, remissae sunt ad Episcopum lacien., ut hic, audito voto Capituli, suam quoque de re sententiam panderet. Capitulum vero, quamquam unanimiter decerneret de laudabili atque assiduo Oratoris servitio, negativum suffragium dedit, duplici de causa. Primo, quia, dum iubilatio dumtaxat vero et proprio beneficiato concedi consuevit, constat Oratorem ante diem 16 decembris 1875 non fuisse verum beneficiatum, sed honorarium aut supranumerarium ; quamobrem quadragenarius annorum circulus tantum exeunte mense decembri 1915 utiliter, ad effectum de quo agitur, complebitur. Secundo, quia, attento

quod in eodem capitulo tres chorales iam habitualiter absunt, duo nempe causa infirmitatis, tertius causa obtenu olim indulti iubilationis, alii autem canonici ex officio passim a choro impediuntur, notabile detrimentum chorali servitio ex iubilatione petita oriturum praevidetur. De hac altera contraria causa Episcopus quoque in suis litteris testatur, qui propterea submisse censet, ut, si Oratoris preces benigne excipiendae sunt, illi tamen onus imponatur choro inserviendi saltem diebus festis et dominicis, quod onus, cum corporis robore satis vigeat, Orator commode ferre poterit.

Votum Consultoris. - Qui super hac facti specie scripsit Consultor adnotat in primis, iubilationis gratiam non concedi ex aliquo iuris nostri textu, quum hac de re sileant sacri canones. Ex benignitate nihilominus Ecclesiae, argumento deducto ex leg. *A muneribus,* ff. *de vacat, et excusat, munerum,* iamdudum usus obtinuit ut in ecclesiastica quoque militia, ceu fieri solet in saeculari, quiescere aliquando et emeritorum frui stipendiis is valeat, qui assidue et laudabiliter quadraginta annorum continuato spatio servitium chorale expleverit: Garcia, *de benef.*, p. III, c. 2, § 1; Benedictus XIV, *Syn. dioeces.,* 1. XIII, c. 9, n. 13 ss.; Fagnanus in cap. *Licet,* de praebend. n. 116, aliique. Ea autem benignitas in dies augeri, potiusquam coarctari visa est: nam, quamvis antiquitus ad huiusmodi favorem obtinendum omnino requireretur servitium in eadem prorsus ecclesia praestitum, immo ab ëo qui unam eamdemque semper praebendam obtinuisset, iamdiu concedi ab hac S. Congregatione iubilatio consuevit propter servitium tum in diversis ecclesiis, tum in diversa praebenda a petente praestitum, v. g. partim tanquam capellano seu mansionario, partim tanquam canonico, ceu constat ex *Dubiis, de iubilat.* resol, d. 17 dec. 1718; ex caus. Perusina, 8 aprii. 1784; Recineten., 23 nov. 1805; Verulan., 17 sept. 1842; Roman., 12 decemb. 1899; Signina, 27 iun. 1908, etc. Semper tamen firmum stetit, iubilationem concedi dumtaxat causa quadragenarii, non autem v. g. ob senium, aut infirmitatem, quibus incommodis occurrere solet S. C. per concessam dispensationem, a qua iubilatio prorsus differt.

At vero, in casu, Oratorem assiduum et laudabile praestitisse chorale servitium extra omnem dubitationis aleam positum est. Difficultas omnis consistit super tempore quod decurrit a die 26 martii 1874, quo Orator renunciatus fuit mansionarius *supra numerum* et absque ulla retributione, ad diem 16 decembris 1875: quaeritur ergo an mansionariatu^ supranumerarius censeri debeat verus titulus beneficialis, ad effectum obtinendae iubilationis, adeo ut tempus, quo Orator eo titulo

choro inserviit, possit coniungi cum reliquo tempore ad complendum utiliter 40 annorum spatium. Haec autem quaestio alteram quaestionem magis amplam implexamque involvit, quae est de natura et conditione iuridica canonicatus, seu in genere beneficii supranumerarii.

« Canonici autem (sive generatim chorales) supranumerarii - ait « Ferraris (s. v. *Canonicatus,* art. XI, n. 22) ordinario dicuntur illi qui « in Canonicorum collegium cooptantur et canonici creantur ultra nume- « rum certum praebendarum et canonicatuum, absque ulla praebenda « illis statim attributa, ut ex Glossa et Abbate in c. *Cum magister* 9 *« de Constit,* resolvit Azor. *Inst. moral.,* p. IT, 1. III, c. 11, q. 13; Barbosa, *« de Canon.,* c. III, n. *Ì2* ». Nam - ut rite explicat idem Ferraris (s. v. cit., sub init.) - aliud est canonia sive canonicatus, aliud praebenda; canonia, seu vulgo canonicatus, est ius spirituale, quod provenit ex electione sive receptione alicuius in fratrem, seu in canonicum, dum praebenda est competens portio fructuum canonicalium. Si quis autem simpliciter in canonicum receptus fuerit, antequam redditus canonicales eidem assignentur sive conferantur, dicitur habere canoniam, hoc est canonicatum; nondum vero praebendam habere dicitur, quae ulterius importat ius ad percipiendos fructus annuos debitos ex titulo canonicali. Qui utrumque habet, nempe titulum canonicalem, et praebendam, is canonicus praebendarius appellatur: cap. *Sanctorum, %* dist. 70.

Hos canonicos supranumerarios, sive sine praebenda, *de facto* haberi in plurimis dioecesibus, in comperto est: eosque *de iure* etiam, ante sacrosanctam Tridentinam Synodum rite constitutos fuisse, certum est apud omnes. Dubitant tamen nonnulli, num hi supra numerum canonici, post leges tridentinas latas, quae *expectativas* cuiuscumque generis aboleverunt, hodie, sine Apostolica facultate, ab Episcopis universim institui possint. Hanc controversiam in casu penitius explorare non oportet: saltem enim in hoc facile omnes convenient, excessum quem utraque sententia sive affirmans, sive negans, in se habet, devitari ab eo qui teneat, posse quidem etiam hodie canonicatus ultra numerum ab Episcopo servatis servandis conferri, ita tamen ut canonia sic conlata, *de se,* non tribuat ius ad futuram vacantem praebendam; quod definite ius lege tridentina de expectativis tollendis sublatum est. Nec enim videtur admittendum, ius ad futuram praebendam, esse elementum necessario inhaerens canoniae, adeo ut concipi nequeat vera canonia sine illo iure; nam canoniae proprium est *officium* canonicale, ius autem ad praebendam sive actualem sive futuram potius ád *beneficium* attinet; notissimum vero est in iure canonico aliud esse officium, aliud beneficium, quod definiunt ius percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis *pro-*

pter officium sacrum, Quod si non congruit esse beneficium absque officio, non repugnat e converso dari officium sine beneficio. Et sicut ante instituta beneficia seu praebendas, iamdudum exstiterant, ab exordiis nempe, officia sacra, ita minime repugnat etiam in praesenti officia a beneficiis auctoritate Ecclesiae separari, adeo ut ea sine beneficiis aliquando subsistant.

In hoc sensu facile intelliguntur plures S. C. Concilii resolutiones, quas afferunt qui hanc facultatem Episcopo denegant. Ita refert Fâgnanus (in c. 9, *de Constit.*, n. 65) sacram Congregationem censuisse « posse « ab Episcopo canonicos supranumèrarios creari, ea tamen conditione, « ut nullum ius ad praebendam vacaturam habeant, vel sibi vindicent *« ex tali erectione* ». Similiter Gonzalez, ad reg. VIII, Cancell. Ap., § 1, prooem, n. 64, affert aliam declarationem datam a S. C. C. ad sess. XXIV, c. 19, *de ref.*, his verbis: « Ex hoc decreto expectativarum abrogatarum, « colligitur, non posse erigi canonicatum supernumerarium *cum iure ad « futuram praebendam* ». Idque magis etiam perspicue evincitur ex duabus S. C. C. resolutionibus, quas allegant passim contrarium tenetites : videlicet Veliterna, 23 aug. 1737 in qua S. C. C. censuit concedendam esse Ordinario postulatam facultatem conferendi canonicatum sine participatione fructuum nec distributionum, non vero esse adiiciendam conditionem ab Ordinario propositam, nimirum quod taliter provisus obtinere deberet praebendam primo vacaturam; et Eystetten., 1 decemb. 1731 in qua, proposito dubio: « An iis quibus episcopus antecessor contulit « canonicatus praebenda carentes... teneatur hodiernus Episcopus con- « ferre praebendas vacaturas, vel potius libere eas possit aliis conferre », responsum est « *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam » (cf. etiam Santi, *Prael.*, 1. III, tit. VIII, n. 13, ubi plures scriptores affert). Quod si de facto, ordinario, habentes tales canonias sine praebendis, promoveri soleant, sive iure optionis, sive per novam provisionem, ad canonicatus praebendatos, id quidem non necessario fit, nec certe vi primae collationis, sed *diverso* omnino titulo.

Haec autem edicentes minime adiudicamus Episcopo arbitrariam facultatem, hosce canonicos supranumèrarios indiscriminatim et pro lubito creandi, sed immo circumscriptam limitibus necessitatis quae pro chorali servitio urgeat, servatisque omnibus de iure servandis, praesertim quoad praevium consensum canonicorum exquirendum, et quoad legitimas in re consuetudines sive statuta observanda. Vicissim, quum de numero loquimur ultra quem, cum praefatis conditionibus, tales canonicos instituere fas est, eum intelligimus profecto qui lege ecclesiastica saltem locali praefinitur, non autem quem nonnumquam laica potestas

praescribere praesumpserit; ultra quem electi et constituti, *integrum suumius* ad praebendam servant, etsi ab *exercitio* huius iuris ab extrinseco, propter usurpationem, impediantur. « Omnis enim res per quascumque causas colligitur, per easdem [non per alias] dissolvitur » (reg. I iuris).

Porro .de hisce canonicis sive choralibus, supra numerum, legitime tamen, constitutis, quaeri solet, quaenam eorum sint iura, in comparatione praesertim cum praebendariis. Scite respondet De Herdt (Prax. cap. XI, § I, 4): « Hi canonici supranumerarii, *vere et proprie* sunt cano-« nici, quatenus praebenda et canonicatus distinguuntur, et canonicatus « sine praebenda exsistere valet. Si veri sunt canonici, videtur saltem « dicendum eos stallum seu locum in choro habere; an lucrentur distri-« butiones, et quae alia eorum sint iura, ad haec potissimum est atten-**te** denda consuetudo. Tanquam veri canonici, eligi possunt in iudices « synodales, in delegatos Apostolicos, etc. Praecedunt coadiutores et « canonicos honorarios,-locum autem cedunt canonicis numerariis eius-« dem ordinis, etc. ». Ex quibus etiam patet, nullo modo posse canonicos supranumerarios confundi cum canonicis *honorariis:* hi enim postremi, licet habeant stallum in choro, non habent onus perpetuum assistendi choro, cum pro lubito assistant, nec habent vocem in capitulo, nec percipiunt distributiones; dum e converso canonici supranumerarii habent locum in choro cum onere perpetuo assistendi; salvis quidem legitimis consuetudinibus, per se tamen habent vocem in capitulo, quum ad hanc habendam minime requiratur, per se, participatio massae; et possunt percipere distributiones chorales, ut in casu, in cathedrali nempe Iaciensi, iam obtinet, quoad mansionarios supranumerarios.

Iam, quaestionem propius quod attinet, receptum omnino est apud H. S. G. tempus, quo quis inserviit tanquam *canonicus honorarius* iungi non posse servitio quod laudabiliter postea praestitit uti verus canonicus, ad effectum consequendae iubilationis (Cf. v. g. Piscien., *iubilationis,* d. 3 iulii 1819). Et ratio in promptu est, quia videlicet canonicus honorarius non tenetur onere perpetuo assistendi choro, sed pro lubito assistit, et ideo nequit exhibere titulum perpetui servitii, ex quo tantummodo habetur ratio temporis utilis ad effectum de quo agitur. Ex adverso canonicus supranumerarius, per se saltem, huiusmodi perpetui servitii onere tenetur, immo huius servitii intuitu, ut diximus, creari solet: quamobrem si huic oneri revera et fideliter satisfecit, tempus servitii praestiti a canonico (et idem tenendum de mansionario) supranumerario, iure iungitur aliis temporibus idoneis, ad quadragenarum complendum. Argumentum desumi quoque potest ex canonico coadiu-

tore, qui, si *revera* laudabiliter et continuo servitium chorale praestitit, procul dubio indultum iubilationis suo tempore consequitur, quamvis non habeat titulum proprium, et sit *fictus*, non verus canonicus (S. G. G. in Ästen., 26 aug. 1780; Foroliv., 16 sept. 1826 etc,); dum canonicus supranumerarius est verus canonicus, et habet titulum proprium et, de se, perpetuum.

Quae omnia ad casum trahendo, pronum est in proposita specie respondere, canonicum oratorem, qui laudabile et assiduum choro servitium praestitit per XL iam annos, licet sub diverso titulo, gratiam iubilationis *ratione temporis* bene promeruisse; eaque immo digniorem se reddidisse, inspecta aequitate canonica, si per aliquod tempus titulo gratuito et sine ulla retributione, ex voluntate Episcopi, servitium illud obivit.

Quod autem spectat capituli et Episcopi votum, Consultor in primis adnotat, non eum in finem ea a S. Congregatione exquiri, ut consensum haec obtineat gratiae concedendae, sed dumtaxat, ut constet de laudabili servitio per XL annos continuato, et detegantur, si quae sint, causae Oratoris intentionem impedientes. Huiusmodi causae non afferuntur, excepta praetensa necessitate choralis servitii : verum, praetermisso quod hic defectus *per se* impedire non potest gratiam concedendam, ut animadversum est nuperrime in Signina, *Iubilat.*, 27 iun. 1908 (Thesaur. 1908, pag. 358 s.), eo quod in indulto iuxta suetam formam clausulae limitativae pro casu necessitatis explicite apponuntur, et, si non apponerentur, tacite tamen inessent, in casu non constat grave detrimentum chorali servitio ex concedenda gratia esse timendum: numerantur enim in capitulo Iaciensi praeter Oratorem 29 chorales, ex quibus tres tantum habitualiter absunt; pauci alii, temporario indulto quidem fruuntur, non tamen pro diebus festis et dominicis et cum clausula « dummodo inde « chori servitium nihil detrimenti capiat ». Antequam igitur denegetur propter necessitatem servitii choralis postulata iubilatio, adimplendae sunt per alios conditiones obtentis dispensationibus adiectae, ad quas exigendas ius Episcopus, immo et officium habet.

Resolutio. - Porro, subiectis Emis ac Rmis S. Congr. Concilii Patribus precibus Oratoris, in plenariis comitiis habitis die 25 aprilis 1914, iidem Emi Patres, re mature perpensa, rescribendum censuerunt :

« Pro gratia iubilationis, *facto verbo cum Ssmo* ».

Ssmus autem, in audientia postmodum infrascripto Secretario concessa, resolutionem Emorum Patrum ratam habere dignatus est.

O. GIORGI, *Secretarius.*

II "

VERCELLEN.. • - "

IURIS FUNERANDI.

Dubium. - Archiepiscopus Vercellensis ad hanc S. Congregationem Concilii infrascriptum dubium pro opportuna solutione reverenter detulit, nimirum:

« An, dum ardet praesens bellum, capellanis castrensibus, qui in hospitalibus nunc pro militibus vulneratis aut aegrotantibus erectis inserviunt, *exclusive* competat ius funerandi quoad milites qui in praedictis hospitalibus decedant?».

Et sacra eadem Congregatio, re mature perpensa, die 7 iulii 1915 rescribendum censuit prout rescripsit: « *Affirmative,* dummodo exsequiae « peragantur in sacello hospitalis, et cadaver sine pompa efferatur ad « coemeterium ».

Datum ex aedibus S. C. Concilii, die, mense et anno ut supra.

L. © S.

O. GIORGI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

DUBIA

Sacrae Rituum Congregationi sequentes quaestiones pro opportuna solutione proposita fuerunt; nimirum:

I. An Commemoratio de Anniversario electionis et consecrationis Episcopi in Missis lectis prohibeatur diebus infra octavas privilegiatäs, ritus semiduplicis ?

II. An dioecesana lege prohiberi possit domorum benedictio diebus Sabbatum sanctum proxime praecedentibus, imo toto tempore quadragesimali, ne talis benedictio a fidelibus ut paschalis aestimetur, et magna exinde confusio oriatur in populo?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis quaestionibus ita respondendum censuit:

Ad I. Negative.

Ad II. In casu, affirmative iuxta decreta.

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 2 iulii 1915.

A. CARD. VICO, *S. R. G. Pro-Praefectus.*

L.ÉBS.

Alexander Verde, *Secretarius,-*

II

DECRETUM

DE IMAGINIBUS BEATORUM PUBLICAE VENERATIONI EXPOSITIS

Expostulatum est a sacra Rituum Congregatione: utrum imagines seu statuae alicuius Beati, formaliter beatificati, publicae fidelium venerationi in ecclesiis seu oratoriis publicis expositae, amoveri possint auctoritate respectivi Ordinarii?

Et sacra eadem Congregatio proposito dubio ita respondendum censuit: Si adfuit indultum apostolicum, vel tantum expositionis praedictarum imaginum seu statuarum, vel maius indultum celebrandi festum cum Officio et Missa de Beato (quo in casu facultas continetur exponendi memoratas imagines, seu statuas), *negative;* secus *affirmative..*

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 24 iuiii 1915.

A. CARD. VICO, *S. R. '**O.** Pro-Praefectus.*

L . ^ S .

Alexander Verde, *Secretarius..*

DECRETA

DE CANTU HYMNI « TE DEUM » ET DE EXEQUIIS TEMPORE BELLI

Haec quae sequuntur Decreta, denuo edere peropportunum visum est, cum, hodiernis rerum adiunctis, integre ipsa omnino vigeant.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

Ad Ordinarios Locorum in Italia.

Pro parte nonnullorum in Italia Praesulum postulatum est, utrum, occasione belli, quod in Africa geritur, locorum Ordinarii, ubi fuerint requisiti, permittere valeant solemnem cantum hymni ambrosiani, si illud Italis bene cedat, vel fúnebres caeremonias cum Missa celebrare, pro iis qui in bello ipso decesserint.

Sacra Poenitentiaria, sic annuente SS. D. N. Leone Pp. XIII, huic postulato respondet:

Permitti posse ut occasione, de qua quaeritur, a parochis aliisque ecclesiasticis viris canatur hymnus ambrosianus ita tamen ut post hymnum ambrosianum recitentur versiculi tantum communes et unica oratio pro gratiarum actione; - omisso quocumque alio versículo et oratione; - itemque permitti posse ut sacrosantum Missae sacrificium, aliaeque fúnebres caeremoniae celebrentur, quin habeantur in Ecclesia nec a viris laicis nec a viris ecclesiasticis et ab ipsis Ordinariis funereae orationes.

Cavendum omnino, ne haec omnia in politicos sensus detorqueantur.

Datum Romae, die 13 martii 1888.

RA PH. CARD. MONACO, *P. M.*

L. © S.

I. Can. Palombi, *S. P. Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

De suffragiis pro defunctis in bello Tripolitano.

Quum saepe saepius, etc.

Mandat autem ac praecipit Sanctitas Sua, ut in eiusmodi funeribus - etsi fiant diebus a ritu permissis - nemo - cuiusque sit dignitatis - sermones aut fúnebres orationes - in quibusvis ecclesiis seu oratoriis - habere praesumat. — Die 3 februarii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

TAURINEN.

IURISPATRONATUS

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 16 martii 1915, BB. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de turno, in causa* Taurinen. - Iurispatronatus, *inter comitissam* Mariam Gautier de Confiengo, *nomine filii Roberti, actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem adv. Vincentium Sacconi, et marchionem* Octavium Thaon de Revel, *reum conventum in causa, contumacem, interveniente et disceptante pro libertate ecclesiae patronatae revmo Promotore iustitiae apud H. S. Tribunal, sequentem definitivam protulerunt sententiam.*

Instrumento publico diei 17 februarii 1730, comes Nicolaus Manfredus Occelli constituit dotem pro erigenda nova paroecia sub titulo Ssmae Trinitatis in oppido vulgo *Nichelino,* in quo feudum habebat, et €uius territorium prius spectabat ad paroecialem collegiatam Montiscaierii *(Moncalieri),* et in eodem instrumento reservavit iuspatronatus « a « favore di esso sig. conte, suoi successori, o di chi esso disporrà ». Die 12 sequentis maii curia archiepiscopalis Taurinensis factam fundationem et dotationem cum dicta reservatione ratam habuit, et ita nova exstitit canonice erecta paroecia, ad quam ipse patronus fundator primum parochum praesentavit sacerdotem Iosephum Macario.

Supremo dein elògio diei 8 iulii 1741, quo decessit anno 1743, idem patronus utens reservatione circa modum disponendi de iurepatronatus de qua supra, ita cavit: « Ha legato e lega e per ragione di legato ha « lasciato e lascia la nomina del parroco della parrocchia del Nichelino « all'infrascritto erede universale (clerico Thomae ultimo fundatoris filio) « vita naturale durante del medesimo; e dopo di esso lega e lascia in per« petuo la nomina suddetta al primogenito dei suoi discendenti maschi, e « mancando interamente la linea mascolina, spetterà detta nomina alla « primogenita del primogenito o primogeniti *in infinitum,* e mancando la « linea della primogenita spetterà alla seconda e terzagenita e successiva« mente sino a tanto che vi saranno parenti e discendenti della sua famiglia « e sempre al più prossimiore ». Demortuo testatore Nicolao, iuxta legem

ab boc positam, anno 1768 defuncto parocho Macario, novum parochum praesentavit sacerdos Thomas Occelii, cui licet ultimo genito relictum fuerat ius patronatus. Successive nominationes peractae fuerunt a descendentibus masculis Iacobi Aloisii, filii primogeniti fundatoris. Anno 1877, peracta ultima nominatione ab Augusto Occeili, cum hic sine prole decessisset, masculina exaruit linea: verum huic aderat Secundina, nupta corniti Casimiro Gautier de Confiengo, ex quo matrimonio genitus fuerat Eduardus, hinc iuxta relatam fundatoris voluntatem hic in patronatu successit.

Nihilominus anno 1887 vacata paroecia, uxor vidua Augusti Occelii, Irenes Cavoretto, desponsata in secundis nuptiis cum marchione Ignatio Thaon de Revel, et ipso viduo cum prole, praetendit cum hereditate primi mariti Augusti sibi etiam obvenisse iuspatronatus. Verum pro hac vice partes, nempe Irenes Cavoretto nupta Ignatio Thaon de Revel et Eduardus Gautier de Confiengo, ius nominandi cesserunt curiae archiepiscopali, uti patet ex decreto ab hac facto die 29 novembris 1887 circa novum deputatum parochum sacerdotem Gianolio: « Jure nobis pro hac vice transmisso utentes ».

Die 23 decembris 1913, defuncto parocho Gianolio, comitissa Maria Scozia de Calliano, vidua Eduardi Gautier de Confiengo, intra utile tempus die 14 martii 1914, uti tutrix sui filii Roberti interdicti ob mentis infirmitatem, praesentavit ad vacantem paroeciam de Nichelino pro institutione curiae Taurinensi sacerdotem Vincentium Burzio; attamen ex adverso marchio Octavius Thaon de Revel, filius Ignatii ex primo lecto utpote successor mediatus hereditatis maternae Cavoretto, suo patri relictae, quamvis nullo sanguinis vinculo cum fundatore coniunctus, die 16 aprilis eiusdem anni, duos sacerdotes praesentavit, scilicet Ioannem Porporato çt Sebastianum Stacchino, in vacanti paroecia instituendos. Has duas factas, nominationes impugnans comitissa Maria vidua Gautier de Confiengo, apud curiam archiepiscopalem petiit ut quaestio institueretur de spectantia iurispatronatus. Verum curia, retento quod ambae partes essent in quasi possessione legitima iurispatronatus, tres factas nominationes cumulative admisit et concursum indixit inter praesentatos, ut dignosceretur quinam uti dignior esset instituendus in vacanti paroecia, salva interim quaestione in petitorio tum quoad iurispatronatus pertinentiam, tum quoad libertatem ecclesiae favore Ordinarii.

Contra hanc agendi curiae rationem comitissa Gautier de Confiengo recursum promovit ad Summum Pontificem, qui rescripto mensis iunii nuper elapsi anni 1914, huic S. Tribunali Rotali definitionem controversiae com mittere'dignatus est.

Interim vero persistente in contumacia marcinone Octavio Thaon de Revel pluries citato ad comparendum, eaque firmiter declarata, sequentia dubia ex officio, interveniente etiam Rmo Promotore iustitiae, pro disceptatione et resolutione causae proponuntur:

1) *An et cuius favore constet de iuspatronatus in casu;* et quatenus affirmative:

2) *Cuinam danda sit institutio in casu.*

Haec dubia die 1 proxime elapsi februarii nedum intimata sunt contumaci marchioni Thaon de Revel, sed etiam praesentatis ut hi, quatenus vellent, iudicio interesse possent.

In iure. - Plures iurispatronatus species recensentur: quae ad praesentem controversiam conducit est divisio ipsius in hereditarium, familiare vel gentilitium, et mixtum. Hereditarium, iuxta Gagliardi *de iurepatr.,* cap. 3, n. 16, dicitur illud « quod cum universa hereditate fundatoris vel patroni ad quoscumque transit heredes tam extraneos quam « de sanguine, sive ab intestato sive ex testamento, tamquam pars accessoria et membrum hereditatis: cap. 1 et cap. *Cum saec. de iurep.* et « Clementina *Plures de iurep. ...* ». De regula iuspatronatus est hereditarium et transit cum hereditate, ut ait card. De Luca in *Stimma de iurepat.,* n. 26. Verum haec regula cessare potest ex diversa voluntate testatoris vel alterius unici possessoris disponentis ut iuspatronatus pertineat ad suam vel alterius familiam, vel aliud genus personarum, et tunc iuspatronatus familiare vel gentilitium habetur, qui termini, licet a nonnullis confundantur, tamen inter se sunt distincti. Nam cum citato Gagliardi gentilitium peculiari ratione dicitur quod uni vel pluribus personarum^ generibus vel stirpibus reservaium est sine ullo agnationis vel cognationis non habentes quatenus istae licet qualitatem hereditariam discrimine praesentare et munia patroni obire valeant, familiare autem quod uni vel pluribus familiis aut agnationibus sine qualitate hereditaria est reservatum, exclusis cognatis; si vero in utroque sive familiari sive gentilitio intrare etiam debet qualitas hereditaria, tunc habetur iuspatronatus mixtum.

In casu iuspatronatus esse gentilitium extra controversiam est ex clara fundatoris voluntate in testamento anni 1741, siquidem inibi primo vocantur descendentes masculi a linea masculina, et deinde descendentes a linea feminina, et deinde omnes descendentes de familia fundatoris, ita ut proximior semper praeferatur. Secundo relate ad quaestionem super pertinentiam iurispatronatus seu in petitorio, altero excipiente iam factas in antecessum praesentationes seu in possessorio, haec cum citato Gagliardi, cap. 19, n. 5, sedulo advertenda sunt.

Quasi possessor manuteutionera in praesentanda regulariter obtinet contra petitorem pertinentiae patronatus, quatenus praesentatus a bonae fidei possessore omnino debeat institui et praeferri praesentato per proprietarium non possidentem. Hoc quidem conforme est cap. 19 *de iurep.*, et cap. 7 *de caus. possess. et prop.* Verum ut haec quasi possessio suffragetur ad obtinendam praesentati institutionem plura requiruntur: 1) Requiritur bona fides in praesentante; 2) requiritur titulus coloratus, quare, ut ait Fagnanus explicans cit. cap. 19 et 3 *de iurep.*, « quoniam, « possessio induit naturam tituli unde promanat, si appareat unquam « origo mala et vitiosus possidendi titulus, tunc praesumptio boni tituli « cedit veritati et possessio non attenditur » ; 3) requiritur scientia et patientia tam veri patroni, quam Ordinarii collatoris; 4) demum ut facta a quasi possessore praesentatio in ultimo statu suum secuta sit effectum. Insuper ut quasi possessor obtineat manutentionem necesse est ut intentatum petitorium sit, ut pragmatici loquuntur, turbidum; secus est quando probatio proprietatis est clara et fit in continenti; tunc iuxta cap. 6 *de caus. poss. et propr.*, possessorium absorbetur a petitorio. Plena autem et perfecta probatio, iuxta eundem Gagliardi, cap. cit., n. 39, pertinentiae patronatus incontinenti tunc facta dicitur, cum eo liqueat vel per confessionem partis vel per fundationis instrumentum vel per rem •iudicatam aut per aequipollentem probationem.

In facto. - De iurispatronatus exsistentia in casu, et quod illud sit gentilitium et non hereditarium, iam alias sermo habitus fuit. Item quod linea masculina descendens a Iacobo Aloisio, filio primogenito fundatoris Nicolai Manfredi Occelii, cessaverit morte Augusti sub die 8 martii 1877, absque prole defuncti, deducitur ex arbore genealogica exhibita in actis; et, quod exstincta linea semper exercuerit iuspatronatus, docet relatio curiae Taurinensis ad hoc Tribunal transmissa. Exstincta linea masculina, iuspatronatus ad tramites testamentariae dispositionis fundatoris transferri debebat ad lineam femineam primogenitae: « mancando interamente la linea mascolina, spetterà detta nomina alla primogenita del « primogenito o primogeniti *in infinitum* ». Sed praefatus Augustus duas habebat sorores, quarum prior Secundina nupserat corniti Casimiro Modesto Gautier de Confiengo ; ad hanc igitur transiit iuspatronatus seu ad eius primogenitum Eduardum ; hic vero in matrimonium duxit Mariam Scozia Galliano a qua habuit filium Robertum, actualem patronum, et cuius nomine sua mater vidua ut tutrix praesentavit sac. Vincentium Burzio. Neque ex eo quod Robertus sit interdictus ob mentis infirmitatem, sequitur quod ipse sit incapax possessionis iuris patronatus, uti

non sunt incapaces dominii amentes vel dementes, cfr. De Lugo, *de iur. et iur.*, disp. 3, n. 14, quibus aequiparari potest interdictus ob debilitatem mentis, et sicuti illi habent opus tutore pro iurium exercitio, cit. De Lugo, dis. 22, sec. 10, n. 281, ita interdum dicendum in casu de Roberto, cuius iura ipse per matrem suam exercuit ex facta, uti supra, praesentatione. E contra Irenes Cavoretto, heres defuncti Augusti Oceelli, nupta dein marchioni Tgnatio Thaon de Revel, nullo iure sibi vindicare poterat iuspatronatus, utpote quia non agebatur de patronatu hereditario, sed totum gentilitio, et ipsa non erat de sanguine fundatoris Oceelli, sed multo minus sibi illud asserere valet actualis eius filius privignus marchio Octavius Thaon de Revel, reus conventus in causa, et pariter extraneus a familia et sanguine fundatoris.

Neque ei prodesse potest asserta possessio seu nominatio facta anno 1887 ab eius noverca Irene Cavoretto"; nam nulla nominatio locum tunc habuit ex parte Irenis, sed potius partes, seu eadem Irenes et comes Eduardus Gautier de Confiengo, rem remiserunt liberae collationi curiae Taurinensis, uti ex huius relatione in actis constat et in factispecie fuit indicatum. Ergo nulla adfuit possessio iurispatronatus ex parte Irenis Cavoretto, utpote quia pro ea vice parochi nominatio remissa fuit liberae voluntati Ordinarii. At dato et non concesso quod tunc possessio incoepta a praefata Irene fuisset regularis et legitima, in praesenti iudicio nullimode posset attendi ad effectum manutentionis sui filii privigni marchionis Octavii in nominatione facta duorum sacerdotum Stacchino et Porporato, quia de pertinentia iurispatronatus favore Roberti Gautier de Confiengo, pro quo sua mater ut tutrix, actionem instituit, adest probatio clara et non controvertibilis, tum ex testamento ipsius fundatoris nuper reperto, ex cuius ignorantia egit curia Taurinensis in admittendo nominationes Stacchino et Porporato, tum ex arbore genealogica documentis suffulta, tum ex confessione rei conventi ad actricem in quadam epistola ita scribentis: « Io credo che non appar- « tenendo alla famiglia Nichelino non ho alcuna ingerenza in materia, « ed anche l'avessi, mi affretterei a cederne ogni diritto ai parenti suoi, « come sarebbe mio elementare dovere » ; et in hisce conclusionibus convenit quoque Promotor iustitiae apud H. S. Tribunal, qui partes agit ipsius curiae Taurinensis in vindicanda ecclesiae libertate. Igitur nullum dubium de pertinentia iurispatronatus favore Roberti Gautier de Confiengo et de consequenti institutione danda sacerdoti Burzio ab eo praesentato.

Quibus omnibus in facto et in iure enucleatis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes, et solum Deum

prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus: *Iuspatronatus in casu pertinere ad Robertum Gautier de Confiengo, et institutionem ad paroeciam oppidi Nichelino esse dandam sacerdoti Vincentio Burtio,* seu propositis dubiis respondemus:

Ad I. *Affirmative favore comitis Roberti Gautier de Confiengo;* ad II. *Institutionem esse dandam sacerdoti Vincentio B nr zio;* damnantes insuper marchionem Octavium Thaon de Revel ad omnes iudicii expensas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant, ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de ref.* Conc. Trident., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et •opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 16 martii 1915.

Ioseph Mori, *Ponens.*

Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.

***iL.** %j* S.

Ex Cancellaria, 7 aprilis 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO DI CONCORSO

Il metodo ordinariamente seguito dalla Santa Sede per provvedere alle vacanze degli uffici inferiori della diplomazia pontificia è stato d'indire, volta per volta, uno speciale concorso fra gli aspiranti a questa carriera, quando non si avesse disponibile alcun soggetto idoneo per il posto che dovevasi ricoprire ; il che peraltro non ha impedito che si adottasse talvolta il sistema del concorso generale.

La Santa Sede ha pertanto deciso d'indire ora un concorso generale, al quale saranno ammessi tutti gli aspiranti alla camera diplomatica della S. Sede. L'esame avrà luogo entro il prossimo mese di settembre; ma le domande dovranno essere presentate alla Segreteria di Stato non più tardi del 10 agosto. Si farà poi conoscere agli aspiranti stessi, con qualche anticipazione, 11 giorno preciso dell'esame.

I requisiti per l'ammissione sono :

a) Essere di civile condizione, e di famiglia, la cui rispettabilità ed onoratezza non possano essere messe in dubbio.

b) Esibire l'attestato dell'ordinazione sacerdotale e la commendatizia del proprio Ordinario. La Santa Sede, da parte sua, si riserva naturalmente di procurarsi quelle ulteriori indicazioni ed informazioni che giudicasse del caso.

c) Presentare la laurea almeno di diritto canonico e gli attestati degli studi letterari ed ecclesiastici regolarmente e lodevolmente compiuti. Chi, oltre i predetti requisiti, esibisse anche la laurea conseguita in altre facoltà, specialmente nella S. Teologia, e dimostrasse la conoscenza di altre lingue straniere - oltre la francese che'è materia d'esame - sarà, a condizioni pari, preferito.

L'esame sarà scritto ed orale, e verserà intorno alle materie seguenti:

a) diritto pubblico ecclesiastico;

b) diritto internazionale;

c) storia ecclesiastica, con speciale riguardo ai rapporti fra la S. Sede e gli Stati;

d) stile diplomatico;

e) lingua francese.

Per ciascuna di queste materie sono già stati fissati in apposito Programma i temi sui quali potrà cadere l'esame stesso, ed i concorrenti avranno modo di procurarselo, rivolgendosi alla Segreteria di Stato.

Gli aspiranti non avranno che la molestia di sospendere per pochi giorni le loro occupazioni, perchè faranno ad esse ritorno appena terminati gli esami. Le prove scritte ed orali, che avranno sostenute, serviranno a far conoscere la loro capacità, la constatazione della quale servirà poi a determinare la scelta del Santo Padre quando giunga il momento di rinnovare od accrescere il personale inferiore delle Rappresentanze pontificie all'estero.

Ai giovani ecclesiastici, che avranno subito l'esame, se ne farà conoscere l'esito; ma anche se il risultato sarà favorevole, non avranno diritto di essere ammessi al servizio diplomatico della Santa Sede, e dovranno tornare alle loro diocesi, finché non piaccia a Sua Santità di provvedere a qualche eventuale vacanza negli uffici della diplomazia pontifìcia, scegliendo fra quelli che, mercè i precedenti esami, saranno stati riconosciuti idonei al detto servizio.

NOMINE

Con Biglietti delia Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

24 luglio 1915. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Membro della Sacra Congregazione Concistoriale.*

— L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Carità dell'Immacolata Concezione che hanno la Casa-Madre nella diocesi di S. Giovanni {Canada).*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

21 luglio 1915. — Mons. Enrico Giuseppe Richter, vescovo di Grand-Rapids.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

12 luglio 1915. — Mons. Pietro Bouyer, già amministratore apostolico della diocesi di Martinica.

18 luglio.———Mons. Edoardo Burke, dell' archidiocesi di Toronto, già Presidente della *Catholic Church Extension Society* nel Canada.

27 luglio. — Mons. Luigi Iauch, dell'archidiocesi di Parigi.

Prelati Domestici di S. S.:

13 luglio 1915. — Mons. Francesco Samà, delia dioc. di Oppido Mamertina.

17 luglio. — Mons. Patrizio Lynch, della diocesi di Salford.

— Mons. Giacomo Kennedy, della diocesi di Dunkeld.

18 luglio. — Mons. Leopoldo Nardelli, già parroco di S. Eustachio in Roma.

20 luglio. — Mons. Carlo Salotti, assessore della Sacra Congregazione dei Riti e sotto-promotore della Fede.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti •onorificenze :

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

28 luglio 1915. — Al sig. marchese Luigi Lepri, guardia nobile di S. S.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 luglio 1915. — Al sig. cav. Paolo Croci, presidente del Circolo di S. Pietro,

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 luglio 1915. — Al sig. Gaetano Semitecolo, di Roma.

26 luglio. — Al sig. Luigi Baldassarri, officiale della S. C. del Concilio,,

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

17 luglio 1915. — Al sig. dott. Cirino Locaste, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

18 maggio 1915. — Mons. Guglielmo Veitch, della dioc. di Harbour Graee.

5 giugno. — Mons. Filippo Pirri, di Roma.

U givano. — Mons. Giovanni van Schaik, dell'arefrdiocesi di Utrecht.

1 luglio. — Mons. Bernardo Palmer, della diocesi di Plymouth.
3 luglio. — Mons. Francesco Saverio Kessler, della diocesi di Spira.
28 luglio. - Mons. Nazareno ignazi, di Roma.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

1 luglio 1915. — Mons. Fortunato Giacomelli, della diocesi di Padova.
3 luglio. — Mons. Alberto Rey Gonzalez, della diocesi di S. Cristoforo de Laguna.
— Mons. Potito Caprigiioue, della diocesi di Ascoli e Cerignola.
14 luglio. — Mons. Luigi Del Magro, dell'archidiocesi di Lucca.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

3 luglio 1915. — Comm. avv. Assuero Roggeri, dell' archidioc. di Bologna.
— Avv. Giovanni Maria De Marinis, della diocesi di Aquila.

NECROLOGIO

8 luglio 1915. — Mons. Enrico Vollmar, vescovo titolare di Pergamo e-^già vicario castrense dell'esercito prussiano.

Annus VII - Yol. VII Die U Augusti 1915 Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE SACRO TER PERAGENDO

IN DIE SOLLEMNIS COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Incruentum Altaris sacrificium, utpote quod a sacrificio Crucis nihil natura ipsa differat, non modo caelitibus afferre gloriam, et iis qui in miseriis huius vitae versantur ad remedium et salutem prodesse, sed etiam ad animas fidelium qui in Christo quieverint expiandas quamplurimum valere, perpetua et constans Ecclesiae sanctae doctrina fuit. Huius vestigia et argumenta doctrinae, quae quidem, saeculorum decursu, "tum christianorum universitatem praeclarissimis affecit solaciis, tum optimum quemque in admirationem infinitae Christi caritatis rapuit, in pervetustis latinae et orientalis Ecclesiae Liturgiis, in scriptis Sanctorum Patrum, denique in pluribus antiquarum Synodorum decretis expressa licet et manifesta deprehendere. Id ipsum autem Oecumenica Tridentina Synodus sollemniore quadam definitione ad credendum proposuit, cum docuit « animas in Purgatorio detentas fidelium suffragiis, po-

tissimum vero acceptabili Altaris sacrificio iuvari », eosque anathemate perculit, qui dicerent, sacrum non esse litandum « pro vivis et defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus ». Neque vero rationem agendi huic docendi rationi dissimilem unquam secuta est pia Mater Ecclesia; nullo enim tempore destitit Christifideles vehementer hortari, ne paterentur, defunctorum animas iis carere utilitatibus, quae ab eodem Missae sacrificio uberrime profluerent. Qua tamen in re hoc laudi Christiano populo verti debet, nunquam eius pro defunctis studium industriamque defuisse : ac testis Ecclesiae historia est, cum fidei caritatisque virtutes altius insiderent animis, actuosiorem tunc operam et reges et populos, ubicumque patebat catholicum nomen, in eluendas Purgatorii animas contulisse.

Ea ipsa profecto effecit tam incensa maiorum pietas, ut, plura ante saecula, in Regno Aragoniae, consuetudine paulatim inducta, die Sollemnis Commemorationis omnium defunctorum sacerdotes saeculares sacrum bis peragerent, ter vero regulares; quod privilegium Decessor Noster immortalis memoriae Benedictus XIV non modo, iustis de causis, confirmavit, verum etiam, rogatu Ferdinandi VI Hispaniarum Eegis Catholici, itemque Ioannis V Lusitaniae Regis, Litteris Apostolicis, die XXVI mensis Augusti a. MDCCXLVIII datis, ita produxit, ut cuilibet sacerdoti e regionibus utrique Principi subiectis facultatem faceret ter eadem in Sollemni Commemoratione litandi.

Procedente autem tempore, permulti, tum sacrorum Antistites, tum ex omni ordine cives, iterum et saepius supplices preces Apostolicae Sedi adhibuerunt, ut eiusmodi privilegio ubique gentium liceret uti : eademque de re a proximis Decessoribus Nostris et a Nobismetipsis, in hisce Pontificatus Nostri primordiis, postulatum est haud semel. Nec vero dixeris, causas, quae ad propositum olim afferrentur, iam nunc defecisse : quin immo et exstant adhuc et ingravescunt in dies. Etenim Christifidelium, qui Missas in defunctorum solacium celebrandas vel quovis modo statuerint vel testamento lega verini, pia haec in-

stituta et legata dolendum est partim deleta esse, partim ab iis neglegi qui minime omnium debeant. Huc accedit, ut ex iis ipsis, quorum explorata religio est, non pauci redituum imminutione cogantur, ad contrahendum Missarum numerum, supplices Apostolicam Sedem adire.

• Nos igitur, denuo conscientiam eorum graviter onerantes, qui suo hac in re officio non satisfaciant, caritate in defunctorum animas, qua vel a pueris incensi sumus, vehementer impellimur, ut omissa cum ingenti earum detrimento suffragia, quantum in Nobis est, aliquo pacto suppleamus. Ea quidem miseratio hodie maiorem in modum Nos permovet, cum, lucrosissimi belli facibus Europae fere omni admotis, cernimus ante Nostros paene oculos tantam hominum copiam, aetate florentium, immaturam in proelio mortem occumbere; quorum animabus expiandis etsi defutura non est propinquorum pietas, eam tamen necessitati parem quis dixerit? Quandoquidem vero communis omnium Pater divino consilio facti sumus, filios vita functos, Nobis carissimos et desideratissimos, volumus, paterna cum largitate, congesti e Christi Iesu meritis thesauri abunde participes efficere.

Itaque, invocato caelestis Sapientiae lumine auditisque aliquot Patribus S. R. E. Cardinalibus e Sacris Congregationibus de disciplina Sacramentorum et Sacrorum Rituum, haec quae sequuntur in perpetuum statuimus.

I. Liceat omnibus in Ecclesia universa Sacerdotibus, quo die agitur Sollemnis Commemoratio omnium fidelium defunctorum, ter sacrum facere; ea tamen lege, ut unam e tribus Missis cuicumque maluerint applicare et stipem percipere queant; teneantur vero, nulla stipe percepta, applicare alteram Missam in suffragium omnium fidelium defunctorum, tertiam ad mentem Summi Pontificis, quam satis superque declaravimus.

IL Quod Decessor Noster Clemens XIII Litteris die xix mensis Maii a. MDCCLXI datis concessit, id est ut omnia altaria essent eo ipso Sollemnis Commemorationis die *privilegiata,* id, quatenus opus sit, auctoritate Nostra confirmamus.

III. Tres Missae, de quibus supra diximus, sic legantur, quemadmodum fel. rec. Decessor Noster Benedictus XIV pro Regnis Hispaniae ei Lusitaniae praescripsit.

Qui unam tantummodo Missam celebrare velit, eam legat quae in *Missali* inscribitur legenda *in Commemoratione omnium fidelium defunctorum;* eandem adhibeat qui Missam cum cantu celebraturus sit, facta ei potestate anticipandae alterius et tertiae.

IV. Sicubi acciderit, ut Augustissimum Sacramentum sit expositum pro Oratione **XL** Horarum, Missae de Requie, cum vestibus sacerdotalibus coloris violacei necessario dicendae (Decr. Gen. S. R. C. 3177-3864 ad 4), ne celebrentur ad *Altare Expositionis.*

Quod reliquum est, pro certo habemus fore, ut omnes catholici orbis Sacerdotes, quamquam sibi licebit die Sollemnis Commemorationis omnium fidelium defunctorum semel tantum litare, velint libenter studioseque insigni privilegio uti quod largiti sumus. Impense vero omnes Ecclesiae filios hortamur, ut, memores officii, quo erga fratres, Purgatorii igne cruciatos, non uno ex capite obligantur, frequentes eo die sacris, summa cum religione, intersint. Ita futurum certe est, ut, immensa refrigerationis unda ex tot salutaribus piaculis in Purgatorium defluente, frequentissimae quotannis defunctorum animae inter beatos triumphantis Ecclesiae caelites feliciter cooptentur.

Quae autem hisce Apostolicis Litteris constituimus, eadem valida et firma perpetuo fore edicimus, non obstante quavis lege, antehac lata a Decessoribus Nostris, de Missis non iterandis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die x mensis Augusti anno **MCMXV**, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI
a Secretis Status.

PH. CARD. GIUSTINI
S. C. de Sacramentis Praefectus.

Loco *Cfr* Plumbi

VISA
M. RIGGI, C. A., ***Not.***

lieg, in Canc. Ap., Is. $\frac{}{15}$

EPISTOLAE

I

AD IOAGHIM CARD. ARCOVERDB DE ALBUQUERQUE CAVALCANTI, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, CETEROSQUE BRASILIAE MERIDIONALIS ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, UT GRATULETUR DE SUMMA ANIMORUM CONSENSIONE QUA DIOECESUM BONO CONSULUNT.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Litteras nuper accepimus, quas ad nos dedistis Neo-Friburgi congregati: in iisque habuimus cur laetaremur cum ex pietatis in Nos vestrae significatione, tum ex concordia qua, uti scribitis, consilia ad providendum iniistis. Eiusmodi animorum consensio quam sane Nobis placet, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, et quantas Ecclesiis vestris portendit utilitates! Non modo, enim, plus quam dici potest ipsa vestros arctius in dies devinciet caritate animos, sed et viam vobis muniet ad persimilem eam agendi rationem, cuius adeo Sunt explorata beneficia, ut commemorari vix debeant. Libet tantum obtestari vobis pro exhibitis officiis gratiam et pro pastorali diligentia benevolentiam; cuius pignus volumus esse apostolicam benedictionem, quam, caelestium conciliatricem donorum, vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, clero populoque unicuique vestrum tradito, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx maii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. GEORGIUM TRILLER, ANTISTITEM URBANUM, PRAESIDEM COETUS CATHOLICIS SCRIPTIS PER BAVARIAM EDENDIS, GRATULATIONIS CAUSA.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Grata recordatione te collegasque tuos prosequi humanitatis officia, quibus, alias, vestris adfuimus coeptis, libenter sane abs te accepimus. Delectamur enim memoria studiisque vestris, valdeque laetamur Consociationis vestrae incrementis nonnihil et Nos contulisse. Scribis tu quidem, dilecte Fili, incrementa haec, providenti moderatorum consilio sociorumque sollertia, etiam proximis hisce annis, adeo laetabilia fuisse, ut Conso-

ciatio se eam praestet, quae caussam sanctissimam gravissimamque pari virium contentione tueatur. Vix poteras iucundiora Nobis afferre. Cum enim, hac praesertim iure, malas improborum artes, omnes videamus iniisse nocendi vias easque industria persequi constantiaque^ singulari: cum, ut consequi pronum est, tam late catholicis pateant offensionum caussae, nihil Nobis magis optandum occurrit, quam ut eorum augeatur numerus, qui scribendi munus cum fructu gerant, recteque scripta ita disseminentur, ut in obvii cuiusque manus quotidie veniat quo et erudiri et admoneri et confirmari animo incitarique possit ad christianarum studia virtutum. At vero, vel ex iis quae allata nuper sunt, eos vos esse novimus, quorum diligentia hortatione non egeat, commendatione adeo digna sit, ut inde suppetant actuosae caritatis exempla, quae ceteri imitentur utiliter.

Auspex divinarum gratiarum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, tuisque sodalibus universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die vi iunii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. D. MARIANUM ANTONIUM ESPINOSA, ARCHIEPISCOPUM BONAËRENSEM, CETEROSQUE EPISCOPOS REIPUBLICAE ARGENTINAE, DE SACRA ARGENTINAE NATIONIS AEDE IN URBE.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Reddidit Nobis dilectus filius Iosephus Gallardo sacerdos, simul cum excellentissimo xuo, qui Reipublicae Argentinae apud nos personam gerit, communes vestras litteras; ex quibus non exiguam sane cepimus voluptatem. Etenim quod scribitis pervelle vos, ut in hac alma Urbe, sicut aliae gentes habent, liceat per Nos nationi vestrae propriam habere sacram aedem, id sane est eiusmodi, ut Nobis vehementer probetur, quippe valde utile ad ea catholicae unitatis astringenda vincula, quibus feliciter estis huic Apostolicae Sedi coniunctissime. Quam aedem igitur is, quem laudavimus, sacerdos Mariae Perdolenti condere ad aream Trasimenam, Decessore Nostro sanctae memoriae Pio X admodum probante, coepit, et iam prope, ut affertur, absolvit, quamque ipse, egregie se munificum praebens, uti suis impensis, a solo exstruxit, ita idoneis

instructarum reditibus pollicetur, eandem Nos, secundum vestra et pii conditoris vota, Argentinae nationi attribuimus, omnino privilegiis ornantes paribus atque urbanae vel Hispanorum vel Gallorum sacrae aedes ditatae sunt. Itaque gratulamur contingere vestrae Civitati, ut prima omnium Rerumpublicarum ex America in hoc centro catholici nominis atque apud communem Ecclesiae parentem stationem propriam peculiaremque locum honoris obtineat. Libet autem confidere futurum, ut novi templi operibus brevi fastigium imponatur; ac vos dedicationi eius celebrandae, quot potueritis, tot praesentes adsitis. Propitia vero semper magna Dei Mater Argentinam Rempublicam respiciat; ac, pro vestra in doloribus eius recolendi s pietate, lectissimorum vos munerum copia laetificet. Quorum auspicem, Nostraeque benevolentiae testem, vobis, venerabiles Fratres, dilecto filio Iosepho Gallardo, atque omnibus curae vestrae concreditis apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvrn mensis iunii MCMXV, Pontificatus Nostri.anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. D. HYACINTHUM PETRONI SAC, MISSIONALIUM A PRETIOSO SANGUINE MODERATOREM GENERALEM, EXEUNTE ANNO CENTESIMO A SODALITATE CONDITA.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Optimam Nos quidem opinionem de ista cui praees, Missionalium familia semper habuimus, cum vestram nimirum intueremur sollertiam, industriam et constantiam in quaerenda simul divini nominis gloria, simul hominum salute sempiterna. Hanc ob causam admodum Nos delectarunt eae nuper litterae, quibus, exeunte iam saeculo a sodalitate condita, tu Nos, dilecte Fili, iucundo sane officio pietatis adieras: quibus in litteris, gratissimus erga Deum, qui vos usque adhuc beneficiis omne genus affécisset, Nos, omnium sodalium verbis, obsecrabas ut divina vobis auxilia in posterum quoque, bene precando, conciliaremus. Profecto peculiarem in vos benignitatem providentis Dei nulli non putamus manifestam, qui vel vitam et labores legiferi Patris vestri contempletur, vel consideret quam is celeriter in beatorum caelitum numerum sit adscriptus, et quantam in successoribus alumnisque aemulationem suarum virtutum excitant, vel ad incrementa sodalitatis, trans oceanum quidem Atlanti-

cum nobilissima, atque ad eos, quos in sacris muneribus ceperitis capiatisque animarum fructus, animum attendat. Quae Nos reputantes, vobis equidem cum gratulamur, tum adeo volentes caelestem imploramus opem, ut Nostrarum hoc esse partium arbitremur. Vos enim, cum de promovendo Pretiosi Sanguinis cultu praecipuam quamdam curam profiteamini, eiusmodi tenetis institutum, quo quidem nihil unquam opportunius, sed his maxime temporibus. Nam quid est potissime, quamobrem tantis hodie mundus miseriis et calamitatibus aftligatur, nisi quod homines, immemores fere Iesu Christi, a quo *empti pretio magno* et in libertatem vindicati sunt filiorum Dei, omnes cogitationes suas abiecerint in terras, atque ita Patris in se flagella concitarint? Renovandi sunt animi ad amorem studiumque Crucifixi, si vere cura est, ut caelestes conticescant irae. Omnino in rebus humanis nulla potest esse stabilis et mansura tranquillitas, nisi per Eum, in quo Pater *reconciliavit omnia, pacificam per sanguinem crucis eius sive quae in terris, sive quae in caelis sunt* (Coloss. 1, 20). Iam vero Iesus de cruce pendens omnia vitae documenta sui sanguinis effusione, tamquam voce, tradit, at hoc praesertim saeculorum universitati clamat: sua ipsius caritate, dolore comite, humani generis esse reparatam salutem. Quo igitur pacto salutis huius veniant in partem, qui Christum et amantem et patientem non sequantur? Atqui videmus hanc duplicem in primis esse aetatis huius labem, ut non caritatis christianae norma homines, verum immodico dirigantur amore sui, atque ut pro summa doloris impatientia delicias avidissime appetant. - Quare agite, et cultum Divini Sanguinis sedulo propagate, ut instituistis : bono animarum et societatis humanae fructuosiorem usque operam dabitis.

Nos autem divinorum munerum auspicem ac, paternae Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, et omnibus sodalibus tuis amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx mensis iulii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFPKH

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

SOLVUNTUR QUAEDAM DUBIA CIRCA FACULTATES ET PRIVILEGIA SECRETARIORUM PIORUM OPERUM PROPAGATIONIS FIDEI, S. FRANCISCI SALESII ET S. INFANTIAE. . • \

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia impertita R. P. D. Adsessori S. Officii, feria V, die 10 iunii 1915, praehabito Emorum ac Revmorum PP. Cardinalium Generalium Inquisitorum suffragio, feria IV, die 9 iunii 1915 emisso, super dubiis:

I. « An sacerdotes, qui in Curiis dioecesanis secretarii munere « funguntur, per anni decursum oblationes recipientes, quas parochi « dioecesum attulerint, ad respectivum directorem dioecesanum Piorum « Operum Propagationis Fidei, S. Francisci Salesii et S. Infantiae trans« mittendas, ius habeant ad facultates et privilegia parochorum? ».

II. « An directores praedicti auctoritate polleant easdem facultates « et privilegia iisdem secretariis communicandi? »

Respondendum mandavit: « Negative ad utrumque ».

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*
L. & S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor. S.* O.

II

DECRETUM

SOLVUNTUR QUAEDAM DUBIA CIRCA INDULGENTIAS APOSTOLATUI ORATIONIS ADNEXAS.

Propositis Supremae huic S. Congregationi S. Officii sequentibus dubiis:

I. « An is qui Apostolatui Orationis adscribitur, ut indulgentiam « diei inscriptionis adnexam lucretur, loco ipsius diei inscriptionis, alium « diem ad libitum sibi eligere possit? ».

II. « An quotidiana matutina intentio, in praedicto Apostolatu per « quamlibet formulam, secundum statuta, peragenda, fieri possit per « actum mere internum? » •

Emi ac Rmi PP. Cardinales Inquisitores Generales, feria iy, die 9 iunii 1915, respondendum censuerunt:

Ad I. « Negative ».

Ad II. « Intentionem formula vocali esse exprimendam ».

Et feria V subsequenti, die 10 iisdem mense et anno, Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, Emorum PP. sententiam adprobavit, Suaque Suprema Auctoritate confirmavit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus,

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S. O.*

III

DECRETUM

QUO CONFIRMATUR DECRETUM S. C. INDULGENTIARUM DIEI XII MARTII MDCCCLV CIRCA PRIVILEGII ALTARIS APPLICATIONEM.

Supremae Sacrae Congregationi S. Officii proposito sequenti dubio :

« An Decretum S, Congr. Indulgentiarum d. d. 12 martii 1855 abroga- « tum censendum sit per resolutiones ab eadem S. Congregatione datas « diebus 19 iunii 1880 et 19 decembris 1885; ita ut, tum Sacerdos cele- « brans, tum fidelis offerens Missae stipendium omnino elicere debeant « intentionem, saltem virtualem, lucrandi pro defuncto Indulgentiam « plenariam Altaris privilegiati? », Emi ac Rmi PP. Cardinales Generales Inquisitores, feria IV, die 16 iunii 1915, respondendum censuerunt: *Negative.*

Et Ssmus Dnus noster D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia insequenti feria V, die 17 eiusdem mensis et anni, R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, EE. PP. sententiam adprobavit et confirmavit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S. O.*

IV

DECRETUM

AMPLIFICATUR INDULGENTIA CUIDAM PRECI IACULATORIAE ADNEXA, ITA UT TOTIES QUOTIES ACQUIRI POSSIT.

Die 8 iulii 1915.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut •omnes et singuli christifideles, recitantes iaculatoriam precem ad Iesum italico sermone sic expressam: « O Gesù, vita eterna nel seno del Padre, vita delle anime fatte a vostra somiglianza, in nome del vostro amore fate conoscere, svelate il vostro Cuore », cui indulgentia tercentorum dierum a s. m. Pio Pp. X per Rescriptum manu propria diei 11 martii 1907 semel in die lucranda tributa erat, valeant in posterum eamdem indulgentiam, animabus quoque in purgatorio degentibus profuturam, toties ucrari, quoties relatam precem, corde saltem contrito, recitaverint. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus,

ffâ C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinensis,

L. % S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S. O.*

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

SACRAE ORDINATIONIS

CASUS. - Caius iuvenis, morum integritate et bona animi indole praeprimis approbatus, auctus est sacerdotio fere viginti abhinc annis, et « usque ad hunc diem, uti ait eius Ordinarius, magno cum fructu in « animarum cura laborat ».

Qui « decursu temporis - ita prosequitur Ordinarius - et mihi et « Capellano meo iteratis vicibus aperuit, se de validitate recepti S. Ordinis

« presbyteratus dubitare, sed dubium huiusmodi usque modo spernen-« dum esse censui,tamquam ex nimia conscientiae scrupulositate exortum.

«Res ita se habuit: Gaius, cum in Seminario degeret, maximis « angoribus torquebatur ne S. Communionem indigne sumeret: et, ne « id committeret, actum contritionis perfectae ante sumptionem Sacrae «Eucharistiae elicere conabatur. Eodem modo vehementissime timebat « ne per indignam S. Ordinis presbyteratus receptionem sacrilegium « forte perpetraret, anxieque secum considerabat num presbyterum con-« secrari se sineret, vel saltem actum Ordinationis externum, per inten-« tionem non recipiendi sacramentum annihilaret. Narrat, in hac animi « perturbatione, ne voluntatem suam in actu S. Ordinationis mutaret, « se sibi proposuisse scriptum in sua cella relinquere : " Volo presbyter «ordinari „; hoc autem ex oblivione vel alia causa omisit.

« Hora constituta, cum ceteris diaconibus, suis coalumnis, in eccle-siam seminarii ad recipiendam Ordinationem accessit.

« In ipso ritu, sacerdoti, qui ei manus sacro chrismate inunctas « ligabat, sicut iste etiam nunc probe meminit, voce submissa ait: " Inten-« tionem meam revocavi „. Sed sacerdos scrupulositatem alumni bene « noscens, nonnullis eum verbis adhortatus est eo successu, ut ceteris « sacris ritibus se subiiceret.

« Caius postea omnes functiones sacerdotales semper exercuit, sed « angorem ne id sacrilege faceret propter invalide susceptam presbyte-« ratus Ordinationem penitus non amisit.

« Ut eius conscientiae[5] consulerem, anno superiore ego ipse et alitis « quidam sacerdos, doctrina et experientia ad id muneris aptissimus, « separatim sacerdotem Caium de circumstantiis serio examinavimus, « nobisque persuasimus de validitate suscepti Ordinis non posse dubi-«tari; idque Caio aperuimus. Qui nostris adhortationibus brevi tantum « pacari potuit; scripsit enim ad capellanum meum suam esse opinionem «in isto examine, utpote perturbato animo, vel se rem non ita plane « demonstrasse uti oportebat, vel dicta non recte esse intellecta.

« Qua in epistola intentionem, quam die Ordinationis habuisset, ita « describit: "Firmiter mihi proposueram ut nonnisi post elicitum actum « contritionis perfectae S. Ordinationem reciperem. Impositione manuum « peracta, quam *substantialem* Ordinationis partem esse putavi, quin « contritionis actus elicuissem, mihi proposui: ceteris sacris ritibus me « intentione interna non subiiciam, ne fiam irregularis, et ut brevi post, « sine dispensatione Sanctae Sedis Apostolicae, Sacram Ordinationem « valide recipere et una cum consociis meis primam meam Missam cele-« brare possim „.

« Ingredienda ecclesiam intentionem habui: "Volo ordinari sacerdos, « sed non prius nisi actu contritionis perfectae elicito „.

« Etiam nunc, ut saepius antea, Caius rogavit ut eum sub condi- « tione reordinarem; sed cum non satis constare videatur, num in hoc « casu dubium prudens circa validitatem Ordinationis adesse affirmari « possit, huius rei decisionem ad S. Sedem Apostolicam deferendam esse « existimavi ». — Hucusque Episcopus qui casum nomine Gaii exposuit.

ANIMADVERSIONES. - 1. S. Ordinatio, e cuius valore pendet valor fere omnium Sacramentorum, sub conditione non solum potest, sed prorsus iterari debet, quoties circa eius validitatem dubium aliquod adsit, modo tamen prudens sit, seu rationabile. E contra, admitti non potest iteratio, etiam conditionata, si dubium prorsus inane sit, seu omni serio fundamento destitutum; gravis enim irreverentia irrogaretur Sacramento *natura sua non iterabili.*

Videndum igitur est quale sit dubium ab oratore propositum.

°2. Ante omnia advertimus quod in praesenti casus solutione praescinditur omnino non solum a controversia circa essentiam Ordinationis, an in sola impositione manuum, vel in traditione etiam instrumentorum consistat, verum etiam a quaestione quae usque in praesens ab aliquo clarissimo viro Canonista defenditur, an scilicet in recipiente S. Ordinationem sufficiat ad validitatem intentio mere externa, qua quis serio se subiicit ritibus essentialibus S. Ordinationis. Hic tantummodo factum existentiae, nec ne, intentionis etiam internae consideratur.

Ex casus expositione aperte patet hic agi de iuvene vere et prorsus scrupuioso, ceterum strenuo in vinea Domini operario. Ratio autem, qua de valore suae Ordinationis dubitat, reposita est in adserto defectu intentionis eam recipiendi. En status animi vehementer scrupulis agitati. Prius pertimescere consueverat indignanti sumptionem S. Eucharistiae; adveniente autem tempore S. Ordinationis, pariter expavescere coepit sacrilegam huius Sacramenti receptionem; quare « firmiter, ait, mihi proposuerant ut nonnisi post elicitum actum contritionis perfectae Sacram Ordinationem reciperem ».

Sed impositione manuum peracta, quin actum contritionis elicuerit, secum locutus est: « Substantialis ritus S. Ordinationis in me effectu caruit; proinde ceteris sacris ritibus me intentione interna non subiiciam, ne nam irregularis, et ut, brevi post, sine dispensatione S. Sedis, sacram Ordinationem valide recipere possim et primam Missam celebrare una cum coalumnis meis». Quis non videt in huiusmodi acervo tam fatuarum cogitationum gravem statum scrupulorum, in quo iuvenis versatur?

3. Verum in comperto est Caium firmam ac perseverantem habuisse voluntatem recipiendi sacrum presbyteratus Ordinem; tam firmam, tam perseverantem, ut ad omnes anxietates auferendas scribere voluerit in quadam cartula sui cubiculi: *Volo presbyter ordinari.* Hora constituta, accedit cum aliis ad ecclesiam, in qua fit Ordinatio; et etiam in anxietatibus, quibus ratione scrupulorum angebatur durante sacro ritu, unicum et constans est eius propositum: velle Missam celebrare cum consociis suis. Exstat haec voluntas dum Episcopus manus imponit. Revera Caius asserit se post manuum impositionem revocasse intentionem suam in ordine ad reliquos ritus : at non revocatur quod non habetur. Ergo Caius ipse implicite fatetur se in impositione manuum Episcopi habuisse veram intentionem sacrum Ordinem suscipiendi. Existit insuper haec intentio in traditione instrumentorum. Etenim Caius quando ei manus post sacram unctionem ligabantur, dixit quidem submissa voce alicui adstanti sacerdoti se *intentionem rétractasse;* sed hic sacerdos, noscens scrupulos Caii, ei animum addidit eo successu, ut hic ex parte sui expleret omnes S. Ordinationis ritus praescriptos a Pontificali Romano. Quomodo ergo Caius dubitare potest de perseveranti et vera intentione tum in impositione manuum Episcopi, tum in traditione instrumentorum?

4. Sed esto quod Caius in processu S. Ordinationis mente revolverit ineptam ideam interne contradicendi actui externo ne irregularis fieret, quinam potest esse valor huiusmodi actus? Certe hic agitur de vero scrupulo; et scrupulus proprie dictus non est in intellectu, non est in voluntate, non est in conscientia, sed solummodo adhaeret phantasiae. Utique quando imaginatio perturbatur, homo scrupulosus habet pro vero dictamine conscientiae, pro vera determinatione, pro vero consensu, pro vera retractatione voluntatis id quod reapse non est nisi imaginarium dictamen, imaginaria determinatio, imaginarius consensus, imaginaria retractatio : sed imaginaria voluntatis retractatio nunquam profecto vi pollebit destruendi veram intentionem, adeo determinatam ac seriam qualis ea fuit, de qua agitur in casu.

Nimio terrore sacrilegii admittendi perturbatur phantasia Caii, qui in hoc perturbationis statu, *deliberatae voluntatis* capax iam non est. Hinc omnes animi motus sub influxu scrupuli in progressu S. Ordinationis sibi invicem succedentes, in imaginatione consistunt, nec ultra imaginationem vim et efficaciam habere possunt.

Ad rem applicari potest quod dicit S. Thomas loquens de baptismo collato homini furioso, qui ante furiam sibi proposuerat illum recipere: « suscipit sacramentum, etiamsi furiosus tum contradicat, quia illa contradictio non procedit a voluntate rationis » (In IV Sent., Dist. 6, Quaest. I, art. % q. 3, ad'2um).

5. Nec demum praetereundum, ad abundantiam iuris, quod secunda haec intentio e scrupuio orta, dato etiam et non concesso quod non in sola imaginafcione constiterit, haberi deberet tamquam penitus elisa per intentionem aliam, eamque priorem ac praevalentem, voluntatem scilicet recipiendi Ordinationem sine sacrilegio. Res exemplo clarescet desumpto e sacramento matrimonii.

Est veritas catholica quod inter christianos non datur verum matrimonium quin sit sacramentum, et pariter catholice certum est non confici sacramentum sine intentione saltem implicita faciendi quod facit Ecclesia.

His positis, quid de tot hominibus, solo baptismo christianis, qui ob solam decentiam socialem aut solo consilio ducti obsequendi voluntati sponsae, in facie Ecclesiae contrahunt? Conficiunt, nec ne, sacramentum matrimonii? Quoniam duae voluntates oppositae simul consistere nequeunt, inquiri debet quaenam fuerit *voluntas praevalens,* an voluntas verum contrahendi matrimonium, an voluntas excludendi sacramentum. Si praedominetur voluntas non conficiendi sacramentum, nec veri nominis matrimonium haberi poterit; sin autem (quod sane de lege ordinaria evenit) praevaleat voluntas ineundi coniugium, haec absorbet seu annihilât alteram sacramento contrariam, et tunc *ex consequenti* sacramentum matrimonii conficitur.

Similiter in casu praesenti duas intentiones haberemus, unam potiorem, fundamentalem, perseverantem, scilicet intentionem *suscipiendi Ordinem sine sacrilegio,* alteram supervenientem, inductam a scrupuio in decursu S; Ordinationis post manuum impositionem, nempe intentionem se subiiciendi ceteris sacris ritibus solum externe, seu sine consensu interno. At quis non videt quod haec intentio includeret sacrilegum peius, et gravius eo quod misellus ille scrupulosus vitare volebat rei sacrae violationem?

Ergo haec secunda intentio per priorem et potiorem intentionem fuisset destructa; et omnibus modis apparet, dubium de validitate Ordinationis nonnisi vano et inani niti fundamento.

Emi et Rmi Patres, omnibus mature perpensis, in generali consessu habito die 28 maii 1915, ad dubium: *An et quomodo providendum sit in casu?* respondendum censuerunt: *Orator acquiescat.*

ALOISIUS CAPOTOSTI, Ep. Therm.,

Secretarius.

S. CONGREGATIO CONCILII

GALATAYERONEN.

CONCURSUS PAROECIALIS

16 ianuarii 1915

Species facti. - Vacante beneficio parochiali in quodam oppido dioecesis Calatayeronen., Revmus Episcopus, die 4 martii anni **1911,** concursum indixit, assignatis 20 diebus pro candidatorum inscriptione et pro exhibendis documentis; quo vero ad diem qua concursus habendus esset, ea relinquebatur per alterum edictum determinanda, hisce verbis: « die examinis a Nobis per aliud Edictum statuenda». Et revera die 26 aprilis subsequentis, altero publico edicto, destinata est dies 8 maii, hora vero 8,30 a. m.

Tempore utili viginti dierum quinque sacerdotes nomen rite dederunt; sed die 8 maii in Curia tres tantum adstiterunt: quibus praesentibus hora constituta concursus apertus est; sub hora autem nona incoepta iam thematum dictatione, a quarto sacerdote ex inscriptis hae litterae telegraphicae pervenerunt: « Non essendomi stato comu- « nicato personalmente giorno concorso, nè essendo stato affisso alle « porte delle chiese, prego V. E. sospendere oggi esame, altrimenti « riserbomi azioni concessemi diritto ». Episcopus tamen censuit incoeptum iam concursum non esse interrumpendum.

Expleto itaque concursu et peracto scrutinio, examinatores prosynodales renunciarunt dumtaxat Episcopo, eorum sententia ad paroeciam vacantem idoneum esse N. N., silentes omnino de ceteris duobus; renunciatum autem ab ipsis idoneum Episcopus in beneficio rite instituit et in possessionem suo tempore immisit. Adversus huiusmodi concursus exitum querelam ad hanc S. Congregationem detulerunt tum quartus sacerdos, qui ad periculum ne accesserat quidem, petens acta *nulla* et irrita declarari, eo quod ipse non fuerit *personaliter* citatus pro die concursus; tum duo sacerdotes qui idonei renunciati non fuerunt, *appellationem* interponentes a mala examinatorum relatione. Utraque igitur querela in praesenti causa expendenda venit.

Synopsis disceptationis, a) De actorum nullitate. - Nullitas concursus in causa praetenditur ex capite citationis. De qua tamen praenotandum est, in facto, falso a sacerdote recurrente asseri tum in litteris telegraphi eis de quibus supra, tum in recursu « che il secondo editto non «venne affisso alle porte della chiesa, ma dentro la sagrestia, e preciosamente in un quadro ove si pubblicano le deliberazioni capitolari i. Ex relatione enim cursorum, quae est jn actis, contrarium legitime evincitur, i. e. etiam alterum edictum, quo dies et hora constituebatur, rite affixum mansisse « *ad valvas* ecclesiae cathedralis et parochialis « vacantis a die 27 aprilis ad diem 8 maii inclusive ».

Manet igitur tantummodo altera praetensae nullitatis causa, quod nempe sacerdos recurrens non fuerit *personaliter* ad concursum certa die indictum citatus. Necessitatem enim huiusmodi citationis sustinere videntur plures in hac re doctores: ita v. g. Lotterius, *De re benef.,* II, q. XXXI, n. 54, 55) loquens definite de concursu ad parochiam docet: «Si plures se. opposuerint et descripti sint, omnes debent examini « subiici vel saltem ad illud *singulariter* vocari: quia¿ ubi certus est « oppositor, *non sufficit vocatio per edictum, sed exigitur citatio singu- « laris,* iuxta regulam, quam prae ceteris ponunt Alex. etc. », ubi etiam S. R. Rotam allegat. Huic sententiae subscribunt explicite Leurenius, *de foro benef.,* p. I, c. 3, q. 180; Ferraris, ßibl. s. v. *concursus,* addit. n. 63, et praesertim Ventriglia, *Prax. for.* II, adn. v/§..17 qui aliis verbis rei rationem ita dat: « Si Episcopus proposuit edictum pro vacatione « ecclesiae parochialis, in quo cita vit et monuit omnes qui concurrere « et examini se subiicere intendant, ut compareant ad se describi facien- « dum infra decem dies, nulla facta mentione de die examinis, illi qui « se describi fecerunt, debent *personaliter* notificari de die examinis, et « ratio est, quia cum concurrentes sint certi, intrat illa regula indubi- « tata, quod quando certus est oppositor, citandus est singulariter, et «non per edictum»; cfr. Monacelli, *Formul.,* tit. V', form. 10, num. 6; Gennari, in *Monitore eccl.,* sez. III, part. III, pag. 58. Et quamvis id non sit explicite *ulla lege* firmatum, satis tamen firmari dicunt ipsa natura rerum. Sane, ex huius rei natura constat, inter Episcopum edicentem concursum et oppositores singulos, quorum inscriptio ab illo fuerit acceptata, oriri *quasi-contractum,* unde ius oppositori competit ad hoc ut examinetur; ad quod profecto necessarium est ut sufficienter noscat qua determinata die et hora examini se subiici utiliter valeat. Porro id duplici via legitime fieri potest: 1. vel ipso primo aperti concursus edicto, antequam ullus potuerit concurrentium albo inscribi; vel % si eo primo edicto dies certa non fuerit assignata, sed, - sive tacite sive

expresse, relicta posterius assignanda, necesse est ad complendum *quasi-contractum* eam ulterius notificari. At vero - dicunt - diversa est ratio legitima huius faciendae notificationis, prout oppositores inscripti atque acceptati iam fuerint ab Episcopo, vel non; si nondum quisquam se inscripserit neque ab Episcopo fuerit acceptatus, necessarium erit quidem novum edictum generale; sed si aliqui, vel etiam unus se inscripserit, et ab Episcopo acceptatus fuerit, notificatio diei certae fieri *debet* per convocationem personalem inscripti aut inscriptorum. Certum est enim principium communi iudiciaria praxi firmatum, quod enunciat v. g. Emus Lega *(De lud.,* I, 432): « caute observetur, citationi *edictali « locum non esse, nisi compertum sit personalem citationem dari non «posse ».*

Unde concluditur favore recurrentis, hunc, cum citationem personalem *iure* expectasset quasi ex contractu cum Episcopo acceptante inito, quam tamen non recepit, iure reclamasse ut *incoepta* interrumperentur, et hac réclamatione spreta, iure nunc petere, ab hac S. Congregatione ut iam peracta declarentur irrita.

Ex adverso in primis opponitur *consuetudo* vigens in dioecesi Calatayeronensi: in actis enim quindecim referuntur consimiles casus circa secundum edictum publicatum pro designatione diei concursus, nulla data vocatione seu citatione personali iam inscriptis candidatis. Horum antiquius est edictum pro concursu ad paroeciam loci Gran Sammichele diei 14 maii 1867, in quo legitur: « Indi con altro editto si fisserà il «giorno dell'esperimento» quod secundum edictum pariter in actis exsistens, datum fuit die 28 decembris eiusdem anni. Ergo agitur de consuetudine saltem quadragenaria, quae, iuxta omnes, sufficiens est in iure canonico ad abolendam contrariam legem.

Nec ceteroquin omnes et singulae leges quae concursus parochiales moderantur *vim irritandi* habent. Nominatim quod attinet Const. Bened. *Cum illud,* in qua (§ 16, n. 2), forma praescribitur indicendi concursum pro paroecia vacante per edictum, et consulitur ut in eodem edicto praefiniatur tempus, quo concursus habendus erit, non omnes praescriptiones in ea contentae sub clausula irritanti latae sunt. Id quidem affirmat Reclusius, *de re parodi.,* II, t. IV, n. 84, sed oppido fallitur, ut constat ex tenore eiusdem Constit., § 16, n. 1, et § 18 (cfr. etiam *Monit. Eccl.,* I, vol. III, pag. 86). Hinc card. D'Annibale, in sua *Summula,* 1. III, n. 45, not. n. 14 breviter et concinne distinguit: «Quae servari oportet cauta « sunt: I) in Trid. sess. XXIV *De ref.,* c. 18; II) in cit. Constit. S. Pii V, *« In conferendis;* III) in encycl. Bened. XIV *Cum illud,* in quam transiit « Instructio S. C. C. iussu Clementis XI edita a. 1721. Haec autem sedulo

« secernenda sunt: etenim illis (I) non servatis, collatio irrita est; istis « (II) non servatis, et irrita est, et R. P. reservantur; *his* (III) *non ser-* *« vatis, valet ».* Cum ergo quae praescribuntur in Bened. Constit, nulla clausula irritanti sint praedita, nihil impedit quominus ea per ordinariam consuetudinem temperari possint, prout in Calatayeronen. dioecesi factum est, ex consuetudine iam inolita de duplici edicto pro concursu paroeciali indicendo.

Nec opponatur, in casu, assertam consuetudinem improbandam esse, utpote quae praeiudicium afferat iuri de personali citatione quaesito tertiis, per inscriptionem vi primi edicti peractam. Ius enim istud de *personali* citationi ex regula quam affert 1. c. Ventriglia « quod quando certus est oppositor, citandus est singulariter et non per edictum » locum quidem habet *in iudiciis,* in quibus citatio personalis requiritur ad statuendam in reo contumaciam (cf. card. de Luca, *de iud.,* disc. XIX; *de iurisd.,* disc. LXXXVII) ; in materia vero *extra-iudiciali,* ut est concursus, intimatio candidato iam inscripto circa diem habendi concursum, eo modo sufficit sit facta, ut ipse intimationis ignorantiam rationabiliter afferre nequeat; et *nullo* canonis vel legis textu convincitur eam esse debere personalem. Recurrens, in casu, per factum inscriptionis concursui, utique, quoddam ius ad rem acquisierat, et hinc ut interesse habens erat certiorandus circa praefixam diem, seu citandus ; sed modus citationis variari potest, ut tenet Ceccop. *ad Scarfant.,* 1. II, dec. XXI, n. 21, p. 78. In casu, iuxta vigentem consuetudinem, iam in primo habendi concursus edicto statuebatur quod inscripti seu candidati moneantur per aliud edictum de die designata pro concursu, quod revera et rite factum est per alterum edictum affixum ad valvas ecclesiae parochialis vacantis et cathedralis, praescripta die 8 maii, hora 8% autem. inscripti candidati *hunc* notificationis modum, sese inscribendo, *ratum habuerunt :* ergo incivile est eos postea conqueri contra Episcopum, qui eosdem non monuit personaliter de die concursus, cum, iuxta notum adagium, « quod semel placuit, amplius displicere non possit ». Unde etiam patet non posse urgeri in casu argumentum deductum ex ratione quasi-contractus, cui innituntur auctores, qui vellent applicare concursibus ea quae praescribuntur de citatione personali in actis *iudicialibus.* Nam, in quolibet casu, ex quasi-contractu nemini potest obvenire ius maius illo, quod in ipso quasi-contractu stipulatum seu promissum fuit. Cum igitur Episcopus indicens concursum expresse declaraverit *per aliud edictum* statuendam seu publicandam esse diem examinis peragendi, Episcopus ipse ad nihil aliud tenebatur, ratione eiusmodi quasi-

contractus, adversus quoslibet inscriptos, nisi ad omittendum aliud edictum pro statuenda die examinis, quod revera fecit.

Ceterum, concurrentes non erant ex remotis oppidis dioecesis, sed omnes conterranei seu cives oppidi cuius parochia vacabat: hinc nulla cum difficultate, immo etiam absque peculiari solertia, cognoscere poterant statutam diem concursus, per edictum ad valvas parochialis affixum determinatam.

b) De appellatione a mala relatione examinatorum. - Relatio examinatorum, prout rite publicata fuit, haec tantummodo continet: « Perfectis concurrentium scriptis et perspectis titulis et qualitatibus mora- « libus, ceterisque de iure perpendendis, iudicavimus idoneum ad munus « parochiale dominum *N. N* et uti talem Illmo ac Rmo Dno Episcopo « renuntiamus ». Inter acta concursus non invenitur notula punctorum quae singuli concurrentes tulerunt, et super quibus efformatum fuit iudicium examinatorum de idoneitate candidatorum. Porro, actis concursus de more in S. Congregatione examinatis per duos Consultores, conclusum est, omnes tres concurrentes idoneos esse; ex tribus autem revera *magis* idoneum exsistere - omnibus perpensis - praefatum sacerdotem *N. N.* Compertissimum vero est Episcopi ius et officium esse, inter eos quos concursus demonstraverit idoneos seu dignos, eligere quem digniorem in Domino existimaverit.

Igitur in casu, relatio examinatorum, non mala *simpliciter* dici deberet, sed tantum per accidens, quatenus, saltem *tacite,* examinatores renunciasse videntur, inidoneos seu non dignos fuisse ceteros recurrentes. Quod etiamsi dare velimus, effectus appellationis non est ut iterandus sit concursus, sed tantummodo ut famae concurrentium consulatur. Ut enim tradit card. D'Annibale in *Summula theol, mor.,* II, n. 47, not. 27, et receptissimum in iure est, appellatio a mala examinatorum relatione instituta est directe non ad consequendam paroeciam, sed ad detergendam infamiam recurrenti inflictam ; et citat ep. Bened. XIV, *Redditae Nobis* ad Archiep. Florent., 9 aprii. 1746, in qua haec habentur : « Docto- « res docent appellantem a mala relatione examinatorum, eius appellationem aut neque in devolutivo admitti, aut certe, ad eum dumtaxat « finem ut famae atque existimationi suae appellans consulere possit, « amovendo notam sibi ab Examinatoribus inustam ; numquam vero ut « ecclesiam parochialem consequi possit, ut ad propositum bene disputât << Massobrius, in *praxi hob. concurs.* disq. V, dub. 4 ». Idem autem tenuerat et semper tenuit S. Concilii Congregatio, prout constat v. g. ex Policastren. *Parochialis,* 14 sept. 1745.

Resolutio. - Die 16 ianuarii 1915 S. G. Concilii in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, ad propositum dubium: «An et quomodo collatio paroeciae loci JV/favore sacerdotis *N. N.* sustineatur in casu » respondendum censuit: « Praevia declaratione idoneitatis etiam sacerdotum *A. A. ei B. B., affirmative* ».

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. Pp. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, die 18 eiusdem mensis et anni, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

SOCIETAS PRO MISSIONIBUS EXTERIS, APUD MARYKNOLL IN FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTRIONALIS STATIBUS INSTITUTA, LAUDATUR, EIUSQUE CONSTITUTIONES AD DECENNIUM PROBANTUR.

Ut ad Fidem Catholicam per orbem iuxta divinum mandatum latius propagandam etiam solertissima Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis Gens validius adniteretur, laudabili consilio in ea regione iam aliquot abhinc annis nova, ultro adprobantibus Episcopis, instituta est, in loco vulgo Maryknoll, Societas pro missionibus exteris eo fine, ut adolescentes in sortem Domini vocati ad sacras expeditiones penes ethnicas gentes suscipiendas apte efformarentur. Cum autem divinae Providentiae beneficio laetos eadem Societas progressus habuerit, laetioresque etiam in posterum, catholicis illius regionis pro viribus adiuvantibus, habitura videatur, ad eam certa disciplina certisque regulis firmandam, opportuna quaedam ab eius institutoribus exarata sunt statuta, quae, uti par erat, huic Sacrae Congregationi Fidei Propagandae examinanda et adprobanda proposita sunt. Quare Emi Patres huius Sacri Consilii, in generalibus comitiis die 17 maii 1915 habitis, schema istarum Constitutionum cum examini subiecissent, praedictam Societatem Americae pro missionibus exteris peculiari laude dignam declararunt, atque exhibitas eiusdem Constitutiones, nonnullis adiectis modificationibus, prout in adnexo exemplari habetur, ad decennium experimenti causa adprobandas censuerunt. Hanc vero S. Congregationis sententiam ab infrascripto eiusdem Secretario, in audientia diei 14 insequentis iunii,

Ssmo D. N. Benedicto Papae XV relatam, Sanctitas Sua adprobare dignata est, simul praecipiens ut praefata Societas sub immediata huius S. Congregationis de Propaganda Fide iurisdictione constitueretur, et super his omnibus praesens Decretum expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Prop. Fide, die 15 iulii anno 1915.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*
L. ffi S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

URBIS ET ORBIS

DECRETUM DE TRIBUS MISSIS IN DIE SOLLEMNIS COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM CELEBRANDIS.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV per Constitutionem Apostolicam sub die 10 huius mensis datam, et privilegium trium Missarum in die sollemnis Commemorationis defunctorum celebrandarum a Decessore suo fel. rec. Benedicto XIV Hispaniae et Lusitaniae ditionibus elargitum, et ipsas tres Missas quas idem Pontifex cuilibet sacerdoti in iisdem regionibus praescripsit legendas, ad universam Ecclesiam benigne extendere dignatus est.

Ut autem omnibus innotescant praedictae Missae, sacra Rituum Congregatio, de ipsius Sanctissimi Domini Nostri mandato, ita in praesenti Decreto eas describit:

Prima Missa est, quae inscribitur in Missali Romano die Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

Altera, quae in eodem Missali habetur in anniversario defunctorum cum sequentia *Dies irae* et Orationibus, ut infra:

ORATIO

Deus, indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumque tuarum refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum.

SECRETA

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris pro animabus famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi off erimus sacrificium laudis: ut eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Praesta, quaesumus, Domine: ut animae famulorum famularumque tuarum, his purgatae sacrificiis, iudulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per Dominum.

Tertia Missa quae legitur in Missis quotidianis cum sequentia *Dies irae* et Orationibus, ut infra:

ORATIO

Deus, veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementian tuam: ut animas famulorum famularumque tuarum, quae ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

SECRETA

Deus, cuius misericordiae non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrae: et animabus omnium fidelium defunctorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per haec sacramenta salutis nostrae cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Praesta; quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut animae famulorum famularumque tuarum, pro quibus hoc sacrificium ***laudis*** *tuae obtulimus maiestati, per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatae^ lucis perpetuae, te miserante, recipiant beatitudinem^ Per Dominum.*

Servatis de caetero Rubricis nec non peculiaribus Ritibus Ordinum propriis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 augusti 1915.

A. CARD. VICO, *S. R. G. Pro-Praefectus.*

L. & S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MEDIOLANEN.

NULLITATIS MATRIMONII (AMBROSINI-SPINELLA ET GARIBALDI)

Benedicto Papa XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 8 aprilis 1915, BB. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Mediolanen. - Nullitatis matrimonii, *instante pro appellatione defensore vinculi Mediolanensi adversus sententiam curiae Mediolanensis, inter* Mariam Ambrosini-Spinella *et* Iulium Garibaldi, *repraesentatos per legitimum procuratorem rev. Dominicum Niti, advocatum, interveniente et disceptante in causa vinculi defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Maria Ambrosini-Spinella, Mediolanensis, triginta quatuor annos nata, et virtutibus christianis coruscans, ope quarundam feminarum, quarum amicitia fruebatur, Elisabeth praesertim Buttafava, Alexandrinae Plantanida et Aloisiae Garibaldi, in uxorem requisita fuit a Iulio Garibaldi, duce equitum Italici exercitus. Sed statim familia Ambrosini per litteras anonymas edocta fuit de parum commendabili anteacta Iulii vita. Praefatae vero mulieres non solum anonymas insinuationes disperdere conatae sunt, sed Mariae animum aliquatenus reluctantem, ita flectere potuerunt, ut mense octobri 1907, sponsalia fuerint celebrata cum annuii traditione, et post quatuor menses, i. e. die 8 februarii 1908, matrimonium initum fuerit coram parocho ecclesiae metropolitanae Mediolanensis. Per mensem circiter, voluptuarium iter sponsi aggrediuntur, deinde Mediolanum apud sponsae matrem reversi, iterum huc illuc peregrinantur. Sed pace e domestico sacello exsulante, mense septembri eiusdem anni 1908, sponsi mutuo se valedixerunt. Post haec primo coniuges petierunt et obtinuerunt a tribunali civili Mediolanensi separationem personalem, deinde concordi consilio, assumpta nationalitate Hungarica, per sententiam tribunalis urbis Fiume, vinculum civile fuit penitus dissolutum. Hoc peracto, curiam dioecesanam adivere, ut matrimonium quoque ecclesiasticum nullum declararetur ex capite vis et .metus, et die ^augusti 1914 sententia prodiit favorabilis. Ab hac

sententia ad H. S. Tribunal provocavit defensor vinculi ex officio, et hodie causa discutienda proponitur sub consueta formula dubii: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

Ad ius quod spectat, Doctores omnes' exponentes titulum XL *De iis quae vi metusve causa fiunt,* tradunt per vim enervari penitus voluntatem et consensum excludi; per metum vero et voluntatem et consensum tantummodo imminui, modo magis modo minus, prout metus qualitas vel procliviorem vel minus proclivem efficit in rem propositam voluntatem. Quae tamen vera sunt natura inspecta, nam leges humanae certis "in casibus, actus metu elicitos actibus per vim extortis effectu tenus aequipararunt, adeo ut, quemadmodum actus per vim extortus irritus ipso iure est, ita actus metu elicitus nullus dici debet ex legis ministerio. Inter hos actus est matrimonium ex aperta dispositione capitum 14, 15 et 28 *De sponsalibus et matrimoniis-,*

Metus autem gravis sit oportet, etiam relative tantum, iniustus et directus ad extorquendum consensum. Quod iure merito extensum est ad metum reverentialem, i. e. ad metum quo reformidamus indignationem eius, in cuius potestate constituti sumus, modo tamen aliquid aliud accedat, v. g. preces importunae et instantissimae, iurgia, vexationes, etc. Praeterea metus debet esse extrinsecus, i. e. debet procedere a causa libera, seu ab homine; « quia si a causa naturali, vel ab intrinseco pro-« veniat timor gravis v.g. mortis, incendii, aut alterius iacturae gravis-« simae bonorum, infamiae et, eo timore perculsus, quis matrimonium «contrahit, validum est iuxta communem et certam Sánchez, lib. IV, « disp. 12, n. 3. Ratio est quia tunc non impeditur homo ab homine, « sed a seipso, qui matrimonium, nemine urgente, voluntarie eligit âd « evadendum periculum corporis, fortunae, famae aut animae »¿ Ra Reifferistuel in tit. *De sponsalibus,* n. 326. Similia habet Pontius, *De matrimonio,* lib. IV, cap. 19, n. 2; Schmalzgrueber in tit. *De sponsalibus,* n. 388; Rosset, *De matrimonio,* n. 1292; Aichner, *Compendium iuris canonici* edit. ann. 1905 n. 168, et Santi in tit. *De sponsalibus,* n. 145.

Modo *ad factum,* et ante omnia, Patres adnotarunt non agi in casu de metu reverentiali. Quamvis enim Iulius Garibaldi dixerit: « Dichiaro « che la persona che ebbe la capitale influenza sulF animo della mia « sposa per determinare la sua volontà riluttante al matrimonio, fu la «signora madre Carlotta Ambrosini », nihilominus Maria nunquam questa est se aliquam coactionem ex parte matris passam fuisse; imo* cum coram iudice primae instantiae asseruisset se ad matrimonium cum Iulio impulsam fuisse a quibusdam mulieribus, scilicet Elisabeth Buttafava, Alexandrina Plantanida et Aloisia Garibaldi, cum interrogaretur:

« Dica la teste se vi furono altre persone, oltre quelle da lei indicate, « che abbiano esercitata influenza sul suo consenso matrimoniale e « quale sia stata », respondit: « Oltre le persone nominate, nessun'altra «ebbe influenza sopra di me». Pater pariter Mariae declarat: «Per « quanto io desiderassi di vedere a posto in un buon matrimonio mia « figlia, pure devo dire che io non ho mai fatto pressione, perchè essa « sposasse il capitano ». Quod a pluribus testibus confirmatur ; v. g. Adelais Bartoletti deponit: « Come ho già detto sopra, la signora Ambro- « sini madre, sul principio, favorevole, poi è rimasta indifferente. Escludo « perciò qualsiasi pressione da parte della madre sull' animo della « figlia ». Et Lina Volpi: « Io credo che la signora. Spinella non abbia « fatto pressioni di sorta sulla figlia, nè in un senso nè in un altro ». Ita etiam adv. Binda: «Credo poter escludere in modo assoluto che « nè la madre, nè il fratello abbiano esercitato influenza o pressione ». Ita pariter, aliis omissis, adv. Ambrosini : « Non mi consta affatto che « mia madre abbia intimorito mia sorella ». Igitur excludendus est metus reverentialis, et sermo coarctandus ad metum ab aliis incussum personis.

Verum quidem est quod appretiationi iudicis relinquitur iudicium ferre tum de entitate metus, tum de animo illius cui metus incutitur; sed iudici haud licet in sua proferenda sententia praescindere ab adiunctis et circumstantiis, quae in actis prostant. Hinc Patres *a)* perpendere voluerunt praecipua adiuncta matrimonii Ambrosini-Garibaldi, et ea quae ipsum matrimonium sequuta fuerunt. Iamvero tabulis processualibus inspectis, constat *a)* Mariam haerentem certe, timidam ac frigidam fuisse, sed minime nuptiis contrariam. Ita mater Mariae: «Io non « posso dire che la mia Maria fosse assolutamente contraria a questo « matrimonio ». Et Lina Volpi: « Essa (Maria) non mi ha parlato di « repulsione verso il capitano Garibaldi, mentre manifestava sempre «il dubbio sopra accennato. Ho trovata sempre la signora Maria «incerta nella decisione da prendere al punto da deperire anche in « salute, incerta e per il carattere, e per le abitudini dello sposo, che « temeva non confacenti alle proprie ». Idem scribit testis Plantanida : « Ebbi la convinzione che il Garibaldi inspira a te (Maria) affezione, « ma non stima ». Parochus denique Franciscus Balconi : « Che la « signora Ambrosini-Spinella Maria fosse contraria al matrimonio non « lo posso dire; ma pare che anzi in mezzo a tutti i suoi dubbi, fosse « peritante anche a rompere le trattative », et paulo inferius : « Non « ricordo che sia mai uscita in una espressione che mettesse in dubbio

« il suo consenso ai matrimonio ». Maria dubia erat et frigida, quia optime cognoscebat se pulchram non esse, nec iuvenilis aetatis, quamvis divitiis dotatam. Quare timebat ne ei nubere vellent propter dotem conspicuam : « Ad ogni occasione di proposte matrimoniali, essa era «sempre timorosa che la sposassero per la sua dote, e non per la « persona » ait Lina Volpi, et Aloisia Garibaldi : « Sapeva di non esser « bella, e temeva di non essere abbastanza interessante per mio fratello, « ed aveva timore perciò che mio fratello la sposasse per interesse ».

b) Acta referunt easdem feminas, quae fautrices aut conciliatrices praedicantur nuptiarum, ex frequentibus dissidiis, quae sponsam inter et sponsum oriebantur, hanc hortatas fuisse ut a matrimonio ineundo se abstineret. ita Elisabeth ßuttafava testatur: « in questa occasione ed in «qualche altra io sentii il bisogno di ripetere loro che dinanzi a questi « screzii e divergenze di gusti, il miglior consiglio che poteva dare e « che avrei dato anche ad una mia figlia, era quello di troncar tutto ». Et Aloisia Garibaldi: « Non ho mai usato con lei modi aspri; soltanto «una volta dissi: " Se non vuoi fare il matrimonio, lascia pur stare, « che sei ancora in tempo „ ». His accedit rev. Balconi, qui, consultus a Maria circa anteactam sponsi vitam, hanc non omnino laudabilem confessus est, concludens: « Per conto mio, come parroco e come amico, « la consigliava a rompere i negoziati ». At has omnes adhortationes et consilia flocci fecit Maria. Imo relationes antinuptiales interruptas a viro Maria cum matre instaurarunt. Haec enim narrat sponsus: «Mi « pare verso l'aprile 1907, io feci la domanda ufficiale alla signora Car- « lotta Ambrosini della mano di sua figlia, ed ella accogliendo benevol- « mente la mia domanda, mi rispondeva che ne avrebbe parlato alla «figliuola, e mi avrebbe poi dato risposta. Alla fine di maggio, non « avendo io ricevuto risposta alcuna, non ostante le mie replicate sol- « lecitazioni, allora ritirai ufficialmente la parola, e partii da Milano, «ritirandomi nella villa " Capo di Strada „ presso Pistoia, dove erano « i miei genitori. Incominciarono allora le lettere della figlia, che scri- « veva a nome della madre, essendo questa l'abitudine della casa, « dirette a mia sorella, onde farmi recedere dal mio rifiuto e ripren- « dere le trattative. E poco per volta, si ripresero le trattative colla « madre ».

c) In contractu inito coram notario, in sic dicto matrimonio civili, et in matrimonio religioso omnia rite et more solito se habuerunt. Parochus Balconi haec testatur: « Sì, ricordo benissimo di avere l'otto feb- « braio 1908 benedetto le nozze dei detti sig. Garibaldi e Maria Ambro-

« sini., Non ricordo che in quell'occasione mi sia rimasto il minimo «dubbio sulla pronuncia del sì da ambo le parti; nè ricordo altre cir« costanze che abbiano creato in me il dubbio di mancanza di con« senso ». .Ita etiam Theresia Cattaneo, matertera Mariae, quae matrimonio interfuit: « In municipio ed alla chiesa, diede il suo consenso «regolarmente, ed io ho sentito chiaramente il sì ».

^Contracto matrimonio, interrogata a Maria Lina Volpi «.se era « contentaessa senza esprìmere nulla; mi rispose con un gesto di rasse« gnazione ». Ita etiam Adelais Bertolètti : « Dopo il matrimonio non l'ho « più vista, se non ai ritorno dal viaggio di nozze. Ella venne dame per « salutarmi, ed alla mia domanda se era felice e contenta, rispondeva con «una affermazione fredda ». Neque officit quod consortium. coniugale post sex menses ab initis nuptiis dissolutum fuerit. Etenim Maria deponit: « Io sentiva l'obbligazione di adempiere il mio dovere una volta che «l'aveva sposato, e se non vi fossero state le peripezie successive, io sarei «rimasta con lui, accettando il mio destino ». Quaenam autem fuerint istae vicissitudines (peripezie) explicat inferius: « Appena (ait) mi trovai « sola col mio marito, nel viaggio di nozze, mi accorsi subito di avere «a trattare con un uomo strano e prepotente. Senza una ragióne al « mondo, egli faceva delle scenate inesplicabili, gridava ripetendo che i « nostri caratteri non vanno d'accordo ; tu a casa tua, ed io a casa « mia; vado a stare a casa dei miei vecchi, e simili. Spesso poi minac« ciava di saltare dalla finestra ». Et infra: « Certamente io non poteva « aver stima di un uomo di tal carattere, e tanto meno poteva averlo « dopo di aver scoperto i diversi inganni, coi quali mi aveva abbindo«lata; tra le altre, io compresi che era niente affatto innamorato di me, «come mi faceva credere. Egli mi aveva ingannato sull'appartamento « che aveva,, nel quale egli aveva detto di avere mobiglio proprio, menare non era che a nolo, e poi l'inganno degli orecchini, che mi si «dovevano mandare, ma che non vennero: l'inganno della domestica, « che io doveva avere, che non ebbi mai, e per la quale non vi era « neppur posto in casa, ecc. ». En ergo verae causae separationis, mariti scilicet indoles vehementissima, quae solum post matrimonium Mariae revelata est, et variae deceptiones, quas ab ipso passa fuit, quaeque abunde sufficiunt ut mulieres indignentur.

Haec omnia recensita adiuncta penitus excludunt defectum consensus in Maria, et ad minus in dubium revocant adsertum metum.

Verum, admisso etiam quod Maria sub influxu metus coniugium iniverit, videndum est iuxta DD. Patres an metus in causa illas praeses ferat qualitates quae a iure requiruntur ut matrimonium sit nullum.

Extra controversiam est Elisabeth Buttafava, Alexandrinam Plantanida et Aloisiam Garibaldi, quae concihatrices matrimonii fuerunt, nunquam erga Mariam minis neque directe neque indirecte usas fuisse. Certum pariter est praefatas mulieres praeter hortationes et consilia, sane assidua, mala etiam et pericula portendisse, quibus Mariam, matrimonio recusato, se obnoxiam reddere dictitabant. Quaenam autem fuerint haec mala nos docet sponsa. « Capivo che avrei dovuto avere l'energia di « troncare tutto, ma il pensiero di far parlare di me, e il sentire che « continuamente mi dicevano (le signore Plantanida e la Garibaldi « sorella dello sposo) di guardar bene a quello che io faceva, ritirandomi, « perchè ornai tutta Milano ne parlava, e perchè io inoltre avrei rovinato « quel povero uomo, perchè egli, dato uno scacco, avrebbe dovuto abban- « donare l'azienda, ed allontanarsi da Milano, ed infine avrei cooperato « a far morire di dispiacere i vecchi genitori di lui... ».

Verum primo haec mala seu pericula non proponebantur a persona cui reverentia vel obedientia debetur, sed ab extraneis. Deinde quod haec mala evenirent vel non evenirent, non pendebat a voluntate praedictarum mulierum, unde ex earum parte, non erant proprie minae sed tantummodo propositiones aut coniecturae, et quidem non multum probabiles et valde incertae.

In specie autem quoad adversam famam, animadvertendum est publicae evulgationi tractatus sponsalitii praecipuam operam dedisse familiam Ambrosini, uti enim refert Iulius Garibaldi : « La signora Ambro- « sini chiedendo informazione a questo, a quelli, veniva a svelare a tutta « Milano che la figliuola sua stava per maritarsi ». Deinde ex eo quod aliquis praeambula matrimonii abrumpat, grave est asserere eidem adversam famam imminere, cum ubique et frequenter id accidat; secus nec parochus Balconi consilium dedisset Mariae ut Iulio valediceret, nec Aloisia Garibaldi quae certe famam fratris pessumdare nolebat, Mariae dixisset: «Se non vuoi fare il matrimonio, lascia pur stare, che sei « ancora in tempo ».

Relate ad probabilem mortem sponsi parentum, certum est metum vim habere posse non solum quando mala minitantur ei cui metus incutitur, sed etiam suis, parentibus videlicet, fratribus, sororibus, non autem extraneis. At parentes sponsi nullo nexu, neque sanguinis, neque amicitiae cum Maria coniungebantur. Deinde constat matrem sponsi extraneam prorsus fuisse matrimonio; deponit enim: « Premetto che posso « dire beii poco sul modo con cui si è combinato il matrimonio ..." Mio « figlio aveva la sua età, e sapeva benissimo disimpegnarsi nei suoi « affari; in questa faccenda io mi trovai affatto estranea ».

Haec ratio valet etiam quoad gravem perniciem sponsi, eiusque suicidium. At, hac in re, adnotandum est quod nunquam sponsus dixit se incurrere, non contracto matrimonio, assertam perniciem, nec etiam se sibi mortem illaturum si matrimonium cum Maria non contraxisset. Praeterea quamvis Iulius optabat valde cum Maria nuptias inire, non ita tamen flagranti ac coeco amore erga illam ducebatur, secus enim ausus non fuisset bis tractationem nuptiarum truncare. Postremo quoad suicidium, acta referunt D. Plantanidam post inductam separationem, Iulium inter et Mariam, ut animos ad concordiam revocaret Mariae dixisse lulium sibi mortem inferre, nisi cum ea vitam instauraret maritalem. At hoc non terruit animum Mariae, quae iudices civiles adivit, et ab iis legalem obtinuit separationem.

Ex his sat clare patet mala, quae Mariae minitata fuerunt, talia non fuisse, ut eius menti gravem metum incuterent. Sed metus non solum non fuit gravis, sed neque extrinsecus, i. e. procedens a causa libera. Etenim nunquam de metu sibi incusso quaeritur Maria, sed de propria opinione, aut propriis sensibus : « il pensiero di far parlare di « me ... il sentire che continuamente mi dicevano le signore », etc. Unde si quis erat metus, si qua mentis trepidatio, erat ab intrinseco, scilicet a propria Mariae pbantasia, aut a propriis eius passionibus et scrupulis. Recte proinde dicit Elisabeth Buttata va: « È andata avanti a forza di « cose e conveaienze sociali ». Et Maria Brera: « È andata avanti come « per fatalità ». Metus autem intrinsecus, licet gravis, prouti supra diximus, nunquam irritat matrimonium. Hinc « quantumvis, ut recte adnotat « Rmus defensor vinculi ex officio, damnare datum esset in casu infau« stum interventum auctricum matrimonii, quatenus nedum dubia dissi« pando, sed mala mulieri impendenda indicando, vel iuxta iudicem « (Mediolanensem) proponendo, illius voluntatem ad matrimonium lucra« verint, cum tamen ab earum voluntate non pendebat ipsa mala exsecu« tioni mandare, vel avertere, praetensus metus, iuris ad normam exactus « non concipitur ».

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Nos infrascripti Auditores, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus: *Non constare de matrimonii nullitate in casu,* seu proposito dubio respondemus: *Negative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Concilii

Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 8 aprilis 1915.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens.*

L. j$i S. Seraphinus Many.

Franciscus Heiner.

Ex Cancellaria S. R. Rotae,

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO

La Santità di Nostro Signore Benedetto Papa XV, riportandosi alle disposizioni emanate dal Venerato Suo Antecessore e pubblicate negli *Acta Apostolicae Sedis* del 25 gennaio 1913, circa gli annui funerali del Pontefice antecessore, e la cerimonia, parimenti annuale, della Pontificia Incoronazione, ha stabilito che il funerale del Sommo Pontefice Pio X di sa. me., invece del 20 agosto, anniversario della morte, abbia luogo, come già fu praticato pel Sommo Pontefice Leone XIII, il 5 novembre.

Sua Santità si è degnata poi di disporre che l'anniversaria cerimonia della Sua Pontifìcia Incoronazione, invece del 6 settembre, abbia luogo il 22 dicembre, anniversario della Sua Consacrazione Episcopale, ricevuta per le mani del Sommo Pontefice Pio X l'indomani dell'anniversario della Sua ordinazione Sacerdotale. La scelta dall'anzidetta data del 22 dicembre si deve allo stesso criterio seguito in quella del 16 novembre per la identica cerimonia sotto il pontificato di Pio X di sa. me., pel quale appunto in tal giorno ricorreva l'anniversario della Consacrazione Episcopale.

NOMINE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

31 luglio 1915. — Mons. Ernesto Costa de Beauregard, canonico della metropolitana di Chambéry.

5 agosto. — Mons. Francesco Pelletier, rettore dell'Università Laval di Québec.

Prelati Domestici di S. S.:

29 luglio 1915. — Mons. Vincenzo Saponieri, vicario generale della diocesi di Alghero.

— Mons. Giuseppe Giau, arciprete della cattedrale di Alghero.

4 agosto. — Mons. Gustavo Desarnaud, dell' archidiocesi di Napoli.

ONORIFICENZE

Con Breve apostolico il Santo Padre si è degnato di conferire

La Commenda délV Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

29 luglio 1915. — Al sig. rag. Ercole Bonfiglioli, deH'archidioc. di Ferrara.

NECROLOGIO

10 luglio 1915. — Mons. Giacomo Eduardo Quigley, arcivescovo di Chicago.

3 agosto. — Mons. Andrea Bovet, vescovo di Losanna e Ginevra.

8 agosto. — Mons. Giovanni Battista Castro, arcivescovo di Caracas (S. Giacomo di Venezuela).

Annus TU - Vol. VII Die 4 Septembris 1915 Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAKIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

AD R. P. D. ANDREAM FRLHWIRTH, ARCHIEPISCOPUM HERAGLIENSEM, NUNTIUM APOSTOLICUM IN BAVARIA, UT EIDEM SEPTUAGESIMUM AETATIS SUAE ANNUM EXPLENTI GRATULETUR AG FAUSTA QUAEQUE ADPREGETUR

Venerabile Fratello. — Venuti per avventura a conoscere che ella il 21 agosto compirà felicemente il 70° anno di età, Gi è caro di non tralasciare questa fausta circostanza senza manifestarle i sentimenti di gioia che essa Gi desta nell'animo.

I molteplici servigi che ella ha reso alla Chiesa, sia quando esercitò con prudenza ed abilità l'alta carica di Maestro Generale dell' illustre Ordine Domenicano, sia nei vari anni dacché regge in modo degno e lodevole codesta Nunziatura Apostolica, mentre porgono a lei una giusta ragione per ringraziare Iddio di questa ricca messe di meriti, costituiscono anche per Noi un piacevole titolo per chiamarci pienamente soddisfatti dell'opera sua.

Al tempo stesso crederemmo di contrastare all'impulso del nostro cuore se non le esprimessimo in così opportuna congiuntura la riconoscenza che nutriamo per lei ed il ricordo che fedelmente serbiamo del valido aiuto che ella ha sempre apportato ai ministero del Romano Pontefice.

In conformità pertanto di questi nostri sentimenti, Noi formuliamo i più ardenti voti per la sua personale prosperità, e supplichiamo vivamente il Signore che la conservi per lunghissima età a bene della Religione ed a vantaggio della Santa Sède; e che le mantenga inalterato il sempre giovanile vigore nelle ardue contingenze dèlia grave Missione che disimpegna.

E in attestato della Nostra particolare benevolenza le impartiamo di gran cuore, a compimento dei nostri auguri e come auspicio delle migliori grazie del Cielo, la benedizione apostolica.

Dal Vaticano, 10 agosto 1915.

BENEDICTUS PP. XV.

II

AD HELVETIAE EPISCOPOS OCCASIONE ANNUI CONVENTUS

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Officiosissimis litteris, quas congregati nuper ad Nos dedistis, ad ea profecto revocamur a quibus vix possumus, vel brevi, avelli animo. Cum afflictis affligimur, eorumque caussa et premimur curis et fatigamur laboribus et in anxia sollicitudine dies noctesque versamur. Quaecumque ad restaurandam pacem minuendaque belli incommoda caritas suadet diesque affert, ea experienda, ut probe nostis, aggredimur, plu* rimum in Eo confisi qui bona semper adiuvat consilia.

Non semel Nos, venerabiles Fratres, neque sane inviti, in tanto armorum strepitu ad Helvetiae populos animum convertimus, planeque vobiscum sentimus atque intelligimus quantum ob servatae pacis beneficia divinae primum benignitati, tum etiam prudentiae magistratuum suorum helvetii debeant. Quod vero scribitis, ingenti vos cum gaudio conspicere Reipublicae vestrae moderatores solertiae Nostrae Nostrique laboris socios, valdeque desiderare ut societas haec magis magisque in dies firmetur, agnoscimus quanti sint apud vos et apud cives vestros consilia ac coepta paternae providentiae Nostrae, quantoque in honore studia humanitatis: libetque profiteri gaudium vestrum gaudium Nostrum esse: vota vestra, vota Nostra.

Vestrum interim animum plenum obsequii in Nos atque in Viros egregios, qui vestris praesunt civitatibus merito collaudantes, vobis

omnibus, venerabiles Fratres, Clero populoque unicuique vestrum tradito apostolicam benedictionem, caelestium auspicem munerum, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvn augusti MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

DECRETUM

CONCEDITUR FACULTAS SACERDOTIBUS OPERAM SUAM MILITIBUS IMPENDENTIBUS, BENEDICENDI NUMISMATA S. BENEDICTI

Die 5 augusti 1915.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, enixis precibus Rmi P. Abbatis Primatis O. S. B. obsecundans, benigne concedere dignatus est, ut sacerdotes omnes, saeculares vel regulares, qui in praelio aut in castrorum hospitalibus seu in navibus, praesenti bello perdurante, militibus operam suam praestant in spiritualibus, valeant unico signo crucis benedicere Numismata S. Benedicti, iisque omnes applicare Indulgentias, hucusque huiusmodi Numismatibus a S. Sede concessas.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S. O.*

II

DECRETUM

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE RECITANTIBUS ORATIONES QUASDAM PRO PACE

Die 5 augusti 1915.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, omnibus et singulis christifidelibus corde saltem contrito recitantibus piissimam orationem, remòtissima vetustate venerandam, in Canone Missae asservatam, cum adiectis invocationibus, ut sequitur: « Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus « malis praeteritis, praesentibus et futuris; et intercedente beata et « gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis « tuis Petro et Paulo atque Andrea et omnibus Sanctis, da propitius « pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti, et a pec« cato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Per eum« dem Christum Dominum nostrum. Amen. - Pax Domini sit semper « nobiscum. - Agnus Dei, qui toilis peccata mundi, dona nobis pacem », vel quocumque alio idiomate, dummodo versio sit fidelis, quoties id egerint, toties Indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque profuturam, benigne concessit. Iis praeterea, qui easdem preces per mensem recitare consueverint, semel infra eumdem mensem, dummodo confessi ac s. Synaxi refecti, ad mentem Summi Pontificis pie oraverint, plenariam Indulgentiam, similiter animabus defunctorum applicabilem, clementer elargiri dignatus est. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. *ffc* S.

Aloysius Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

EXCOMMUNICATIONIS NOMINALIS IN SACERDOTEM RICHARDUM O' HALLORAN IN ARCHIDIOECESI WESTMONASTERIENSI DEGENTEM

Debita canonicae disciplinae ratio exigit ut qui ecclesiasticas leges graviter offendit corrigatur, et si monita mitioresque sanctiones ipse spernat, gravioribus poenis coërceatur.

Itaque quum sacerdos dioecesis Medioburgensis Richardus O' Halloran in dioecesim Westmonasteriensem anno 1888 venisset, et licentiam ad tempus obtinuisset sacrum ministerium exercendi in loco Ealing; dimissus autem et a dioecesi Westmonasteriensi discedere compulsus, quum obstinate oboedire recusasset, ab Ordinario Westmonasteriensi die 21 aprilis 1897 suspendi debuit a divinis. At ipse, spreta censura, Missam sacrilege celebrare et parochialia munia penes aliquot sibi adeptos temere exercere usque in praesens non destitit, cum maxima fidelium offensione, parvum iljud schisma, quod ab Ealing vocatur, creando. Monita, adhortationes, pia consilia virorum religiosorum, Ordinarii Westmonasteriensis, imo ipsius Apostolicae Sedis, iterum iterumque interposita, ut ad saniorem mentem eum adducerent, frustra semper cesserunt. Unde tandem, quum sacerdos O' Halloran in schismatis et sacrilegii scandalo perseveraret, quum etiam ob insordescentiam in censuris suspectus de haeresi evaderet, ad tantam animi pervicaciam frangendam et ad tam ingens rebellionis et profanationis sacrorum scandalum reparandum, die 5 iunii 1915, de consulto Emorum Patrum Sacrae Congregationis Consistorialis, mandante Ssmo Domino Nostro Benedicto Pp. XV, praefixus fuit memorato sacerdoti peremptoriis decem dierum terminus ad obediendum, cum comminatione excommunicationis nominatim infligendae, si contumax adhuc persisterei

Sed constitit praefixum temporis terminum praeteriisse quin infelix sacerdos ullum resipiscentiae signum praebuisset.

Ideoque praesenti consistoriali decreto, de mandato ipsius Ssmi Domini Nostri, etsi cum dolore, ad salutarem tamen eiusdem sacerdotis correctionem, ad ecclesiasticae disciplinae tutelam, ad scandali reparationem, sacerdos Richardus O' Halloran ab Ecclesiae communione

separatur et seiungatur, et in poenam excommunicationis eumdem incidisse, ipsumque a fidelibus omnibus iuxta ecclesiasticas leges esse vitandum, denunciatur, declaratur et statuitur.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 iulii 1915.

£g C. CARD. DB LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

KfflS.

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, nempe:

4= iunii 1915. — Cathedrali ecclesiae Caesenatensi praefecit R. D. Fabium Berdini, vicarium generalem dioecesis Imolensis.

7 iunii. — Cathedrali ecclesiae Bovensi R. D. Paulum Albera, rectorem seminarii metropolitani Rheginensis.

17 iunii. — Archiepiscopali ecclesiae titulari Seleuciensi in Isauria R. P. D. Thomam Kennedy, hactenus episcopum titularem Adrianopolitanum.

1 iulii. — Cathedrali ecclesiae Alatrinae R. D. Michaelem Izzi, vicarium generalem dioecesis Ceriniolensis.

5 augusti.— Cathedrali ecclesiae Mutilanae R. D. Rogerium Bovelli, vicarium generalem dioecesis Tudertinae.

6 augusti — Cathedrali ecclesiae Burgi S. Donnini R. D. Iosephum Fabbrucci, parochum loci *Strada* in dioecesi Fesulana.

9 augusti. —• Cathedralibus ecclesiis Dünensi et Connorensi R. D. Iosephum Mae Rory, vice-praesidem et professorem S. Scripturae in collegio Maynoothiano.

12 augusti. — Archiepiscopali titulari ecclesiae Irenopolitanae in Isauria R. P.D. Iosephum Ridolfi, hactenus archiepiscopum Hydruntinum.

19 augusti. -— Cathedrali ecclesiae Linciensi R. D. Ioannem Gfoellner, S. Theologiae pastoralis magistrum in seminario Linciensi.

20 augusti. — Episcopali titulari ecclesiae Troadensi R. P. Pacificum Monza, hactenus Ministrum generalem Ordinis Fratrum Minorum et iam Vicarium apostolicum Scopiensem.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

VICENTINA

CIRCA IUS VISITATIONIS

Religiosa familia Ordinis Servorum B. M. V. constituta, labente saeculo decimo quinto, cum plenitudine iuris canonici in Monasterio et adnexa Ecclesia S. Mariae Montis Berici, dioeceseos Vicentinae, suppressa fuit ac dissoluta per summam iniuriam a potestate laica a. 1810. Municipium autem Vicentinum praefatum Monasterium cum adnexa Ecclesia, ne fisco addiceretur, sibi acquisivit: anno vero 1833 concessit Religiosis praelaudati Ordinis perpetuum usum Monasterii atque Ecclesiae, qui quidem Religiosi possessionem rite ceperunt die 8 decembris 1835.

Cum vero Episcopus Vicentinus a. 1864 in peragenda visitatione canonica Ecclesiarum regularium existimaverit se ius habere visitandi etiam Ecclesiam S. Mariae Montis Berici, quod ex alia parte Patres Servitae denegabant, res delata fuit ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium, quae, auditis rationibus ultro citroque allatis, quaestioni :

« Se e come convenga rispondere alle lettere di Mons. Vescovo di « Vicenza, e massime sul Santuario di Monte Berico », in plenariis comitiis diei 26 martii 1866, respondit: « Prout exponitur non constare « de iure Episcopi peragendi sacram visitationem ».

Qua tamen responsione nullatenus obstante, Revmus Episcopus Ferdinandus Ridolfi, qui in praesentiarum praeest dioecesi Vicentinae, censuit gravissima adesse argumenta quae commonstrent ius Episcopi peragendi sacram visitationem in Ecclesia S. Mariae Montis Berici ac proinde suadeant recessionem a decisis. Obtento itaque a Summo Pontifice Pio X, f. r., beneficio novae audientiae, protulit ad rem argumenta quae subiecta fuere iudicio Emorum Patrum Cardinalium Sacrae Congregationis de Religiosis in consessu plenario diei 30 iulii 1915.

Et sequentibus dubiis:

1) An Episcopus Vicentin., attentis noviter deductis, ius habeat visitationem canonicam peragendi in Ecclesiam B. M. V. Montis Berici; et quatenus negative

2) An expediat ut Patres Servitae tradant Episcopo Vicentino aliquas eleemosynas de iis quae Sanctuario offeruntur,

Eiñi Patres responderunt:

Ad primum: Negative et amplius.

Ad secundum: Provisum in primo.

Quam sententiam Emorum Patrum Ssmus Dominus Noster Divina Providentia Pp. Benedictus XV, in audientia diei 3 augusti 1915, referente infrascripto Secretario, ratam habuit et confirmavit, ac publici iuris fieret mandavit.

Ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 3 augusti 1915.

O. CARD. CAGIANO DB AZEVEDO, *Praefectus.*

L.)$iS.

f Adulphus, Episcopus Ganopitan., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

IMMUTATIO NOMINIS VICARIATUS APOSTOLICI

Ad preces R. P. D. Aduiphi Rayssac, episcopi titularis Cotyensis et Vicarii Apostolici de Tchao-tchiou in Sinis, Emi Patres S. huius Consilii Fidei Propagandae, plenariis in comitiis die 2 vertentis augusti habitis, praedictum Vicariatum ab urbe « Swatow », regionis principe, in posterum nuncupandum esse censuerunt. Quam sententiam Sanctissimo Domino Nostro Benedicto divina providentia Pp. XV, ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario in audientia diei 9 insequentis relatam,

Sanctitas Sua adprobare ratamque habere dignata est, ac praesens decretum confici mandavit. •

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 18 augusti, anno 1915.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, ***Praefectus.***

L.©S.

C. Laurenti, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA

DE OCTAVA FESTI SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI

Quum per decretum Sacrae Rituum Congregationis n. 3581 ***Urbis et Orbis*** 5 iulii 1883 et alia recentiora decreta ***Romana*** 10 decembris 1913 et 22 maii 1914, de Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, die 29 iunii, Romae non solum agenda sit Commemoratio singulis octavae diebus, quocumque Festo occurrente, sed ipsa Octava habenda uti privilegiata tertii ordinis; quumque eiusmodi privilegium a quibusdam intelligatur coarctatum ad clerum saecularem aliosque calendario dioecesano legitime utentes, sacra eadem Congregatio, attentis expositis ac praesertim quod Romam « Beatissimi Apostolorum Principes supra omnes mundi « civitates tantopere nobilitaverunt, constituto ibi catb^cae unitatis « centro supremoque et indefectibili veritatis magisterio », uti legitur in decreto suprarelato n. 3581, votis etiam precibusque porrectis obsecundans, rescribendum censuit: « In casu octavam privilegiatam extenden- « dam esse ad omnes ex utroque clero Romae eiusque districtu commo- « raptes, si Sanctissimo placuerit ».

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae Xy per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi

Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum ipsius Sacri Consilii ratum habuit et confirmavit; simulque Octavam Festi, 29 iunii, Ss. Petri et Pauli App., almae Urbis Patronorum principalium, pro universo clero in hac ipsa Urbe eiusque districtu degente, tam saeculari quam regulari, etiam Calendarium proprium habente, privilegiatam tertii ordinis statuit ac declaravit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Die 11 augusti 1915.

A. CARD. VICO, *S. B. C. Pro-Praefectus.*

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (GOGUEL-GRAVIER)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 17 aprilis 1915, BR. PP. DD. Fridericus Cattani, Ponens, *Antonius Perathoner, Iosephus Alberti, Auditores de Turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *instante pro appellatione defensore Vinculi Parisien, dioecesis, inter* Michaëlam Goguel, *actricem, repraesentatam per legitimos procuratores adv. Nazarenum Ferrata et adv. Vincentium Sacconi, et inter reum* Carolum Gravier, *interveniente et disceptante in causa sacri Vinculi defensore ex officio apud hoc S. Tribunal, sequentem tulerunt definitivam sententiam:*

Anno 1907 Michaela Maria Andrea Goguel, sexdecim circiter annos nata, et Carolus Aemilius Gustavus Gravier, qui tunc 24 annos habebat, Lutetiae Parisiorum se invicem cognoverunt et mutuo exarserunt amore; mense autem septembri subsequentis anni sponsalia, cum consensu parentum, celebràrunt. At inde Carolus, qui machinator navium

erat, Parisiis abire coactus est et in Anglia commorari usque ad mensem decembrem anni 1909; quo tempore rediit, ut nuptias cum Michaela contraheret. Haec autem puella, levis et inconstans, tunc temporis ab amore erga Carolum recesserat, et quin matrimonium cum eo celebrare exoptasset, a data fide resilire petiit. Restitit Carolus, qui adhuc amore flagrabat, sed Michaela ei se nupturam non esse dixit, nisi ille consensisset ut, quando sibi libuerit, matrimonium divortio abrumpere posset, quam conditionem expressius posuit die. qua Carolus ei dona matrimonialia detulit. Haesitans erat Carolus, utrum ad conditionem accederet, sed tum quia omnia ad nuptias erant parata et sui parentes aderant, tum quia ille adhuc Michaëlam vehementer amabat et sperabat se illius mentem fore mutaturum, conditioni ab ea positae assensum dedit, et ita matrimonium, die octava decembris anno 1909, in oppido Passy est celebratum. Tertio post nuptias mense, propositum conditionis implendae a Michaela agitari coepit; sed Carolus nihil intentatum reliquit, ut uxorem retineret, et tunc maritalis consuetudo disrupta non est; sed altero vix expleto a nuptiis celebratis anno, Michaela viri domum reliquit, ut aliis indulgerei amoribus, et divortium petiit; cui petitioni Carolus, cum iam maritalis vita impossibilis evaderet, denique assensit. Anno 1913, cum Michaela rescivisset conditionem a se positam, indissolubilitati matrimonii contrariam, hoc nullum efficere, ad Curiam Parisiensem recursum habuit, ut suum cum Carolo matrimonium irritum et infectum declararetur, idque obtinuit. At a sententia Curiae Parisiensis, quae nullum edixit matrimonium inter Michaëlam et Carolum Gravier, ad Nostrum appellavit Tribunal sacri Vinculi defensor Parisiensis, et nunc Nobis definienda venit causa, sub proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ?*

Ad factum quod attinet. - Utrum revera intei* sponsos pactum divortiandi exstiterit vel conditio a Michaela posita, ut sibi liceret matrimonium disrumpere, cum libuerit, prout asseritur, a nobis quaerendum est ; ex hoc enim facto pendet responsio danda dubio proposito. Uterque sponsus hanc conditionem ante nuptias interfuisse asserit, quamvis eorum testimonia non plene convenire videantur. Michaela iudici ita rem enarrat: « Au cours de nos fiançailles Mr Gravier dut partir pour «l'Angleterre. A son retour, je sentis que je ne l'aimais plus, et je lui « ai nettement demandé de me rendre ma parole. Comme il ne voulait «pas, je lui déclarai alors que je mettais comme condition à mon « mariage futur la possibilité pour moi de divorcer ». Deinde: «... le «jour même où Mr Gravier me remit ma bague de fiançailles, je lui

« ai posé la condition du divorce. Je lui dis: " J'accepte cette bague, « mais il faut que vous me promettiez que vous ne ferez pas d'oppo- « sition le jour où je demanderai le divorce „. Ma pensée était bien «nette: je n'aimais plus Mr Gravier, et je me réservais de divorcer « quand il me plaisait. Je faisais de cette condition la condition *sine « qua non* de l'acceptation de ma bague de fiançailles et de mon « mariage futur. J'ai répété à Mr Gravier, à plusieurs reprises, que je « me réservais de divorcer quand il me plairait. A cette condition-là « seulement j'acceptai le mariage. J'ai dit cela a Mr Gravier et je l'ai « même écrit. Je le répète: *f avais Vidée fixe de divorcer* ». Tunc iudex ab ea quaerit: « Qu'a dit votre fiancé quand vous lui avez fait part de « cette condition? A-t-il fini par l'accepter? ». Cui illa: « Avant de signi- « fier formellement à mon fiancé la condition à laquelle il devait se « soumettre pour espérer le mariage avec moi, je lui avais déjà fait « comprendre par des insinuations multiples la volonté arrêtée de « divorcer plus tard. Il est évident que quand je posai à Mr Gravier « la question de savoir, si, oui ou non, il consentait à la condition que «je posais à notre mariage, il fut, je ne (lirais pas étonné, mais très « peiné. Il employa tous les moyens pour me dissuader. Enfin, eonnais- « sant ma persévérance dans mes desseins, et parce qu'il était très « amoureux de moi, il me donna sa parole qu'il ne s'opposerait nulle- « ment à une demande en divorce de ma part. Il est évident que « Mr Gravier devait se dire à lui-même, qu'après le mariage quand nous « serions, tous deux, partis pour l'Angleterre, il aurait plus d'influence « sur moi, et que, peu à peu, il me ferait oublier la condition que je « mettais à notre mariage. Quoi qu'il en soit, Mr Gravier a certaine- « ment accepté la condition que je posais à notre mariage. Ce n'était « pas seulement la possibilité d'un divorce qui pouvait rompre plus « tard notre mariage, mais c'était la certitude d'une demande oie divorce « qui devait, plus tard, au jour où cela me plairait, mettre fin à notre « mariage. La condition fut posée, elle fut acceptée ».

Non multo dissi militer eadem iudici interroganti enarrat Carolus Gustavus Gravier: « Dès le commencement de nos fiançailles, Mlle Goguel, « causant de mariage avec moi, eut l'occasion de me dévoiler sa men- « talité à ce sujet. Elle n'avait pas le même concept que moi sur le « mariage chrétien, n'en acceptait pas toutes les responsabilités et « l'indissolubilité. Et allant de la thèse au fait personnel, elle en faisait « l'application à notre mariage futur. Comme ses théories n'étaient pas « les miennes, inutile de dire que je n'adhérais pas pleinement à ses « paroles et que j'essayais même de les combattre. Je savais Mlle Goguel

« maladive, absolue dans ses idées, et je ne croyais pas qu'une résistance de ma part put aboutir à un resultat efficace. C'est au mois « d'octobre 1909, à Newcastte, à l'occasion d'une visite faite par Mme « et Mlle Goguel pour m'aider à choisir un appartement et régler quél- « ques conditions relatives au prochain mariage, que Mlle Goguel me « posa comme une condition de notre futur mariage la condition du « divorce qu'elle se réservait de demander, et auquel je ne devais pas « m'opposer. Ma réponse ne fut pas ce qu'elle aurait désiré peut-être, « elle fut dubitative et dilatoire. Je ne voulais certainement pas à ce « moment-là faire ce qu'elle demandait. Fin novembre, commencement « de décembre 1909 je vins à Paris pour le mariage, et Mlle Goguel, « me posa alors nettement la condition. Elle-même avait subi une évo- « lution. A Newéastle, sans nul doute, la condition fut posée par elle, « mais je crois qu'alors ce n'était pas une condition *sine qua non;* au « contraire, en décembre 1909, les sentiments de Mlle Goguel s'étaient « tellement modifiés qu'elle était plus qu'hésitante à accepter le mariage, « et elle fit de la condition du divorce posée par elle et acceptée par « moi, une condition *sine qua non.* Les choses avaient tellement été « loin à ce moment, mes parents étaient venus de province, les achats « étaient faits, je me suis posé la question: Le scandale serait-il moindre « de rompre tout de suite, ou bien d'attendre uñe rupture qui devait « être amenée par un divorce qui den: rait problématique. Je me « résolus au mariage, persuadé qu'il serait courageux à moi de conquérir « cette femme que j'avais aimée et qui m'avait aimé, qui n'avait que « dix-huit ans, et avec qui j'avais d'ailleurs beaucoup de points de con- « tact, que me permettaient raisonnablement une union durable. A la « question que me pose Mr le défenseur du lien : " La condition ne se « posait-elle pour Mlle Goguel que dans l'hypothèse d'un dissentiment « profond et durable? „ je reponds : Il n'y avait pas d'hypothèse de « dissentiment futur ; il y avait, quoi qu'il arrive, la certitude d'un « divorce. Seule la date restait incertaine. Je répète: nous étions dans « une impasse, on n'en pouvait sortir que par le mariage. Le mariage « n'a été accepté qu'avec la condition *sine qua non,* posé par Mlle « Goguel ».

Hoc est testimonium coniugum : at eorum assertio, etsi circa rerum adiuncta plene concordaret, probationem tamen minime constitueret, nisi plene confirmaretur a duobus saltem testibus omni exceptione maioribus. Michaela autem in iudicium sex adducit testes, nempe matrem, fratremque suum, duas mulieres, quibus amicitia est coniuncta, Aemilium Olli vier; eiusque filium Milonem. Quatuor ex his iam ante matri-

monium Caroli et Michaelae de istius conditione divortiandi, cum sibi' libuerit, ab ipsa acceperant. Mater autem Michaelae post matrimonium tantum de conditione a filia apposita notitiam habuit. Testimonia singula audiantur; et in primis mater Michaelae: « Ma fille (ait illa) avait « l'esprit assez léger et volage, sans beaucoup de considérance, et je « dois dire que j'attachais peu d'importance à ses propos. Cela explique « que je n'ai pas été étonnée, quand, environ trois mois avant le mariage, « elle me parla de divorcer d'avec son mari futur. Je lui avais fait des « remonstrances maternelles, l'engageant à ne pas se marier si son « fiancé ne lui plaisait plus; et il me souvient qu'en réponse elle me « disait toujours qu'il y avait le divorce pour rompre les mariages mal- « heureux; mais je dois à la vérité de dire que je ne savais pas alors « que ma fille avait posé le divorce subséquent au mariage comme une « condition absolue de son union avec Mr Gravier. C'est au mois de « novembre 1912, que j'ai eu, pour la première fois, connaissance de « cette condition essentielle posée par ma fille à son consentement au « mariage avec Mr Gravier ». Cum autem iudex ab ea quaesivisset : « Savez-vous quel accueil Mr Gravier fit à cette exigence? S'y est-il « résigné? », illa respondit: « Mr Gravier s'était résigné à accepter la « condition posée par ma fille à son consentement, mais il espérait « certainement la reconquérir complètement à lui ».

Carolus Leo Rogerius Goguel, actricis frater, ita testatur : « En « octobre et novembre 1909, comme j'apercevais dans la conduite de ma « sœur et de Mr Gravier quelques gênes, j'eus avec ma sœur trois ou « quatre conversations. Elle me dit que s'il n'avait dépendu que d'elle, « elle aurait définitivement rompu toute pensée de mariage avec Mr Gra- « vier, mais que ce dernier tenant beaucoup à elle, il avait été entendu « entre eux, qu'ils feraient un essai. C'est ainsi qu'elle désignait le « mariage qu'elle allait contracter avec Mr Gravier. Ma sœur me dit « alors très nettement qu'il avait été entendu avec Mr Gravier et accepté « par lui que, quand il lui plairait à elle-même, elle demanderait le « divorce, et Mr Gravier s'engageait à ne pas s'y opposer. Ma sœur me « dit cela en termes très nets, et c'est certainement à cette condition « qu'elle a consenti de devenir pour un temps la femme de Mr Gravier ».

Cum autem iudex ab eo quaesivisset: « Savez-vous quel accueil « Mr Gravier fit à cette exigence? S'y est-il resigné ? », respondit: « D'après « ce que ma sœur m'a dit, Mr Gravier avait accepté la condition posée « par elle ; mon opinion personnelle est que Mr Gravier a consenti à la « condition, tout en espérant par ses procédés faire la conquête de ma « sœur »,

Item testatur Sophia Baudot, quae amicitia Michaelae coniungitur et eius animum bene noverat: « Je connais Mme Gravier, née Goguel, « depuis le mois d'août 1906. Nous étions en relations d'amitié. Je pour- « rais diviser la période des fiançailles en deux époques: la première « pendant laquelle Mlle Goguel était très enthousiasmée de son fiancé, « et la deuxième pendant laquelle la jeune fille n'avait aucun empres- « sèment pour son fiancé. C'est surtout dans cette seconde période que « mes relations avec Mme Gravier, née Goguel, furent plus suivies. Je « me rappelle très bien avoir entendu mon amie me répéter à plusieurs « reprises que, puisqu'elle ne pouvait faire autrement, elle irait jusqu'au « bout, elle se marierait, mais après, disait-elle avec mystère, on ver- « rait ». Deinde a iudice percunctata : « ... Vous a-t-on affirmé que ce « projet de divorce était une condition absolue *sine qua non*, d'où dépen- « dait essentiellement le consentement de la future? », respondit: « Au « mois d'août 1909, mon amie m'a dit qu'elle avait eu avec son fiancé, « Mr Gravier, une conversation décisive, qu'il avait été bien entendu « avec lui que le mariage ne devait être considéré par eux que comme « un essai, qu'elle se réservait la **possitne** de divorcer. J'ai compris « alors que, du moment que le mariage /se poursuivait, c'est que le « fiancé avait accepté la condition posée par la jeune femme de divorcer « après le mariage. J'ai compris que le mariage avec Mr Gravier était « considéré par les deux intéressés comme un essai; si l'essai réussissait, « on ne disait rien pour l'avenir, mais tout semblait faire prévoir que « l'union persévérerait. Si au contraire l'essai ne réussissait pas, il « était bien entendu par les deux parties que mon amie pouvait deman- « der divorce et son mari ne devait pas s'y opposer. Ma conviction « d'après l'ensemble des faits, d'après la connaissance que j'avais de la « mentalité de mon amie, ma conviction, dis-je, est que Mlle Goguel « n'aurait certainement pas accepté de se marier avec Mr Gravier, si « ce dernier n'avait pas consenti à la condition posée par la jeune « fiancée de divorcer après le mariage si cela lui plaisait. Ce que je « viens de dire explique mon étonnement quand, au mois de septem- « bre 1909, j'appris par un faire part officiel le mariage prochain de mon « amie. Je ne puis m'empêcher alors de me dire: " Mr Gravier a con- « senti à la condition posée par mon amie,,».

Expressius etiam iudicis interrogationi respondit alia Michaelae amica, Bertha de Fallois: «Les accordailles furent très longues, elles « durèrent environ deux ans, et les fiançailles durèrent environ deux « mois; elles présentèrent les contrastes les plus bizarres. Au commen- « cernent Mlle Goguel, complètement éprise de Mr Gravier, camarade de

« son frère, riè voyait que lui, ne voulait que lui et ne pensait qu'à lui. « Ensuite, sans raison apparente, changement complet; elle n'avait plus « d'attrait pour lui. Elle m'a dit bien de fois avant le mariage qu'elle « était décidée à divorcer. Elle m'a dit à plusieurs reprises qu'elle divor- « cerait sûrement plus tard d'avec Mr Gravier, que cela était entendu « entre eux, que c'était la condition absolue *sine qua non*, d'où dépen- dait essentiellement son consentement. Ces propos m'ont été tenus « antérieurement au mariage, et elle était si décidée à divorcer que, « deux mois avant le mariage, elle cherchait déjà une intrigue avec un « autre soupirant ».

Etiam Milo Öllivier, qui Michaëlam bene noverat, testatur: « Elle « m'a dit souvent, quelque temps avant son mariage, qu'elle comptait « divorcer. J'ai l'impression absolument sûre, la certitude même que sans « la perspective du divorce elle n'aurait pas contracté mariage ». Defensori autem Vinculi, qui ab eo quaesivit: « Croyez-vous que, se mariant « avec la résolution ferme de divorcer, elle pensait contracter un vrai « mariage? », ita respondit: «Je ne le crois pas, et mon impression « sur Ce point va jusqu'à la conviction ». Quaesivit etiam iudex: « Quel « accueil Mr Gravier fit-il, à votre connaissance, à cette exigence de « Mlle Goguel? Finit-il par s'y résigner? ». Cui testis: -< Avant le mariage «je l'ai ignoré; mai depuis, j'ai l'impression qu'il acceptait cette condi- « tion, à cause de la facilité avec laquelle il a accepté le divorce, disposé « même à le favoriser ».

Attestationes autem Milonis plene confirmantur a suo patre, Aemilio, honorando sene, tunc 88 annos nato, sodali Gallicae Academiae, quae virorum immortalium vocatur. Iste, a iudice percunctatus, refert: « ... j'ai « appris de mon fils qui vivait dans l'intimité de cette jeune fille, qu'elle « se mariait quoique n'aimant plus son fiancé, parce qu'elle était décidée « à divorcer. Je ne peux préciser l'époque de ces confidences; peu de « temps avant le mariage. Depuis que l'événement les a confirmées, on « me les a souvent répétées en famille. D'après ce que mon fils m'a « raconté, je suis convaincu que dans sa pensée c'était une condition « formelle ».

Si tale paulo ante matrimonium fuerat Michaelae propositum, quale viro suo et pluribus testibus manifestavit, indubium est etiam in actu matrimonii idem permansisse, ut de cetero ipsa Michaela et Carolus Gravier fatentur, cuncti que testes confirmant. En quomodo actrix iudici, de hoc eam interroganti, respondit: «Cependant (in actu scilicet matri- « mónii) je conservai toujours mon idée fixe et la volonté d'accomplir « la condition que j'avais exposée à mon fiancé. Je dois avouer d'ail-

« leurs que j'ignorais que cette condition était opposée à la pensée du « mariage chrétien. Je ne puis pas dire exactement quel était l'état « d'âme de Mr Gravier. Certainement il a donné son consentement à « notre mariage puisqu'il le désirait très fort. Cela ne l'a pas empêché « de me dire dans la journée même que j'étais bien cruelle, et que ce « jour qui devait être un jour de joie sans mélange, était pour lui troublé « par la condition que je lui avais imposée ». Vir hoc idem testatur: « J'ai donné un plein consentement avec la réserve ci-dessus. Certai- « nement Mile Goguel maintenait au moment du consentiment la con- « dition du divorce ». Maria, mater Michaelae: « J'y assistais (au ma- « riage). Ma conviction est que les futurs ont maintenu ce jour-là la « condition du divorce. J'en ai pour preuves les saillies et les crises de « caractère qu'elle a eues ce jour-là avec son mari. Que puis-je dire de «leur consentiment? C'est quelque chose d'interne que je ne puis «juger ». Carolus Goguel: « J'y assistais. Sans nul doute les fiancés, au « moment du consentement matrimonial, ont très nettement maintenu « la condition du divorce subséquent. Ce que je sais pour ce qui est du «consentement, c'est qu'ils ont répondu: " Oui,,». Berthe de Follois: « J'y assistais. Il est évident qu'au moment du mariage, Mme Gravier « maintenait la condition du divorce, et que son mari, dès son arrivée « à Londre, pût voir une deuxième intrigue avec un écuyer anglais. Je « n'ai jamais vu Mr Gravier heureux cinq minutes, il a toujours été « malheureux ». Pariter Milo Ollivier, qui matrimonio aderat, iudici interroganti: « Pensez-vous que Mme Gravier, née Goguel, ait alors « maintenu la condition du divorce? », respondit: « Oui, son attitude « froide et tranquille me le fait croire, et son état d'âme me paraît avoir « été le même qu'au moment où elle me fit ses confidences:... leur atti- « tude froide^ m'a indiqué une pensée de ne pas consentir pleinement ».

Hoc autem pactum contra matrimonii substantiam, quod incredibile inter catholicos prima fronte videtur, non improbabile in casu appa- ret, modo animum et mentem Michaelae inspiciamus. Ipsa iudici fassa est: « Pourquoi Cependant me suis-je mariée? La raison paraîtra peut- « être puérile: j'étais jeune, j'avais soif de liberté, je savais le lien civil « très soluble, je n'entrevoyais pas toute le gravité du lien religieux, je « n'ai vu qu'une chose: c'est que Mr Gravier ne voulait pas me rendre « ma parole, et devant mes compagnes et mes parents j'avais trop de « fierté pour ne pas aller jusqu'au bout ». Mater autem Michaelae haec de filia refert : « Depuis quelques années, ma pauvre enfant n'a plus la « foi religieuse, et selon le principe qu'on a le droit de vivre sa vie, elle « croyait fermement que le mariage n'engageait pas et ne liait pas d'une

« manière indissoluble. Par conséquent il n'est pas étonnant, on s'ex-
« plique qu'elle ait pu poser une pareille condition ».

Ita pariter plus minusve de ea habent ceteri testes, sed prae omnibus audiatur Aemilius Ollivier : « Elle avait eu une éducation religieuse excel-
« lente, dont elle s'est débarrassée, et elle en est venue à cet état
« mental, avant le mariage, qu'elle ne se considérait comme astreinte à
« aucun lien quelconque, et que le mariage était pour elle un acte indiffé-
« rent dont elle ne comprenait ni la gravité ni le sainteté, et dont elle
« trouvait tout naturel qu'on s'affranchît quand ça vous plaisait ».

Nil ergo mirum si haec mulier, paucos post menses, ulla sine peculiari causa, et quamvis a viro suo bene amata, de divortio agere coepit. Ipsa fatetur: « C'est environ trois mois après le mariage que la condi-
« tion du divorce a de nouveau été agitée entre mon mari et moi »; quod confirmatur a testibus. Eius mater ait: « Ma fille m'a dit que, trois mois
« après le mariage, elle avait déjà manifesté à son mari le désir de mettre
« à exécution la condition qu'il avait acceptée: à savoir de divorcer». Eius frater: « Dans le courant du mois de janvier, ma sœur, devenue
« Mme Gravier, ne craignait pas de me dire qu'elle n'avait renoncé du
« tout à la condition posée par elle à son mari, et qu'elle songeait à
« divorcer plus tard ».

Quod plene confirmat Michaëlam divortiandi propositum in actu matrimonii habuisse.

His testimoniis, quae in actis habemus, adduntur litterae a Michaela cuidam suae amicae conscriptae, quum iam suum immineret matrimonium, necnon notulae quaedam, quas ipsa in suo libello exarare solebat, in quibus divortiandi propositum repetit. Sed, cum haec documenta sint mere privata, nec signum referant authenticitatis, nec diem in qua scripta sint, nihil in iudicio probare possunt; et ideo easperpendendas non putamus. « Instrumenta privata (ut bene notat card. Lega, De *Iudi-*
« dis, pars 1, n. 527) quippe quae publica fide non gaudent, non sunt
« probatio probata, sed *probatio probanda* ». Hoc clare desumitur ex 1. 7, Cod. *de probat.,* et clarius etiam ex 1. 5 Cod., ubi decernitur : « Instru-
« menta domestica, seu privata testatio seu adnotatio, si non quoque
« adminiculis adiuventur, ad probationem sola non sufficiunt ».

Post autem tot attestationes, dubitari de veritate facti non posse videtur; scilicet Michaëlam iam ante matrimonium, conditionem bono sacramenti contrariam posuisse, et in hac, saltem virtualiter, in actu nuptiarum permansisse.

Discordiae vero, quae inter attestationes coniugum inveniuntur, non sunt circa conditionis appositionem, sed circa tempus, quo primitus

posita est. Etenim Michaela hanc posuisse affirmat mense aprili anno 1908, Carolus appositam fuisse mense octobri anno 1909. At cum Carolus asserat, pluries Michaëlam contra indissolubilitatem sui futuri matrimonii sibi iam antea locutam fuisse, contrarietas magis apparens quam realis adesse videtur. Testes omnes de auditu sunt, sed, ut supra vidimus, quatuor ex ipso ore Michaelae ante eius matrimonium, et ideo tempore non adhuc suspecto, rem didicerunt. Defensor sacri Vinculi apud nostrum Tribunal eorum attestationes subtiliter perpendit, et infirmare conatur, sed testimonia humano modo sumenda sunt, nec omnes discordantiae circa facti adiuncta ea infirmant, imo non raro credibiliora reddunt, praesertim si ad factum non recens se referant, ut in casu (cfr. S. Thom. *Summa Theol,* II[a] IP[e], 79 ad 9, et Ben. XIV, *De Can. et Beat. Samt.,* 1. III, c. 7, n. 10).

Ad ius quod pertinet. In primis notandum, quod Michaela apud Emum Archiepiscopum Parisiensem suum matrimonium de nullitate accusavit, processus a Curia Parisiensi confectus est, sententiaque prolata. At Carolus Gustavus Gravier non Parisiis, sed Massiliae commoratur. In causis autem matrimonialibus inter fideles, principium generale est, quod *uxor sequatur domicilium mariti.* Exceptio fieret, si coniugale vitae consortium aut per canonicam separationem a thoro et mensa, aut per desertionem malitiosam a marito patratam, sublatum sit. Priore in casu, quaelibet pars ius accusandi sibi proprium contra alteram exercere debet coram episcopo dioecesis, ubi pars rea habet domicilium. In posteriore mulier apud episcopum in cuius dioecesi illa domicilium habet, actionem de nullitate matrimonii exercere posset. Sed in casu nostro contrarium evenit, scilicet mulier malitiose virum deseruit, et ideo exceptio locum non habet; imo a fortiori, iudex competens huius causae erat episcopus Massiliensis (cfr. *Distr. S. G. de Prop. Fide,* 1883, n. 2), Haec in Tribunali nostro ante sententiae prolationem animadversa sunt, et opportune actorum omnium, a Curia Parisiensi in hac causa confectorum, sanationem a Summo Pontifice petivimus et obtinuimus.

Christus Dominus, contractum matrimonialem ad dignitatem sacramenti elevans, hunc prorsus indissolubilem voluit (Matth., cap. XIX, vv. 4 seq.; et Paul., I *Gor.,* cap. VII, vv. 10-11), et ista indissolubilitas ita ad essentiam matrimonii christiani pertinet, ut (quando perfectum sit seu consummatum) vel indissolubile sit vel nullum. Qui ergo matrimonium contrahere sine hac qualitate velint, nihil omnino faciunt, cum impossibile sit velle matrimonium et simul nolle id quod ad essentiam matrimonii pertinet (cfr. Greg. IX, cap. 7, X, h, t, Benedict. XIV,

De Syn. dioec. 1. XIII, c. XXII, n. 6, 7, 8). Quod si coniuges versentur in errore theoretico de substantialibus bonis matrimonii, v. g. de indissolubilitate, sed neuter det consensum voluntatis dependenter ab illo errore theoretico, matrimonium est validum, nisi aliud obstet impedimentum canonicum (S. G. G., 15 ian., 13 aprii. 1724 apud Benedictum XIV, 1. c, n. 4 et 7). Quae doctrina, cum nitatur iure naturali, etiam infidelibus non baptizatis est applicanda (cfr. Sánchez, *De Matr,,* 1. V, disp. 12, Wernz, *Ius Decret,* t. IV, n. 302, in fine).

Hoc autem nullitatis caput, scilicet voluntas contra indissolubilitatem matrimonii, a iure positivo divino praeceptam, ideoque *bonum Sacramenti* vocatam, tale est, ut ab eo nec Ecclesia possit dispensare. Potest quidem Ecclesia matrimonialia impedimenta, etiam dirimentia, statuere, ab iis, quae statuit, dispensare; at circa impedimenta iuris divini, praeter auctoritatem declarandi, aliam quamdam potestatem vel *abrogandi,* vel *derogandi,* vel *dispensandi exercere* nequit, nisi probari possit, ex speciali Dei ordinatione eidem aliquid esse concessum (cfr. Wernz, *Ius Decret.,* t. IV, n. 55). A fortiori ergo, nulla gaudet auctoritate dispensandi ab hac essentiali Sacramenti qualitate, ideoque omnes declarationes vel instructiones generales ab Ecclesia circa hanc materiam variis temporibus datae, ita prorsus intelligendae sunt, ut qui actu quodam positivo voluntatis in matrimonii celebratione indissolubilitatem excludat, contractum irritum efficiat; sive hic voluntatis actus conditio sit vel propositum, sive in pactum deducatur, sive non, sive sit etiam simplex intentio, sive alteri parti manifestata vel non, sive expressa vel tantum in mente retenta. Quoniam vero in foro externo omne factum recte factum praesumitur, donec contrarium probatum sit (et praesertim matrimonium, quod speciali gaudet favore iuris), patet quod in foro externo nequeat declarari nullum, propter voluntatem in contrahentibus Sacramenti bono contrariam, nisi haec certa sit et probata. Nec circa bonum Sacramenti recurrit distinctio, quae datur pro ceteris bonis matrimonio essentialibus, scilicet pro bono prolis et pro bono fidelitatis, quorum exclusio nullum reddit matrimonium, si sit *de obligatione non sumenda,* non vero si *sit tantum de non adimplenda.*

Haec omnia certa tectaque in iure sunt, ab omnibus melioris notae auctoribus longe lateque probata, et a Nostro Sacro Tribunali non semel sancita (cfr. Sentent. *Neo-Eboracen.,* coram me Ponente, diei 1 martii 1913).

Cum igitur ex his quae in facto exposuimus, moraliter certum appareat, Michaëlam in suo matrimonio cum Carolo Gustavo Gravier voluntatem habuisse istud solubile, seu ad tempus tantum duraturum, celebrare, indubium videtur nullum fuisse.

Quibus omnibus in iure et in.facto sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative,* seu: *Constare de matrimonii nullitate in casu.* Expensas autem iudiciales ab actrice sustinendas esse decernimus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV Conc. Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis futura sint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 17 aprilis 1915.

Fridericus Cattani, *Ponens.*

Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD PERILLUSTREM VIRUM COMITEM STANISLAUM MEDOLAGO-ALBANI, PRAESIDEM UNIONIS OECONOMICO-SOCIALIS PRO CATHOLICIS ITALIAE, DE IMMEDIATA SANCTAE SEDI SUBIECTIONE SCHOLAE OECONOMICO-SOCIALIS BERGOMENSIS.

Illmo Sig. Conte,

In conformità di quanto altre volte ho avuto il piacere di comunicare a V. S. Dima, mi è grato confermarle che il S. Padre, avendo portata la Sua attenzione sulla Unione economico-sociale e sulla Scuola sociale di Bergamo che dell'Unione stessa è onore e presidio, si è degnato esprimere ancora una volta il Suo speciale interessamento per l'importante e provvida Scuola, riaffermando per la medesima la continuazione

di quell'alta benevolenza di cui giustamente l'onorava il Sommo Pontefice Pio X, di s. m.

Sua Santità si è compiaciuta di dichiarare che di tale scuola brama sempre più florido l'incremento e sempre più vivo e terso lo splendore.

Ed affinchè questo augusto desiderio abbia una non dubbia attuazione, l'Augusto Pontefice si è degnato determinare in esplicita forma ciò che gli statuti della Scuola, se non nelle parole, certo nello spirito comprendevano, e cioè che la Scuola sociale cattolica di Bergamo, sebbene sia parte precipua dell'Unione economico-sociale, debba tuttavia sottostare direttamente alla S. Sede per ciò che riguarda l'approvazione dei suoi professori, dei suoi programmi e del suo regolamento.

Nella fiducia che questa Pontificia disposizione, contrassegno presso l'Unione economico-sociale e presso tutti gli studiosi della paterna premura di Sua Santità per il sicuro e sano progresso degli studi economico sociali, sia nuovo stimolo per il consolidamento e per lo sviluppo d'un Istituto tanto rispondente ai bisogni dei nostri tempi, colgo volentieri questo incontro per raffermarmi con sensi di ben sincera e distinta stima

Della S. V. Dima

Roma, 13 agosto 1915.

Devino
P. CARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si e degnato di nominare:

29 agosto 1915. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore delle Suore Francescane Alcantarine.*

— L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Terziarie Francescane della Carità, con Casa Madre a Buenos Aires.*

Coti Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

12 agosto 1915. — Mons. Giulio Tommasi, vescovo di S. Angelo dei Lombardi e Bisaccia.

— Mons. Mariano Holguin, vescovo di Arequipa.

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

19 agosto 1915. — Mons. Giuseppe Klose, vicario generale della diocesi di Breslavia.

— Mons. Agostino Herbig, rettore del Seminario maggiore della medesima diocesi.

Prelati Domestici di S. S. :

19 agosto 1915. — Mons. Vittorio Schmidt, arciprete in Kattowitz, in diocesi di Breslavia.

— Mons. Pietro Moron, parroco di lstebna, nella medesima diocesi.

— Mons. Giuseppe Heugebauer, arciprete in Freiwaldam, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenâa delV Ordine di S. Silvestro Papa :

13 agosto 1915. — Al sig. Antonio A. Hirst, di Filadelfia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

13 agosto 1915. — Al] sig. Augusto Gagné, dell'archidiocesi di Québec.

— Al sig. Agostino Fortin, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 luglio 1915. — Al sig. Remigio Stefano Jolly, dell'archidiocesi di Parigi.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. **Rina** Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

30 gennaio 1915. — Mons. Paolo Buchmann, della diocesi di Breslavia.

21 agosto. — Mons. Nicola prof. Filonardi, di Roma.

31 agosto. — Mons. Girolamo canonico Magrelli, della diocesi di Norcia.

— Mons. Giuseppe Ricci, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

27 luglio 1915. — Sig. Francesco Nicola Blundell, dell'archid. di Liverpool.

14 agosto. — Sig. Gio. Batta Bosco Lucarelli, dell'archidiocesi di Benevento.

Camerieri d'onore di Spada ***e*** *Cappa soprannumerari di S. S.:*

15 luglio 1915. — Sig. Francesco Romero Canavachuelo, della diocesi di Siviglia.

21 agosto. — Sig. avv. Domenico Ardia, dell'archidiocesi di Napoli.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

28 luglio 1915. — Mons. Giovanni van Brüssel, della dioc. di Bois-le-Duc.

NECROLOGIO

19 agosto 1915. — L' Emo signor cardinale Serafino Vannutelli, vescovo di Ostia, Porto e Santa Rufina, Decano del Sacro Collegio, Penitenziere Maggiore.

30 agosto. — Mons. Matteo Sislian, vescovo titolare di Ammaedera.

3 settembre. — L'Emo signor cardinale Claudio Vaszary, Primate di Ungheria.

Annus, VII • Vol. VII Die 6 Octobris 1915 Num: 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

QUAENAM INDULGENTIARUM CONCESSIONES S. CONGREGATIONI S. OFFICII SINT EXHIBENDAE.

BENEDICTUS PP. XV

Quandoquidem in iis exsequendis quae decessor Noster sanctae memoriae Pius X Motu Proprio *Cum per apostolicas* die VII aprilis MCMX praescripsit de concessionibus Indulgentiarum a S. C. S. Officii recognoscendis, plures gravesque iam dubitationes extiterunt, Nos ut eas omnes praecidamus in posterum, Motu Proprio pariter et certa scientia, secundum decreta a Nostris decessoribus, Benedicto XIV die xxvin ianuarii MDCCLvi, Pio IX die XIV aprilis MDCCGLVI edita et ab ipso Pio **X** in Constitutione *Sapienti consilio* confirmata, decernimus et declaramus, illarum tantummodo sub poena nullitatis Supremae Congregationi exhibenda esse documenta Indulgentiarum, quae universi catholici orbis christifidelibus concessae sint. Itaque nec Indulgentias *particulares,* quantumvis late pateant, nec facultates benedicendi pia obiecta eisque Indulgentias et privilegia adnectendi, quibusvis sacerdotibus tribu-

tas, iam nunc necesse erit Congregationis eiusdem recognitioni subiicere.

Haec autem statuimus, sancimus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Eomae apud S. Petrum, die xvi septembris **MCMXV,** Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

EPISTOLAE

I

AD ANDREAM CARD. FERRARI, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, OCCASIONE; ANNUI EPISCOPORUM MEDIOLANENSIS PROVINCIAE CONVENTUS.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Testem vestrae in Nos pietatis epistolam accepimus,. quam superioribus diebus dedistis, cum Mediolani annuas collationes haberetis. Tristia procul dubio in iis recolitis : sed plane intelligimus in tanto armorum strepitu ac tot inter tamque diuturnas aegritudines, vix quemquam esse posse, qui non ea continenter cogitet, non ea cotidiano sermone usurpet, quorum caussa in sollicitudine continua iamdiu vita. degitur. Quae ad pacem conciliandam, minuendaque belli incommoda egimus, urgente Christi caritate egimus ; eademque duce ita coepta persequi consilium est, ut maternam Ecclesiae providentiam experti quam uberrime populi bene plurimi, eius tutelam ac ductum adament resipiscentes.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, vestrisque dioecesibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv augusti MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD IOANNEM CARD. CSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, OB LITTERAS OBSEQUII PLENAS B. P. EXHIBITAS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Haerent animo quae ad Nos scribendo comménoras, simul morientium in bello, simul eos desiderantium lugubres lamentationes fletusque moerentes: ob eamque causam pacem, *iustitiae opus,* regibus aeque ac populis commendare, suadere vel nuperrime conati sumus. Addis tu quidem, dilecte Fili Noster, haec paternae caritatis officia adeo tibi tuisque pacis exacuisse desideria, ut, suspensis exspectatione animis, hanc intueamini Apostolicam Sedem, tamquam orientem ex quo diu expetitae pacis prima lux tandem aliquando populis affulgeat. Utinam id ex sententia quanto eius eveniat! Cum interim omnis spes Nostra a Deo sit, ad fidentes humilesque ad Eum preces ita - bene nosti - christifideles hortati sumus, ut illud in primis eos moneremus, virtutes exemplaque christianae professioni consentanea optima esse deprecantium commendationes.

Pro delatis officiis habeto grati animi Nostri significationem una cum apostolica benedictione, quam coelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, dilecte Fili Noster, tuaeque dioecesi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx augusti MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD IOACHIM CARD. ARCOVERDE DE ALBUQUERQUE CAVALCANTI, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, VIGESIMUM QUINTUM EPISCOPATUS ANNUM FELICITER EXPLENTEM.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Te veluti praesentem intuemur, eum, memoria vetera repetentes, ad diem revocamur, quo, sacra manuum impositione, pascendi Christi gregis, Romae äeeepisti potestatem. Contigit adesse etiam nobis; qui tibi

- obliti neutiquam sumus - non satis firma valetudine ad sacrum ritum accedenti, una cum votis diuturni frugiferique episcopatus, vota etiam fecimus restituendae quam primum conservandaeque quam diutissime sanitatis. Optatis Nostris ita annuit Deus, ut te ampliore ornatum dignitate, quinque post lustra amplecti liceat non solum gaudia iterantem suscepti olim sacri muneris, sed etiam de multiplicibus operosae caritatis fructibus gratias Deo, uti par est, agentem. Quo in officio iungimur tibi libentissime, benevolentiamque in te Nostram - veterem eam quidem auctamque tuarum fama virtutum - non gratulationibus tantum fau^stisque ominibus, sed testamur etiam apostolica benedictione, quam, caelestium auspicem donorum, tibi, dilecte Fili Noster, tuaeque dioecesi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxxi augusti MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD FELICEM CARD. DE HARTMANN, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, ET AD EPISCOPOS QUI FULDAM CONVENERUNT OCCASIONE ANNUI CONVENTUS.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Fuldae, sicut vobis est in more positum, nuper congregati, litteras ad Nos dedistis cum pietatis in Nos vestrae, tum testes diligentiae, qua tueri apud vos atque augere catholicam rem studetis. Laudem utramque gratulamur vobis ex animo, planeque ex ea agnoscimus ad S. Bonifacii sepulcrum cum annuos conventus habetis, in eius ita vos inspicere exempla, ut iis conformata studia vestra velitis.

In his rerum publicarum fluctibus, quorum quasi procelloso impetu perturbari ac prope convelli cernimus florentissimas Europae civitates, facile intelligitis, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, quo Nos simus animo ob cotidianas tot hominum interneciones ac tot populorum calamitates, quae diu noctuque obversantur oculis. Quo graviores eaedem fiunt productione temporis, eo ardentiora apud omnes etiam Nos fieri animadvertimus desideria pacis. Sed valde velimus communia haec vota eam apud omnes persequi viam, quae in patiente ac benigna caritate patet regia ad pacem : a qua quidem longe aberrarent, qui sibi licere

arbitrarentur res gestas alterius gentis catholicorum ita carpere verbis vel scriptis, ut invicem, ut ait Apostolus, provocantes, invicem invidentes, novum ignem ad eas ipsas congerant iras, quarum faces restinguere iudicii aequitate ac lenitate animi deberent. Quapropter dum votis omnibus pacem expetimus - atque eam quidem pacem, quae et iustitiae sit opus et populorum congruat dignitati - catholicos homines hortamur nihil ut per contentionem agentes, christianae fraternitatis amore paci redintegrandae singuli suam dent operam.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, Clero populoque cuique vestrum tradito, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum^ die vi septembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD DILECTOS FILIOS PRAESIDEM AC SODALES COETUS SOLLEMNIBUS IN CANADA APPARANDIS TERTIO EXEUNTE SAECULO AB ACCEPTA CATHOLICA FIDE.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Non solum popularium vestrorum vestramque, in primis, honestare pietatem, sed auspicia etiam afferre rerum secunda visa Nobis sunt, quae nuntiatis, sollemnia ob elapsum tertium saeculum, ex quo primum canadenses in admirabile lumen Christi divino fuerunt munere beneficioque vocati. Hoc enim vobis, qui in iisdem apparandis elaboratis, propositum esse scribitis, peragendae celebritatis eam praescribere rationem, ut divinae veritatis et gratiae, cuius catholica religione compotes facti estis, ita sentiatis omnes et excellentiam et utilitatem, ut ad immortales agendas Deo gratias communia incitentur studia. Dignum plane fide ac sapientia vestra consilium, commendationem Nostram ea etiam de causa mereri arbitramur, quod grati in Deum animi officia, ab officiis haud voluit esse seiuncta gratae significationis in Religiosos viros Franciscales, quorum apostolica caritate maioribus vestris ac vobis tanta sunt parta bona. Quoniamque memoris gratique animi hoc munus, has esse intelligimus non ultimas partes, accepta beneficia non recolere tantum ac profiteri

palam, sed etiam sancte fovere ac tueri, non dubitamus quin fructus, quos eorumdem evangelicorum operariorum eduxit labor, non religiose tantum conservandos curetis, sed adamanda impensius in dies catholica disciplina, in primisque iungendis arctioribus cum Apostolica Sede studii obsequiique nexibus, in ampliorem omnes connitamini laetioremque adducere ubertatem.

Quod ut e sententia eveniat, caelestium auspicem donorum Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem vobis, dilecti Filii, et catholicis canadensibus universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn septembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

INVOCATIO AD B. V. A SSMO ROSARIO INDULGENTIA C DIERUM DITATUR

Die 1 octobris 1915

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, universis ex utroque sexu christifidelibus, quoties piam invocationem *Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis,* corde saltem contrito ac devote recitaverint, Indulgentiam *centum dierum,* defunctis quoque adplicabilem, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. Hg S.

Aloisius Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

NOMINATIONES

Decretis S. C. Consistorialis nominati sunt:

2 octobris 1916. — R. P. D. Ianuarius Cosenza, archiepiscopus Capuanus, *Administrator Apostolicus cathedralium Ecclesiarum Aeserniensis et Venafranae.*

— R. P. D. Fortunatus de Santa, episcopus Suessanus, *Administrator Apostolicus cathedralium Ecclesiarum Galvensis et Theanensis.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES EPISCOPORUM

Brevibus apostolicis nominati sunt:

10 augusti 1915. — *Episcopus titularis Abritensis et Vicarius Apostolicus Ge-li meridio-occidentalis,* R. D. Ioannes De-Vienne, e Societate Sacerdotum a Missione.

— *Episcopus titularis Abbiritensis et Vicarius Apostolicus Mongoliae occiduo-meridionalis,* R. D. Ludovicus Van Dyck, e Congregatione Imm. Cordis Mariae de Scheut.

— *Episcopus titularis Abderitanus, deputatus Coadiutor cum futura successione Vicarii Apostolici Ton-Kin septentrionalis,* R. P. Theodorus Gordaliza, ex Ordine Praedicatorum.

SACRA CONGREGATIO

PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

Ex Audientia Ssmi, die 27 augusti 1915.

SS. D. N. Benedictus divina providentia Papa XV, rogationem benigne accipiens, quam Emus ac Rmus Dnus Desideratus Presb. card. Mercier, archiepiscopus Meçhliniensis, per me infra scriptum Secretarium

S. Congregationis a Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis eo consilio ferebat ut efficacius spirituali bono exercitus Belgici consuleret, Sacerdotem Ioannem Marinis, Secretarium archidioecesis Mechliniensis, elegit, qui munere *Cappellani maioris* seu Vicarii Castrensis apud Belgarum exercitum tamdiu fungatur quamdiu praesens hoc bellum duraverit.

Quo in munere explendo idem Sacerdos, Beatissimi Patris concessu, ea potestate iisque iuribus fruetur, quae hic subiicimus.

Is videlicet constituitur Ordinarius proprius clericorum et sacerdotum omnium, tum saecularium, tum regularium, qui in castris vel in nosocomiis quibuslibet dant operam militibus Belgicis in re spirituali iuvandis. Eius igitur erit, collatis cum auctoritate militari consiliis, sacerdotes deligere vel approbare qui ministerium sacrum uti *Cappellani* penes militares copias exerceant, postquam a singulorum Ordinario sciscitatus erit utrum tanto muneri sustinendo sint pares; si quando iusta causa antecesserit, de auctoritatis militaris consensu, pro sua conscientia eos ab officio amovere vel sacris interdicere, appellatione qualibet remota et monito uniuscuiusque Ordinario. Conceduntur autem eidem Vicario Castrensi etiam omnes facultates, de quibus agitur in scheda huic Rescripto adiuncta. Item vero, sacerdotes ex utroque clero, de quibus sermo est, dum militibus deserviunt, sublatis quibusvis privilegiis et exemptionibus ad ministerium sacrum quod attinet, eidem Sacerdoti Ioanni Marinis tamquam Ordinario proprio, in implendo officio sibi commisso, pareant; et in exercendis facultatibus, quae sibi tributae sunt, occasione belli, ab Apostolica Sede et in scheda adnexa continentur, eius potestati sint quoquo pacto obnoxii. Si quid autem dubitationis, negotii vel difficultatis in perfunctione ministerii sacri contigerit, eum ipsum, non alios, sententiam rogabunt. Liceat praeterea Sacerdoti Ioanni Marinis, siquidem opus sit, unum vel plures sacerdotes sibi adiungere, qui vicaria cum potestate eum adiuvent.

Contrariis quibusvis, etiam speciali et individua mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MILETEN.

IURIUM

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno primo, die 19 maii 1915, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many, Ioannes Prior, Aloisius Sincero, Ioseph Mori, Fridericus Cattani, Antonius Perathoner, Iosephus Alberti, Petrus Rossetti et Raphaël Chimenti, Auditores, in causa* Mileten.-Iurium *inter* Confraternitatem S. Michaelis, *repraesentatam per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, et* Confraternitatem B. M. V. Gratiarum, *contumacem, oppidi* Arenae, *Milet. dioecesis, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Quum in oppido Arena, Mileten. dioecesis, variae magno animorum aestu agitarentur quaestiones inter Confraternitatem B. M. V. Gratiarum et Confraternitatem S. Michaelis, haec illam coram curia dioecesana in iudicium vocavit, et die 2 iulii 1910 sententia prodiit quoad omnia fere quaesita sodalitati S. Michaelis favorabilis. Ab hac sententia appellatione interposita apud H. S. O. ante conclusionem in causa RR. PP. DD. de turno oblatum fuit quoddam decretum episcopi Philippi Mincione editum in actu visitationis pastoralis die 24 maii 1853, in quo enumerantur processiones generales, seu *di rito,* ad quas absque invitatione intervenire deberent utraque confraternitas; processiones videlicet Corporis Christi, S. Marci Evangelistae, Rogationum, et S. Michaelis Archangeli. Huic decreto sese conformans tribunal, ad dubium tertium: « Num et qua « ratione Confraternitati B. M. V. Gratiarum competat ius interveniendi « in processionibus omnibus et absque invitatione ex parte Confraterni« tatis S. Michaelis » reposuit « Affirmative quoad processiones enume« ratas in numero primo decreti ab Episcopo Mincione die 24 maii 1853 «in actu visitationis pastoralis Arenae lati...». Per hanc itaque sententiam processio S. Michaelis a Confraternita te eiusdem nominis decreta, generalis, seu *di rito* fuit declarata. Verum iam sententia transierat iii rem iudicatam, quando aliud eiusdem episcopi Mincione decretum reper-

tum est quamlibet vim auferens priori. Hinc confratres S. Michaelis, cum ob lapsum fatalium ad alium turnum appellare non possent, convolarunt ad supremum Signaturae Apostolicae tribunal petentes contra sententiam rotalem restitutionem in integrum quoad tertium dubium; quae restitutio ab Eminentissimis Patribus concessa fuit die 28 iulii 1914. Quare hodie rursum coram nostro Auditorio, universa aula suffragante, ad normam can. 41, § 3 *legis propriae,* in hac parte tantum et firmis manentibus aliis decisionibus proponitur solvenda quaestio sub hac dubitandi formula: « An sodalitas B. M. V. Gratiarum ius habeat inter« veniendi in processione, quae ducitur occasione festi S. Michaelis sine « invitatione ex parte sodalitatis S. Michaelis, a qua processio ducitur « in casu ».

Adnotarunt in primis Patres praesens iudicium agi non obstante contumacia Confraternitatis B. M. V. Gratiarum. Cum enim bis citata non comparuerit, iuxta praxim, quae in foro ecclesiastico inolevit, praesumitur nuncium misisse iuri suo, proinde, ea etiam absente, definiri potest causa, et expediri instantia, ac si praesens fuisset, quod est etiam secundum nostras regulas Tit. I, § 26, n. 6, 7. Quo posito, iudex Miletensis, iuxta *regulam* iuri communi conformem, edixit Confraternitatem B. M. V. Gratiarum ius non habere interveniendi in processionibus non suis, seu in processionibus, quae iure proprio ducuntur a Confraternitate S. Michaelis, quam regulam sequuti fuerunt quoque Patres in sententia 9 ianuarii 1913 in responsione ad secundam partem dubii tertii. Atqui processionem in festo S. Michaelis iure proprio duci a Confraternitate eiusdem nominis aperte scatet ex statutis ipsius Confraternitatis, in quibus legitur: « Nel giorno di S. Michele alii 29 settembre « si deve fare la solenne festa e processione a spese di detta Congrega« zione, come altresì la novena precedente a detta festa con la messa « cantata ed esposizione del Ssmo Sacramento ».

Nec favet Confraternitati B. M. Virginis Gratiarum decretum episcopi Mincione diei 24 maii 1853. Decretum enim est sequens: « Le suddette « due Confraternite da oggi in avanti debbono, perchè tenute indispen« sabilmente, intervenire a tutte le processioni di rito, che son quelle « del giovedì del *Corpus Domini,* di S. Marco Evangelista, delle Roga« zioni e di S. Michele Arcangelo, la cui festa si solennizza in una « delle domeniche di agosto o di settembre di ciascun anno, venerato « quale Patrono principale da tempi remoti ». Itaque Episcopus Miletensis ideo adnumeravit in suo decreto inter processiones generales, seu *di rito,* processionem S. Michaelis, quia putabat Archangelum Michaelem esse oppidi *Arena* Patronum; neminem enim latet processioni Patroni

interveniendi ius esse et obligationem omnibus Confraternitatibus. Quod manifestum fit ex verbis decreti: « Le suddette due Confraternite deb- « bono, *perchè tenute*, intervenire», quae verba certe non adhibuisset Episcopus si ipse marte proprio et veluti de novo voluisset processionem S. Michaelis reddere generalem. Hinc merito Patres in cit. sententia 29 ianuarii 1913 scripsere. « Iusta ratio huius dispensationis «datur in citato decreto, quia nempe S. Michael habetur et veneratur « tamquam praecipuus patronus populi loci Arenarum ». Verum cum postea Antistes Miletensis cognovisset se in errorem incidisse, per Provicarium foraneum Arenae die 12 sept. 1856 declaravit « ai rispettivi « Padri spirituali e Curati di codesta Congregazione ... che il decreto « emesso in occasione di sacra visita 24 maggio 1853 restò annullato « nella parte del Santo Patrono, atteso che non si trovarono suffi- « cienti e veridiche le assertive di esserlo l'Arcangelo san Michele ». Per hanc epistolam Episcopus directe infirmavit rationem, cur retinebat generalem processionem S. Michaelis, indirecte autem et concludenter eamdem expungere voluit e cathalogo processionum *di rito.*

Secundo loco, favore Confraternitatis S. Michaelis stat longissima et continua observantia, quae non tantum legum, sed etiam quorumlibet actuum, contractuum et dispositionum optima interpres est, imo regina interpretationum, quod docent communiter doctores et tenuit constanter Rota pluribus in decisionibus a me relatis in una Melevitana *Funerum,* 7 iunii 1913. Et adnotandum quod in casu habemus observantiam non solum decem aut viginti annorum, quae sufficit in linea interpretativa, sed etiam plusquam sexaginta annorum. Etenim, uti referunt 33 testes, tum ante tum post decretum Episcopi Mincione 24 maii 1853 usque ad hodierna tempora, Confraternitas Gratiarum in processione S. Michaelis numquam intervenit iure proprio, sed tantum aliquoties a Confraternitate S. Michaelis invitata. Unde etiam, quatenus opus esset, praefata observantia praescriptionis longissimae vim habet; ad praescribendum enim contra bona, aut iura ecclesiarum, aut aliorum institutorum vel locorum religiosorum, aut piorum sufficit praescriptio quadragenaria, etiam sine titulo, ex capitibus 4, 6, 8, 9. *De praescritionibus* et cap. 1 eiusdem tituli in VI.

Post haec visum est DD. Patribus quaestionem instituere de expensis. Et quoad aliarum instantiarum expensas nullam adesse dixerunt rationem ut ab iis recedatur, quae a Patribus decreta fuere in sententia 9 ianuarii 1913, praesertim si advertatur quod restitutio in integrum data fuit tantum quoad tertium dubium, non autem quoad xpensas. Ad praesentis instantiae expensas Patres animadverterunt

regulam esse contumacem teneri ad expensas. Hoc enim tradit Reiffenstuel in tit. *de dolo et contumacia,* nn. 150, 151. « Rei contumacis poena « est litis damnum ...In tantum contumax litis damno coercetur, quantum « imprimis reus contumax condemnatur ad expensas ». Quod repetit in tit. *de eo qui mittitur in possessionem* n. 10, et in tit. *De sententia et re iudicata* n. 188, ubi, exposita regula de victo victori in expensis condemnando, dicit hanc regulam fallere, ubi agitur de contumace; sive enim vincatur, sive vincat, contumax semper in expensis adversario condemnari debet. Similia tradit Schmier, *Iurisprudentia canonico-civilis, Lib. 2, tract. 2, can. 5;* et Schmalzgrueber in tit. *de sententia et re iudicata* n. 119. Cum autem in casu in dubium revocari nequeat contumacia Confraternitatis B. M. V. Gratiarum, patet eamdem condemnandam esse ad omnes expensas iudicii, comprehenso honorario advocati.

Quibus rite perpensis, Nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes, Christi nomine invocato et solum Deum prae oculis habentes, ad propositum dubium respondemus : *Negative,* condemnata Confraternitate B. M. V. Gratiarum ad omnes praesentis instantiae expensas, comprehenso advocati honorario.

Ita pronunciamus, et definitive sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de ref.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 9 maii 1915.

Guilelmus Sebastianeiii, *Decanus, Ponens.*

Seraphinus Many.
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.
Iosephus Mori.
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.
Petrus Rossetti.
Raphael Chimenti.

Éx Cancellaria S. R. Rotae.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO

La Direzione dell' *Annuario Pontificio*, in conformità della lettera circolare dell'Emo Sig. Cardinale Gasparri, Segretario di Stato di Sua Santità, in data del 15 luglio 1915, prega vivamente gl'Illmi e Revmi Monsignori Arcivescovi e Vescovi, i Rmi Superiori degli Ordini Religiosi e dei Collegi Ecclesiastici di voler in tempo utile farle pervenire le notizie richieste, le correzioni ed aggiunte, che possono occorrere per la pubblicazione *dell'Annuario* del 1916, al consueto indirizzo presso la Segreteria di Stato.

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

10 settembre 1915. — L'Emo signor cardinale Aidano Gasquet, *Protettore del Collegio inglese.*

20 settembre. — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Protettore dell' Istituto des " Petites Sœurs des pauvres „.*

21 settembre. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Delegato Pontificio del Monastero e della Chiesa di S. Chiara in Napoli.*

1 ottobre. — L'Emo signor cardinale Guglielmo Van Rossum, *Penitenziere Maggiore.*

— L'Emo signor cardinale Aristide Rinaldini, *Protettore dell'Almo Collegio Capranicense.*

— L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore delle Religiose Agostiniane di Santa Marta.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare

Assistente al Soglio Pontificio:

17 settembre 1915, — Mons. Sebastiano Leite de Vasconcellos, vescovo di Beja in Portogallo.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

26 agosto 1915. — Mons. Francesco C. Kelley, della diocesi di Chicago.

28 agosto. — Mons. Giovanni Marinis, segretario dell'archid, di Malines.

Prelati Domestici di S. S.:

24 agosto 1915. — Mons. Filippo Rincón Gonzalez, parroco e vicario di S. Cristóbal, nella diocesi di Mérida.

1 settembre. — Mons. Francesco 0' Neill, della diocesi di Newark.

— Mons. Edoardo Siboni, canonico della cattedrale di Albenga.

11 settembre. — Mons. Raffaele Maria Carrasquilla, canonico della cattedrale di Bogota.

— Mons. Carlo Cortes Lee, della medesima archidiocesi.

23 settembre. — Mons. Geraldo P. Coghlan, della diocesi di Filadelfia (Stati Uniti d'America).

— Mons. Francesco P. Me Govern, della medesima diocesi.

— Mons. Eugenio Murphy, della medesima diocesi.

— Mons. Michele Crane, della medesima diocesi.

— Mons. Ugo S. Henry, della medesima diocesi.

— Mons. Enrico S. Drumgoole, della medesima diocesi.

28 settembre. — Mons. Giuseppe dott. Siegescu, della diocesi di Lugos (Ungheria).

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

31 agosto 1915. — A S. E. il sig. Giuseppe Vincenzo Concha, presidente della Repubblica di Colombia.

La Placca dell'Ordine Piano:

16 agosto 1915. — Al sig. Stanislao de' conti Muccioli, già tenente nel corpo delle Guardie Nobili Pontificie.

La Commenda dell'Ordine Piano:

3 settembre 1915. — Ai signori: conte Valentino Canale, conte Bartolomeo Pietromarchi, marchese Benedetto Sacripante, marchese Giovanni Pellegrini-Quarantotti, Esenti della Guardia Nobile Pontificia.

17 *Cavalierato dell'Ordine Piano:*

2 settembre 1915. — Al sig. Luigi Hirschbühl, maggiore della Guardia Svizzera Pontificia^

9 settembre. — Al sig. avv. Enrico nob. Marsini Libelli, dell'archidioces di Firenze.

H Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

2 settembre 1915. — Al sig. Giorgio de Sury d'Aspremont, capitano della Guardia Svizzera Pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 settembre 1915. — Al sig. Lorenzo Bandettini, dell'archidiocesi di Firenze.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

13 settembre 1915. — Ai signori Ludovico Haas e Cristiano Caspar, capitani della Guardia Svizzera Pontificia.

15 settembre. — Al sig. Daniele Me Cabe, della diocesi di Salford.

28 settembre. — Al sig. Cesare Calcagni, della diocesi di Ostuni.

>

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

21 agosto 1915. — Mons. Eutimio Pasotti, della diocesi di Faenza.

31 agosto. — Mons. Giuseppe canonico Calderoni, della medesima diocesi.

22 settembre. — Mons. Giovanni Evangelista Pereira Barros, dell'archidiocesi di S. Paolo del Brasile.

— Mons. Giuseppe Emanuele Silveira Barrados, della medesima archid.

— Mons. Luigi Calcagno, della diocesi di Casale.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

30 settembre 1914. — Mons, Pietro Bagarotti, della diocesi di Cotrone.

27 marzo 1915. — Mons. Edoardo Wattmann, della diocesi di Cleveland..

5 giugno. — Mons. Alfonso Frattari, della diocesi di La Piata.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

14 ottobre 1914. — Il sig. Guglielmo Van Waterschoot van der Gracht, di Amsterdam.

22 dicembre. — Il sig. Clemente de Savigny, dell'archidiocesi di Baviera.

14 luglio 1915. — Il sig. conte Adriano d'Esclaiber, della diocesi di Arras.

28 luglio. — Il sig. Ugone Lumsden, della diocesi di Aberdeen.

— Il sig. Giovanni Carlo Ogilvie Forbes, della medesima diocesi.

13 settembre. — Il sig. marchese Giovanni Du Four Berte, dell'archidiocesi di Firenze.

22 settembre. — Il sig. conte Paolo Charpentier, della diocesi di Orléans.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

28 luglio 1915. — Il sig. Giovanni Craigen, della diocesi di Aberdeen.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

23 settembre 1915. — Mons. Luigi di Milia da Calitri, dell'archidiocesi di Conza.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

13 febbraio 1915. — Mons. Michele Lauda, dell'archidiocesi di Benevento.

NECROLOGIO

22 luglio 1915. — Mons. Francesco Federico Linneborn, della Congr. della S. Croce, vescovo di Dacca.

4 agosto. — Mons. Giuliano Maria Dunand, del Seminario delle Missioni Estere di Parigi, vescovo titolare di Caloe, Vicario Apostolico del Se-Ciuen settentr.-occidentale.

19 agosto. — Mons. Eugenio Lodovico Kleiner, del Seminario delle Missioni Estere di Parigi, vescovo titolare di Tloe.

15 settembre. — L'Emo signor cardinale Benedetto Lorenzelli, prefetto della sacra Congregazione degli Studi.

16 settembre. — Mons. Giuseppe Higgins, vescovo di Ballarat.

17 settembre. — Mons. Francesco Teófilo Zotico Racicot, vescovo titolare di Pogla ed ausiliare di mons. arcivescovo di Montréal.

18 settembre. — Mons. Adolfo David, vescovo titolare di Sebaste di Laodicea, ausiliare dell'Emo cardinale De Cabrières.

26 settembre. — Mons. Nicola Maria Merola, vescovo di Isernia e Venafro.

5 ottobre. — Mons. Longino Zarnowiecki, vescovo titolare di Mosynopoli.

Annus VII - Yol. VII Die 27 Octobris 1915 Num. 17

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

>

EPISTOLAE

I

AD RAPHAELEM MARIAM CARRASQUILLA, ANTISTITEM URBANUM, MODERATOREM COLLEGII MAIORIS BOGOTENSIS IN COLUMBIA A ROSARIO NUNCUPATI, EXEUNTE ANNO VICESIMOQUINTO A SUSCEPTO COLLEGII EIUSDEM REGIMINE.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Tuae sane est virtuti tribuendum istud, quod Nobis nuntiatur, quasi initum a columbianis civibus certamen in apparandis tibi sollemnibus, exeunte vicesimo quinto anno, ex qud Collegii istius maioris suscepisti regimen: iucundum que Nobis est, dilecte Fili, ex hisce, cum praesentium tum veterum alumnorum, officiis, hanc ipsam virtutem tuam - quam habuimus prae oculis cum haud ita pridem inter Urbanos Antistites te adlegimus - studiorum optimorum ingeniique decora in te cumulantem, quasi multorum iudicio egregie testatam agnoscere. Ex iis vero quae allata sunt, plane videmus esse Nobis non tibi tantum, dilecte Fili, sed et alumnis tuis ex animo gratulandum: tibi scilicet ob partam industria sollertiaque tua in erudienda iuventute fructuum praestantissimorum copiam : illis vero ob acceptas a te eas doctrinae virtutisque opes, quibus sibi quidem recte factorum gloriam, aliis vero utilitates haud exiguas possunt parere. — Cetera, nobile istud Lyceum, quod, te auspice, et disciplina et artium ingenuarum studiis florere accepimus, incrementa in dies maiora providenti consilio tuo confidimus sumptarum. Quod ut quam felicissime consequi divino beneficio possis, apostolicam benedictionem, caelestium munerum conciliatricem, tibi in primis, dilecte Fili,

tum etiam omnibus tecum laetantium alumnis amantissima voluntate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvn septembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD IULIUM CARD. BOSCHI, ARCHIEPISCOPUM FERRARIENSEM, ALIOSQUE EPISCOPOS REGIONIS FLAMINIAE: EORUM LITTERIS, OCCASIONE ANNUI CONVENTUS AD IPSUM DATIS, RESCRIBIT.

Dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Nihil Nobis iucundius eis litteris quas vos, annuum ex more conventum proxime auspicantes, communiter ad Nos Bononia dederatis. Eas enim cum perlegeremus, plane videre visi sumus animos vestros quum Vicario Iesu Christi in primis deditos, tum Nobismetipsis pro veteri consuetudine maxime coniunctos. Valde enim libentibns Nobis venire solet in mentem eius temporis, cum istic vobiscum una de nostrarum dioecesium rationibus consultabamus. Quamquam ab isto Nos conventu ne putetis afuisse; adfuimus enim praesentes animo, vestrisque consiliis propositisque bene precati sumus. Itaque pietatem vestram studiumque Nostris praescriptionibus sancte obtemperandi grate complectimur. Quod autem gratulando recolitis quae hoc primo Pontificatus anno gessimus ad communem catholicorum actionem promovendam, ad christianam sapientiam et disciplinam scriptis optimis illustrandam et defendendam, ad miserias huius calamitosissimi belli levandas, pro iis rebus omnibus non Nobis est, sed consiliorum bonorum datori et adiutori, Deo tribuenda laus.

Deum vero obsecrare Nobiscum pergite, ut facitis, ne pacis reditum diutius retardare velit. Idem autem vobis benignus eos concedat quos exspectatis ex vestro isto conventu fructus uberrimos.

Cuius Nos divinae benignitatis auspicem et praecipuae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, et cleris popuiisque vestris amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i octobris anno MDCCCCXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

TU

AD R. P. D. ADOLFUM EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM, UT EIDEM GRATULETUR SOLLERTIAM IN REGENDA DIOECESI.

» Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Plane videmus te ut bonum Christi militem laborare. Elapso enim vix anno ab inito Wratislaviensi episcopatu, quamquam tam asperae temporum vices curas cogitationesque tuas eo maxime contrahant, ubi opitulandi tam gravis, tam urgens necessitas, seniorum e tuo clero conventum cogitas, ut communi dioecesis bono communibus consiliis melius provideas. Sollertia haec tua, venerabilis Frater, eo Nobis laetiora visa est polliceri, quod a sapienti rerum in conventu agendarum delectu non est seiuncta. Nihil sane praeteriisse videris quod tempora clament ad frugiferam dioecesis gubernationem : nihil quod conferat ad firmandam, tuendam catholicam disciplinam : nihil quod ad studia pietatis cotidiana animis fomenta suppeditet.

Intelliges tu quidem ex his quam laeta exspectatione quoque animo consiliis coeptisque tuis, coelestia, bene precando, uti desiderare te significas, conciliemus subsidia. Quoniamque id etiam petis a Nobis, ut paterna hortatione bonam mentem ac perseverantem in proposito voluntatem foveamus in iis qui iam diu toti istic sunt in levandis minuendisque belli calamitatibus, facile id quoque te scito a Nobis impetrasse : ita tamen ut hortationis loco Nobis libeat iisdem, in' primisque viris e clero atque utriusque sexus religiosis, commendationem laudemque amplissimam impertire. Hisce enim praemiis atque incitamentis uti cum iis malumus, qui tot tantaque praebuere christianae caritatis exempla, quanta tu ipse scribendo commémoras. Diuturnitate belli atque ingravescentibus in dies eius caussa incommodis, tantum abest ut tam effusae tamque operosae caritatis defervescat ardor, ut potius magis magisque inflammetur ; cum nihil arduum, quod ab iis non sit exspectandum, quorum patriae amorem vel ipsa alit spes praemii in potiore vita mansuri.

Auspex divinorum .munerum Nostraeque benevolentiae testis, apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, tuoque clero ac populo peramanter in Domino largimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die x octobris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIAE

Sacrae Congregationis Consistorialis decreto Ssmus D. N. Benedictus PP. XV hanc quae sequitur ecclesiam de proprio pastore providit, nempe :

5 octobris 1915. — Cathedrali ecclesiae Brigantiensi praefecit Rev. D. Iosephum Lopes Leide de Faria, presbyterum Bracharensis archidioecesis.

NOMINATIO

Decreto Sacrae Congregationis Consistorialis nominatus est:

22 septembris 1915. — R. P. D. Cosimus Agostino, episcopus Ariamensis, *Administrator Apostolicus cathedralis ecclesiae Laquedoniensis.*

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

PRAESUMPTAE MORTIS CONIUGIS

Titius, catholicus, fere viginti quinque abhinc annis, patrato furto, solus ac inops in Americam clam aufugit, ne poenam carceris unius anni cum dimidio,^ob illud delictum sibi inflictam, lueret: domi relinquens tam liberos quam uxorem, quae tamen in ipsius fugam libens consenserat.

Illuc postquam advenit, per notarium quemdam nunc demortuum, in Urbe N. procurationem exarandam curavit in favorem suae uxoris; qua procuratione huic uxori generalem de suis bonis disponendi transmisit potestatem. Eidem uxori per quinquennium nonnullas misit epistolas nunc deperditas, quarum una narrabat illum, in quadam officina

coriaria cuius nomen ignoratur, laborem invenisse. In postrema autem epistola suam voluntatem mox redeundi haud ambigue aperuerat, prout oratrix testatur: « Probe memini - sic ista - finalium ultimae epistolae « verborum: " *Non momeo in America; mox veniam ad vos; neque enim « in America omnia quae splendent aurum sunt* „ ». Ex quo tempore, nempe ex anno fere 1894, nullum amplius de se nuntium dedit. Neque, ex altera parte, ullum viri vestigium reperiri potuit, etsi plurimae diversis temporibus variisque de causis peractae fuerint investigationes.

Uxor enim, primum anno 1906 - non tamen ad alteras nuptias ineundas - tribunal laicum adiit; quod, postquam per publicas enuntiationes ac ephemerides virum frustra evocaverit, eum eodem anno 1906 ad normam iuris civilis mortuum declaravit. Eius autem uxor, post annum, alteri viro coram civili magistratu nupsit, confidens se statim posse etiam sacramentalem cum eo inire unionem. Cum vero parochus, incertum arbitratus prioris mariti obitum, sponsorum matrimonio assistere renuisset, isti, utpote a separatione abhorrentes, enixe oraverunt Ordinarium, ut, mortem viri agnoscens, transitum ad novas nuptias permitteret.

Expensis tamen probationibus, Curia diocesana hanc tulit sententiam: « Non constare de morte Titii ». Tunc oratrix, haud fracta animo, novis at frustraneis in America peractis investigationibus, ad Curiam appellavit Metropolitanam. Quae anno 1912 declaravit : « Sententiam priorem esse sustinendam », at, attentis rerum adiunctis, simul censuit: « Recurrendum esse ad S. Sedem ».

Igitur praefata Curia dioecesana acta transmisit huic S. Congregationi, quae dein actorum complementum iussit.

Atque ita demum causa sapientissimo Emorum ac Revmorum Patrum iudicio submissa fuit.

Solutio. - Ut iam pluries ante in" similibus causis memoratum est, ad probandam coniugis mortem, deficientibus veri nominis probationibus, saepius sufficere poterit talis indicionum ac coniecturarum cumulus, unde maxime probabilis seu moraliter certus appareat assertus obitus (Instr. S. Offic. an. 1868, n. 6). Talia autem indicia haud deesse videntur in casu.

Etenim primum perpendatur *inutilitas tot indagationum,* quae annis 1909 et 1911 in tota illa regione, ubi vir post fugam commoratus est, peractae sunt. Titii quippe nomen evocatum fuit in iis ephemeridibus, quae in patrio eiusdem Titii idiomate in regione illa vulgantur, ac proinde fere ab omnibus eiusdem nationis emigrantibus legi solent. Vir autem, si adhuc viveret, profecto notus esset aliquibus suo-

rum civium, qui lectas ephemeridum evocationes ei procul dubio manifestassent. Praeterea perquisita fuerunt ad eius nomen detegendum regesta omnium paroeciarum catholicarum atque etiam nosocomiorum magnae illius urbis, in qua illum olim degisse constat: sed semper incassum.

Neque obiici potest, virum, ephemeridibus evocatum, ideo forsitan absconditum mansisse, quia insidias suspicabatur propriae gentis suam extraditionem propter pristinum furtum postulantis. Nam, teste Curia dioecesana, tempus a lege respectivae gentis statutum ad abolendam poenam eiusmodi furto praefixam iam elapsum erat anno 1894: ergo 15-17 annis ante quam publicae illae evocationes fierent. Tuto igitur e suis latebris vir tunc prodire potuisset. Et hoc ipse bene noverat; nam, adveniente illo anno 1894 (quo sua poena praescriptione cessatura erat) ad uxorem scripsit: « se in America haud mansurum. . . . se *mox* ad suos venturum ».

Deinde prae oculis etiam habenda est *infirma valetudo,* qua iam ante suatn fugam laboraverat. Uxor enim, solemni iuramento adscripta, testata est, virum singulis annis violenta cum suffocationibus tussi, autumnali ac hiemali tempore, laborasse; eum etiam de doloribus in pectore questum esse, ac sputum purulentum ac rubeum saepe edidisse. Nonne chronica huiusmodi infirmitas, labentibus annis, multum ingravescere debuit in homine, qui, extra patriam, egenus, solitarius, omni fere cura orbatus, duris insuper insudabat laboribus?

Multo adhuc vehementiorem reddit mortis praesumptionem *repentina illa atque prorsus inexplicabiles interruptio epistolaris cum uxore commercii.* Scilicet ab anno 1889, quo emigravit, usque ad annum 1894 ad uxorem scripsit quinque epistolas, deinde vero - idest per 21 annos - nullam.

Tale autem silentium vix alia hypothesi nisi mortis explicari valet. Vir enim diligebat uxorem, diligebat et liberos. Quod ad uxorem attinet, concorditer cum ipsa vixerat ; cui etiam ex terra longinqua amorem suum satis significavit tum per modo memoratas epistolas tum per illam procurationem, qua ipsi universalem de suis bonis disponendi concessit facultatem.

Num igitur supponi potest, eum tam tenerum erga uxorem liberosque amorem repente penitus exuisse, atque omnem deinceps de iis cogitationem curamque abiecisse?

Praesumptiones autem quasi certitudinem attingere videntur, si consideramus Titium, in *ultima* sua ad uxorem epistola, ipsi promisisse se *mox* ad eam rediturum esse. In illa enim epistola iam supra citata dixit: « *Non maneo in America; mox veniam ad vos;* nec *in America*

omnia quae splendent aurum sunt ». Ergo maritus uxori annuntiat proximum suum reditum, ad quem ipse non solum amore alliciebatur familiae, sed etiam adversa quasi compellebatur fortuna. Num igitur verisimile est, eum tam firmum redeundi propositum repente mutasse, et adhuc 21 annos (1894-1915) in duro exilio remansisse? Et si - quod quidem haud probabile apparet - hoc propositum revera mutasset, nonne hanc voluntatis mutationem per subsequentem epistolam uxori annuntiasset ? Num ipsam et liberos per plus quam viginti annos in crudelissimo isto incertitudinis tormento reliquisset?

Quibus argumentis non leve demum pondus addit *fama* seu *communis de viri morte opinio:* siquidem, teste parocho, illius loci incolae, « omnes putant Titium esse vere mortuum ».

His omnibus mature perpensis, Emi ac Revmi Patres in generali conventu habito die 25 iunii 1915 ad dubium: *An oratrici permitti possit transitus ad alteras nuptias in casu,* respondendum censuerunt: *Affirmative.*

f ALOISIUS GAPOTOSTI, Ep. Thermen., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO CONCILII

DUBIA

CIRCA TRIUM MISSARUM CELEBRATIONEM IN DIE SOLEMNIS COMMEMORATIONIS OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Quum in Constitutione Apostolica *Incruentum altaris* diei x augusti huius anni sub num. 1 data fuerit facultas «omnibus in Ecclesia uni-« versa Sacerdotibus, quo die agitur Solemnis Commemoratio omnium « fidelium defunctorum, ter Sacram facere; ea tamen lege, ut unam e « tribus Missis cuicumque maluerint applicare et stipem percipere «queant; teneantur vero, nulla stipe percepta, applicare alteram Mis-« sam in suffragium omnium fidelium defunctorum, tertiam ad mentem

« Summi Pontificis, quam satis superque declaravimus », sequentium dubiorum solutio a S. Congregatione Concilii expostulata fuit, nimirum :

I. Ad normam praefatae Constitutionis, in die Solemnis Commemorationis omnium fidelium defunctorum, possuntne Sacerdotes unam e tribus Missis, quae magis eis placet, cui maluerint applicare et stipem inde percipere, vel primam tantum exclusive ?

II. Pro unica Missa quam illa die sacerdotes possunt cui maluerint applicare et stipem inde percipere, possuntne maiorem exigere eleemosynam, vel contenti esse debent eleemosyna ex constitutione synodali, vel consuetudine locali statuta?

III. Potestne sacerdos pro aliis duabus Missis, quas illa die celebrat pro omnibus fidelibus defunctis et ad mentem Pontificis, aliquid accipere ratione laboris, seu incommodi extrinseci, puta si ad aliorum commodum illas celebrare debeat hora vel loco satis incommodo, puta in aurora vel circa meridiem, in ecclesia vel oratorio rurali, aut coemeterii; vel ne hoc titulo quidem valeat aliquid percipere?

IV. Potestne sacerdos, etiam remoto quovis motivo lucri, alias duas Missas illa die pro suo arbitrio applicare et stipem percipere, et insequentibus diebus applicare per se vel per alium duas Missas, unam pro fidelibus defunctis, alteram ad mentem Pontificis?

Et quatenus negative:

V. Potestne Episcopus poenam suspensionis, etiam latae sententiae, et non faciendi suum stipendium, irrogare in eos qui ita agerent?

Sacra autem Congregatio Concilii ad proposita dubia respondendum censuit prout respondit:

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad II. *Negative* ad primam partem ; *affirmative* ad secundam, excepto casu ultroneae oblationis, vetita tamen non solum petitione, sed etiam quacumque insinuatione ut eleemosyna maior ordinaria a fidelibus offeratur.

Ad III. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad IV. *Negative.*

Ad V. *Affirmative.*

Datum Romae, die 15 octobris 1915.

F. CARD. CASSETTA, *Praefectus.*

L. © S.

O. Giorgi, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

SALUTIARUM

IURIUM

Benedicto Papa X V feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 5 iulii 1915, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanas, Ponens, *Petrus Bossetti et Raphael Ghimenti, Auditores de turno, in causa* Salutiarum - Iurium, *inter* Rev. Capitulum Cathedrale Salutiarum, *repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et* Rev. Iacobum Conte, canonicum archipresbyterum, *repraesentatum per legitimum procuratorem Hadrianum Aloisi-Masella, advocatum, in gradu appellationis a praefato Rev. Iacobo Conte contra sententiam rotalem diei 1 iulii 1913 propositae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Qua Apostolicae Sedis Legatus S. R. E. Cardinalis Dominicus Delia Rovere, Episcopus Taurinensis, anno 1483 duodecimo kalendas februarii, per bullam *Per immaculata* parochialem ecclesiam S. Mariae plebaniam nuncupatam Salutiis in collegiatam erexit, quam postea Iulius papa II, anno 1511, in cathedralem auxit, cum omnibus iuribus, honoribus ac privilegiis, quibus ceterae cathedrales ecclesiae de iure, vel consuetudine fruuntur. Cum autem a Legato Apostolico curam animarum fuerit demandata quartae capituli dignitati, i. e. archipresbytero, hunc inter et capitulum frequenter exortae fuerunt quaestiones, quas Pius Papa X, f. r., anno 1910, definiendas commisit huic sacro Auditorio. Bis causa dimissa fuit, contrario tamen omine: die enim 2 septembris 1911 sententia prodiit omnino archipresbytero favorabilis; interposita vero ab ea appellatione Patres secundi turni, die 1 iulii 1913, a prius decisis recedendum censuere. Hinc tertio, provocante ad H. S. O. rev. archipresbytero, controversia proponitur discutienda et definienda sub assuefa formula dubii : *An sententia ^rotalis diei 1 iulii 1913 sit confirmanda vel infirmanda in casu ?*

Non unum est controversiae caput, uti patet ex quinque dubiis initio litis concordatis, de quibus singillatim est breviter agendum.

De primo dubio: An, quibusque sub limitibus, cura animarum habitualis competat capitulo, vel potius archipresbytero in casti?

Pro dubii solutione Domini Patres animadverterunt, qViod *regulariter,* quando aliqua ecclesia parochialis erigitur in collegiatam, animarum cura, saltem habitualis, de iure communi transeat ad capitulum. Ad rem Pignatelli: « Tenendum est eiusmodi curam, saltem habitualem, « illiusque titulum residere apud capitulum, actualem vero apud archi- « presbyterum. Probatur primo ex ipsa erectione parochialis ecclesiae « in collegiatam » *(Consul. 169,* n. 9, 13, vol. IX). Neque refert quod in casu sermo sit de archipresbytero, tamquam de collegii capite: etenim citatus auctor, in consultatione 150 eiusdem voluminis, sibi proponit quaestionem: « Utrum in ecclesiis collegiatis, simulque curatis, cura « animarum incumbat canonicis et capitulo, an primae aliive dignitati? ». Et respondit: « Incumbere canonicis et capitulo in hac re minima dubia... « Assistit enim capitulo ius commune. Eo namque ipso quod ecclesia « curata est collegialis... eiusmodi cura pertinet de iure ad capitulum ... « non attento quod exercitium, sive administratio curae demandetur « vicario perpetuo, vel alicui dignitati. Nam adhuc habitus a capitulo « non aufertur ». Et inferius, n. 5 : « Est enim regula quod cura annexa « collegiatae spectet habitu ad ipsam, actu vero ad personam, quae « illius exercitio praeficitur ». Eadem habet Pitonius (in *Discuss. 45,* p. II, *Discip. eccles.)* : « Utramque opinionem distinguendo conciliat Rota coram « Cerro, decis. 450, n. % quod nempe ubi agitur de ecclesia cathedrali, « tunc utraque, seu totalis cura pertineat ad archipresbyterum, iuxta « decis. 480 coram Merlino : secus vero, ubi agitur de ecclesia collegiata, « in qua cura habitualis de iure spectat ad capitulum, et solum actualis « ab archipresbytero exercetur ».

Dictum est supra *regulariter:* exposita enim doctrina, uti scribit Pallottini ad v. *Capitulum,* locum sibi non vindicat « ubi constet Sum- « mum Pontificem in instituendo collegio haudquaquam transferre in «ipsum voluisse ius ac titulum parochialem, sed in aliam personam, « quasi subrogatam in locum pristini rectoris ecclesiae parochialis: in « hoc enim casu habitualis cura animarum non residet penes capitulum; « sed is, cui parochiale ministerium commissum est, iure suo illud exercet « independenter a capitulo ».

Itaque in primis perpendendum est documentum erectionis. Quod si ex eo res plene non evincatur, recurrendum est ad coniecturas, praesumptiones, adminicula, etc., iuxta regulam communiter receptam et a litigantibus admissam.

I. In bulla erectionis collegiatae Salutiarum haec leguntur: « Prae-

« fatam parochialem ecclesiam in collegiatam cum capitulo de novo « erigimus ... et in ea decanatum, qui inibi principalis dignitas sit... nec « non archidiaconatum, praeposituram, archipresbyteratum, *cui* immi- « neat cura animarum... erigimus et instituimus ». Igitur Legatus Apostolicus non instituit collegium canonicorum in plebania Salutiarum, sed ipsam plebaniam in collegiatam erexit: proinde totum ens parochiale cum suis iuribus, titulis ac bonis factum est ens collegiale. Neque officit quod archipresbytero dicatur imminere curam animarum. Bene enim haec duo stare possunt, curam esse quoad ius et proprietatem penes capitulum, quoad exercitium penes archipresbyterum. Aliis verbis expressio « cui immineat curam animarum » non derogat iuri communi superius tradito, sed denotat curam actualem spectare ad archipresbyterum, remanente habituali penes capitulum. Hoc evidens fit si advertatur curae animarum appellatione, sive ante, sive post Concilium Tridentinum, venire curam actualem non vero habitualem. Hoc

a) docet Barbosa his verbis : « Curae animarum appellatione proprie « venit actualis non Vero habitualis, ut tenuit in terminis Capra (1465) « commun, conclus. 9, num. 78, et fuit dictum in *Vicen. - Prioratus,* « 9 iunii 1606, coram Manzanedo *(De appellativa verborum significatione,* « appell. 65) » ;

b) admisit constanter Rota, uti in recentioribus: decis. 316, num. 9, Part. IV: decis. 445, n. 9, Part. V; et dec. 204, Part. XI, in qua legitur: « Demum non urget quod idem archipresbyter in Litteris Apostolicis - (Eugenii IV, 1436, et Leonis X 1519) fuerit provisus de archipresby- « teratu cum assertione quod illi immineat cura animarum, quia hoc « est intelligendum de cura actuali, remanente semper habituali penes « capitulum » ;

c) firmavit S. C. Concilii in una *Lauden. - Iurium et emolumentorum parochialium,* 24 martii 1858 : « Neque obstat expressio illa quod ani- « marum cura praepositurae immineret; nam quod illi immineat cura «animarum, hoc est intelligendum de cura actuali, remanente semper « habituali penes capitulum ». Unde Doctores quando loquuntur de parocho alicuius ecclesiae collegiatae, cui competit cura etiam habitualis, minime adhibent verba *cura animarum* pure et simpliciter, sed scribunt ei competere totam animarum curam.

Attenta itaque bulla erectionis collegiatae Salutiarum non constat Legatum Apostolicum derogasse iuri communi; quod magis scatet ex coniecturis, praesumptionibus aliisque adiunctis.

II. Re quidem vera: 1. In praefata bulla erectionis reditus omnes, fructus et proventus plebaniae cum declaratione annui valoris assi-

I

gnantur in dotem ecclesiae collegiatae, hac facta lege ut, detractis centum florenis pro decano, reliqui fructus distribuerentur aequalibus portionibus inter canonicos, comprehenso archipresbytero, qui proinde in eodem gradu positus est, ac reliqui de capitulo. Cum vero reditus parochiae consistèrent in bonis immobilibus, decimis et emolumentis *di stola bianca e nera* nuncupatis, documenta, quae in actis prostant, loculenter ostendunt :

a) capitulum ab anno 1486 usque ad hodierna tempora in possessione fuisse omnium bonorum plebaniae, eaque tanquam massae capitulari pertinentia administrasse;

b) capitulum, ex ipsa sui origine, et titulo parochiali, nedum per quatuor saecula ius decimandi exercuisse, sed illud etiam vindicasse in quadam parte territorii Salutiarum contra capitulum Taurinense, quin in iudicio archipresbyter vocaretur;

c) capitulum ab anno, quo instituta fuit Collegiata, per canonicum datarium emolumenta omnia exegisse, eaque inter canonicos pari ratione partitura esse, exceptis tantummodo favore archipresbyteri incertis provenientibus ex fidibus mortuorum, baptizatorum et matrimoniorum, annuam summam tercentarum libellarum plus minusve attingentibus.

2. In bulla *Per immaculata* potestas fit capitulo praesentandi personam idoneam instituendam in archipresbyteratu, quando factus fuerat vacans. Hoc iure potitum fuit canonicorum collegium tria per saecula, i. e. a constitutione capituli usque ad annum 1744. Nec difficultatem facit quod ab hoc anno per concursum conferri consueverit archipresbyteratus. Id enim: *a)* nihil detrahit beneficii constitutioni; 6) certum est capitulum, vix audita indictione concursus de ea coram Episcopo potestatum esse tamquam proprii iuris laesiva.

3. Episcopi Salutiarum in iis, quae se referebant ad parochiam, non archipresbyteri sed votum capituli exquirere consueverunt, eidemque indemnitatem tribuentes in duabus parochiae dismembrationibus peractis anno 1840 et anno 1908. Constat etiam municipium cum solo capitulo pertractasse negotia parochiam respicientia. Constat denique, aliis omissis, capitulum pro parochiae integritate acerrime decertasse: parochialia onera suis sumptibus pertulisse et perferre, nec non praebere archipresbytero eleemosinam pro celebratione missarum pro populo, et concionatori mercedem pro verbis Dei praedicatione.

Recensita capituli iura, praerogativae et onera, quae propria sunt rectoris principalis, habentis nempe curam habitualem, placuit DD. Patribus tantummodo innuere, ne viderentur inutiliter repetere, quod fuse, erudite et concludenter, exposita sunt in sententia appellata.

4. Curam habitualem residere in capitulo Salutiarum confirmare voluerunt Patres ex conventione inita capitulum inter et primum archipresbyterum Bartholomaeum Vacca, acceptata ab eius successore et fratre Antonio Vacca, de qua conventione mentio fit in deliberationibus capitularibus diei 14 decembris 1493. Per hanc conventionem, aut transactionem archipresbyter remittebat in manus capituli officium curae animarum, quo fruebatur. Iamvero si archipresbyter totam curam, actualem videlicet et habitualem habuisset, remissio non capitulo sed Episcopo facienda erat. Nec dicatur quod remissio revera facta fuit Summo Pontifici, cuius expectabatur beneplacitum. Etenim ex deliberatione capitulari apparet archipresbyterum *ex nunc* remisisse curam, suam exonerando conscientiam, et conscientiam capituli onerando. Est pariter inauditum parochum independentem a capitulo posse se eximere ab onere curae et de ea conscientiam gravare capituli. Res optime explicatur si admittamus archipresbyterum fuisse capituli vicarium et uti talem eidem curam animarum remisisse. Approbatio vero Summi Pontificis requirebatur, quia resignans cupiebat retinere dignitatem archipresbyteralem sine cura.

5. Res foret absoluta quoad primum dubium, nisi novissimus archipresbyteri patronus novum in medium adduxisset argumentum desumptum ex formulis, quae in Dataria Apostolica adhibentur in beneficiorum collatione. Verum primitus cum capituli patrono adnotandum est formulam adhibitam in collatione archipresbyteratus Salutiarum, adhibitam quoque reperiri in provisionibus aliorum archipresbyteratuum vacantium in cathedralibus, in quibus certissimum est curam tantum actualem spectare archipresbytero. Ita in collationibus archipresbyteratus maiorum ecclesiarum Urbevetanae, Gaudisiensis et Laudensis. Deinde mirandum non est formulam, quam Dataria Apostolica adhibet in provisione archipresbyteratus Salutiarum differre a formula, qua utitur in canonicatuum collationibus eiusdem ecclesiae. Etenim cum archipresbytero immineat cura actualis animarum, merito de eadem cura fit mentio in formula. Cum vero canonicis singulis non immineat cura habitualis, quia haec toti adhaeret collegio, iure meritoque in singulorum canonicatuum collatione omittitur mentio de cura habituali. Formula tandem propositionis, quae adhiberi solet in consistorio, quando novi Episcopi Salutiarum proponuntur, favet potius capitulo, quam archipresbytero: quia cum archipresbytero tribuat tantum curae exercitium, supponere facit curam habitualem esse penes capitulum. Neque sophistice hoc affirmatur, uti vult archipresbyteri patronus. Nam ex aliis ipsis formulis pro comparatione adductis ostenditur quod res ita revera debet intelligi. Ita in

formula Lucensi verba « quam presbyter custos ... exercet in ecclesia archiepiscopali », clare denotant ibi agi de cura actuali, non vero de habituali.

Ex his omnibus Patres dimittendum esse censuerunt primum dubium cum responsione: *Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam.*

De secundo dubio : An archipresbytero in casu competat cura actualis universa, exclusive et independenter a capitulo exercenda?

Certum est quod, inspecta bulla erectionis plebaniae Sanctae Mariae in collegiatam, archipresbytero, cui dicitur imminere curam animarum universam, curam actualem competere; at videndum est, an idem dici possit attento iure consuetudinario. Etenim nihil magis tritum quam legem quamlibet humanam, ecclesiasticam quoque, posse contraria consuetudine abrogari, dummodo rationabilis sit et legitime praescripta, cap. fin. *De consuetudine.* Centenaria autem, et multo magis plus quam centenaria consuetudine posse iura omnia praescribi tradunt doctores omnes: De Luca, *De consuetudine,* disc. 2; Pitonius, *Discept, eccl.,* tom. 1, disc, n. 9, n. 13, etc. Quod valet, etiamsi, uti ad praesens, agatur de iuribus parochialibus praescribendis. Regula enim est, consuetudine plusquam centenaria acquiri posse quidquid potest per privilegium obtineri : Fagnanus, in c. 2, *De foro competenti.* At cum evidens sit ex privilegio exerceri posse iurisdictionem in foro poenitentiali, sacramenta administrare, et in genere animarum curam peragere, idem est etiam de consuetudine asserendum. Demum, uti omnes admittunt, iura episcopalia praescribi possunt; nulla adest proinde ratio, ut praescriptio in iuribus parochialibus denegetur. Neque negotium facessere possunt aliquae sacrarum Romanarum Congregationum decisiones. In speciebus enim eisdem. Congregationibus propositis vel agebatur de praescriptione iurium exstinctiva nervum abrumpente ecclesiasticae disciplinae, vel non constabat de possessione plusquam centenaria. Ceterum Romanae Congregationes pluribus in decisionibus decrevere iura parochialia praescribi posse. Ita S. C. Concilii in *Reatina, Iuris associandi cadavera,* 22 dec. 1866; *S. Severi, Iuris funerandi,* 27 maii 1893; in *Fabrianen.,* 9 febr. 1732; in *Gamerinen.,* 18 dec. 1819; et S. Cong. VV. et RR. in *Auxitana,* 9 iulii 1891 ; in *Thelesina, Iurium Parochialium,* 22 aug. 1901. Tantum autem praescribitur, quantum possidetur, aut quasi possidetur, quin obstet, quod damnum exinde possessori, eiusque successoribus exoriatur, prouti docet S. Rota in una *Romana, Oblationum,* 20 ianuarii 1726: « Etiam in actibus ecclesiae praeiudicium, divinique cultus « detrimentum inferentibus (consuetudinem) plenam, amplissimamque

« inducere cuiuscumque melioris tituli, ac proinde etiam beneplaciti apo-
« stolici praesumptionem ».

Hisce adnotatis praecipua munera parochialia, quae capitulum plusquam ex centenaria observantia sibi vindicat, sunt quatuor, uti eruitur ex inquisitione iussu DD. Patrum secundi turni peracta; videlicet ius canendi missam praesente cadavere, ius benedicendi domos tempore paschali, ius praedicandi, et ius fidelium audiendi confessiones. Iamvero praefata iura competere capitulo Salutiarum amplissime ostendit appellata sententia, et fatetur archipresbyter Conte: « Chi ha mai negato il
« fatto che i canonici cantassero la xMessa, *praesente cadavere*, che pre-
« dicassero qualche volta e confessassero, e che il prete Sagrista avesse
« benedetto le case in tempo pasquale? Nessuno, *Y* arciprete compreso.
« ... Il fatto del possesso era in confesso d'ambo le parti» *(Animadv. triplicationi adiectae,* p. 15). Hoc autem dum confitetur, archipresbyter parum apte nec secundum ius scribit: « La nostra causa è in petitorio
« e non in possessorio, quindi la prova testimoniale deve considerarsi
«essere *extra causam»*. Et inferius: « Il turno ammise anzitutto le
« stesse deposizioni dei canonici parte interessata a provare il loro
« diritto. Questi, è chiaro, non potevano rendere testimonianza contro
« se stessi ». Verum quoad primum DD. Patres admittunt causam hanc esse in petitorio, at non intelligunt cur non possint admitti testes ad probandam praescriptionem, vi cuius quaedam iura parochialia non archipresbytero, sed canonicis adscribi debeant. Ad secundum adnotandum est non solos canonicos fuisse excussos, eorumque testificationes aliis depositionibus adiunctas vim saltem habere adminiculativam. Deinde non semper membra alicuius universitatis repellenda sunt a testimonio ferendo. Audiatur hac in re Card. De Luca in Part. I, *De iudiciis,* disc. XXXII, n. 46: « In testibus de universitate, vel de colle-
« gio ... iuxta regulas generales proceditur cum distinctione iuris con-
« tro versi, an tangat interesse singulorum, vel potius omnium in univer-
« sum, ut primo casu repellantur a testimonio, non autem in altero.
« Et tamen etiam in uno vel in altero casu respective limitatio regulae
« intrat, quia nempe in primo interesse sit adeo exiguum, atque testes
« adeo qualificati, ut omnino improbabile sit, quod falsum dicere velint », quod optime applicatur casui nostro.

Aliis quoque ex capitibus conatur archipresbyter impugnare consuetudinem a capitularibus assertam.

Et *a)* Contendit capitulum non posse praescribere ratione inhabilitatis, quia Conc. Trid. canonicos « li ha inabilitati alla cura (attuale) ». Sed inhabilitas relate ad praescriptionem non gignitur ex lege prohibí-

tiva, secus omnes inhabiles fierent a legibus prohibitivis et ideo contra illas impossibile foret indueere praescriptionem consuetudinariam, quod falsum est.

b) Subsumit canonicos exercere quaedam iura parochialia non nomine proprio, sed ex delegatione accepta ab archipresbytero. Verum haec affirmatio gratuita prorsus est; nullum enim in actis reperitur documentum, ex quo constet de facta ab archipresbytero canonicis delegatione. Imo ex actis contrarium evincitur. Nam scimus quod quando canonici, perdurante choro, functiones parochiales agunt, computantur uti praesentes. Iamvero regula constans est hanc fictam praesentiam posse valere, quando munus est inhaerens capitulo vel canonicatui, minime vero quando canonicus agit ex delegatione. Finge archipresbyterum delegare canonicum ad assistendum alicui matrimonio, et hoc fiat tempore chori, tunc certe absentia notatur. Denique cum canonici clare probaverint recensita quatuor iura exercuisse per quatuor circiter saecula, diuturna ac immemorabilis possessio facultativam possessionis naturam excludit, uti adnotat Rota in *Colonien,* coram Rev. P. V., dec. 85, n. 8. « Praesumptio facultatis excluditur a multiplicitate actuum « et ex continuata possessione per longum tempus ».

c) Observat praescriptionem originem habuisse a transactione anni 1493, de qua supra loquuti sumus. Cum autem transactio invalida fuerit ob defectum pontificiae adprobationis, dicendum est praescriptionem fundari titulo vitioso, vel saltem aequivoco. At ante omnia probandum foret transactionem non fuisse a Sede Apostolica confirmatam. Nam si, uti legitur in sententia coram Sincero, capitulum post transactionem perrexit in curae animarum exercitio, hoc facit praesumere quod fuerit adprobata, secus inexplicabile foret silentium tum archipresbyteri, qui posuit clausulam approbationis, tum eius successorum, tum Ordinarii Salutiarum. Deinde admisso etiam, quod transactio non fuerit approbata, ostendendum foret ex illa praecisa transactione ortum fuisse factum exercitii quorumdam iurium parochialium ex parte capituli, « potuit enim (uti recte adnotatur in sententia appel« lata, pag. 44) oriri ex aliis causis, sicut quaelibet aliae praescriptiones « contra iura episcoporum, aut parochorum; nec est necesse ut capi« tulum doceret de vera origine, seu titulo suae praescriptionis: haec « enim praescriptio, eo ipso quod est immemorabilis, constituit per « seipsam titulum, et titulum validissimum, imo, uti dictum est, melio« rem titulum de toto mundo ».

Unde ad secundum dubium Patres responderunt: *Archipresbytero competere curam actualem universam, salvis tamen quatuor iuribus*

superius indicatis a capitulo vi consuetudinis immemorabilis praescriptis.

De tertio dubio : An archipresbyter habendus sit verus parochus, et parochiam exclusive a capitulo repraesentare possit?

In bulla erectionis collegiatae Salutiarum archipresbytero tribuitur cura tantum actualis, uti ostensum est in responsione ad primum dubium. Hanc curam exercet nomine proprio ; proinde habemus primum illud ad parochialem essentiam requisitum, ius nempe exercendi curam nomine proprio (Bouix, *De ration.,* cap. V, pag. 1). Sed neque desunt alia requisita; quod nempe v. g. archipresbyter curam exerceat ex obligatione, quoad determinatum territorium et populum, eidem reciproco vinculo devinctum. Sed parochus est sensu lato, non stricto. Quod adeo verum est, ut curam habens habitualem parochus dicatur principalis, exercens vero curam actualem appelletur parochus secundarius, et communiter vicarius, quo nomine videmus nuncupatum archipresbyterum Salutiarum in aliquibus documentis, quae prostant in actis.

Ex hoc patet responsio ad secundam dubii partem. Cum enim ens aliquod, collegium, universitas debet a suo capite repraesentari, cumque indubitatum sit caput principale parochiae Salutiarum esse capitulum, clarum est capitulum debere parochiam repraesentare, non archipresbyterum.

Proposito itaque dubio tertio Patres responderunt: *Ad primam partem provisum in responsione ad primum dubium ; ad secundam negative.*

De quarto dubio: An et quomodo regimen ecclesiae cathedralis competat capitulo vel archipresbytero in casu?

Animadvertendum quoad praesens dubium est, quod in Ecclesia quacumque parochiali duo distingui debent, ea nempe, quae respiciunt curam animarum, et ea, quae se referunt ad administrationem et regimen ipsius ecclesiae. Porro illis in ecclesiis, in quibus unus est parochus absolutus, habens videlicet totam curam, certum est utrumque parocho competere. At illis in ecclesiis, in quibus reperitur distincta cura actualis "ab habituali, exceptis iis, quae curam respiciunt, quaeque parocho actuali, aut vicario competunt, reliqua a iure demandantur habenti curam habitualem, qui est ipsius ecclesiae caput. Parocho proinde principali spectat regimen et administratio ecclesiae, ius in ea sacra faciendi, proprio arbitrio divinum cultum moderandi, etc. Hoc constanter tenuerunt sacrae romanae Congregationes, uti videre est apud Einum Gennari in suo opere

Questioni canoniche, num. 379. Ceterum haec fuit praxis constans in ecclesia Salutiarum, uti adnotatur in sententia appellata.

Responsio itaque DD. Patrum ad dubium est: *Regimen ecclesiae cathedralis competere Capitulo,*

De quinto dubio : An archipresbyter habeat ius residendi in domo ecclesiae cathedrali adiacenti, eamque domum ad usum habitationis aptandi suis sumptibus et independenter a capitulo P

Quamvis huius dubii solutio non pendeat ab iis, quae exposita superius sunt, nihilominus Patres dixerunt in hoc quoque dubio amplectendam esse secundi turni responsionem. Archipresbyter enim non potest certe sibi ius vindicare residendi in domo ecclesiae cathedrali adiacenti ratione proprietatis aut dominii, haec enim proprietas aut dominium est penes capitulum, uti constat ex documentis in appellata sententia relatis. Nec potest hoc ius sibi tribuere ratione parochialitatis. Nam leges quidem exigunt ut parochus resideat in domo parochiali, si adsit, vel intra fines parochiae, absque tamen alterius proprietatis praeiudicio.

Quibus omnibus rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes, Christi nomine invocato et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus sententiam 1 iulii 1913 esse confirmandam, videlicet ad dubium propositum respondemus: *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam,* declarantes praeterea expensas esse inter partes compensandas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni demandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV *De Ref.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 15 iulii 1915.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens,*
Petrus Rossetti.
Raphael Chimenti.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

13 ottobre 1915. — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli della Istruzione Cristiana di Ploermél, m Francia»*

18 ottobre. — L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Misericordia che hanno la casa madre m Dewer, Colorado (Stati Uniti d'America).*

20 ottobre. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Beimonte, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Divina Carità di Vienna.*

25 ottobre. — il Rmo P. Generoso Graziosi S. L, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.®*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

31 agosto 1915. — Mons. Domenico Monaco, arciprete della cattedrale di Lacedonia.

4 ottobre. — Mons. Vincenzo de Gregorio, vicario generale della diocesi ***di*** Lacedonia.

12 ottobre. — Mons. Cesare Gnudi, parroco di S. Bartolomeo e priore del Collegio de' Parroci urbani in Bologna.

16 ottobre. — Mons. Giacomo P. 0' Farrei, vicario generale della diocesi •di Richmond.

22 ottobre. — Mons. Luigi Maria Astancolle, priore del Capitolo di Todi.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

14 ottobre 1915. — Al sig. Giacomo Hicks, di Londra, già insignito della commenda dello stesso Ordine.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 ottobre 1915. — Al sig. Pietro Cristiano Pio de Louw, della diocesi di Bois-le-Duc.

NECROLOGIO

7 giugno 1915. — Mons. Eduardo Kozlowski, vescovo titolare di Germe ed ausiliare dell'arcivescovo di Milwaukee.

10 agosto. — Mons. Isidoro Clemente, O. P., vescovo titolare di Augila, vicario apostolico di Amoi in Cina.

13 settembre. — Mons. Agostino Francesco Baslé, del seminario delle Missioni estere di Parigi, vescovo di Mysore (Indostan - Asia).

18 settembre. — Mons. Giacomo Conaty, vescovo di Monterey-Los Angeles.

29 settembre. — Mons. Bernardino Tommaso Clark, dei Minori Cappuccini, vescovo di Port-Victoria.

9 ottobre. — Mons. Enrico 0' Neill, vescovo di Dromore.

16 ottobre. — Mons. Riccardo Alfonso Sheehan, vescovo 'di Waterford *e*- Lismore.

Annus TU - Vol. VII Die 30 Novembris 1915 Num. 18

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

NOVA CONDITUR SACRA CONGREGATIO « DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS ».

BENEDICTUS PP. XV

Seminaria clericorum usque ab initio tantae esse utilitatis ad Ecclesiae disciplinam visa sunt, ut patres Tridentini cum de iis constituendis in sessione XXIII, cap. XVIII decretum confecissent, affirmare non dubitarint et sacrosanctam Synodum, hac re una peracta, si nihil aliud egisset, bene meruisse de Ecclesia, et ipsos communium laborum suorum pretium tulisse. Itaque ii sacrorum antistites, praeeunte quidem S. Carolo Borromaeo, ut a Concilio domum reversi sunt, atque omnes deinceps diligentissimi Episcopi, quos inter commemorandus est B. Barbadicus, Patavinae ecclesiae lumen, in reformatione vitae christianae curanda nihil habuerunt antiquius quam ut, hanc salutarem Concilii praescriptionem exsequentes, sacris Seminariis in sua quisque dioecesi condendis operam darent, eaque condita optimis legibus instruerent. Apostolica vero Sedes quanti hoc ipsum faceret, praeclare ostendit non modo quum Seminarium romanum excitare maturavit, quod quidem praecipua fovere cura non desiit, sed etiam quum propriam Cardinalium Congregationem constituit sacris Seminariis toto terrarum orbe tuendis.

Quod munus, etsi postea divisum partim Sacrae Congregationi Concilii, partim Episcoporum et Regularium attribuerunt, nihil tamen Romani Pontifices de pristina Seminariorum cura remiserunt; quin immo vel dioecesibus post legitimas relationes consulendo, vel quorumdam religiosorum sodalium leges approbando, vel episcopos Romam ex praescripto adeuntes alloquendo, nunquam non de Seminariis eorumque statu rationem habuerunt. In id maxime incubuit postremus decessor Noster sanctae memoriae Pius X, qui in Constitutione « *Sapienti Consilio* » de Romana Curia ordinanda, cum alia statuit, tum « *ea omnia quae ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem et studia Seminariorum* » pertinerent, ei Sacrae Congregationi attribuit cui Summus ipse Pontifex praeest, et cuius est vigilare in ea, « *quae ad singularum dioecesium, regimen universim referuntur* », hoc est Sacrae Congregationi Consistoriali.

Verum cum apud hanc Sacram Congregationem negotiorum moles praeter modum excreverit, et Seminariorum cura maiorem in dies operam postulet, visum est Nobis ad omnem eorum disciplinam moderandam novum aliquod consilium inire.

Alias quidem, cum Romanae Curiae nova pararetur ordinatio, de peculiari S. Congregatione instituenda cogitatum est, quae Seminariis praeesset; quod consilium cum temporum adiuncta prohibuerint quominus efficeretur, Nos revocandum censemus, non ita tamen ut tractatio rerum quae de Seminariis sunt, detracta ac omnino seiuncta a Sacra Congregatione Consistoriali habenda sit, cum unam et alteram Congregationem aliquo nexu velimus inter se coniungi.

Re igitur mature considerata, exploratisque aliquot Cardinalium sententiis, haec apostolica auctoritate decernimus ac statuimus quae infra scripta sunt.

I. De Seminariis propria iam esto Sacra Congregatio, ad formam ceterarum Romanae Curiae, ad eamque omnia pertineant quae usque adhuc de Seminariorum rebus apud Congregationem Consistorialem agebantur, ita ut eius posthac sit clericorum tum mentes tum animos fìngere.

II. Huius Sacrae Congregationis muneribus munera accedant Congregationis Studiorum; itaque haec eadem Congregatio « De Seminariis et de studiorum Universitatibus » appelletur.

III. Praefectus huius Congregationis anus esto e S. E. E. Cardinalibus : cui secretarius cum idoneo administrorum numero operam navet.

IV. Qui Sacrae Congregationi Praefectus dabitur, is ex officio inter S. Congregationis Consistorialis Cardinales numerabitur: qui Secretarius, inter Consultores. Vicissim autem Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarius inter Cardinales novae Congregationis ex officio cooptetur, et Adsessor inter Consultores.

V. Qui in praesens inter Sacrae Congregationis Studiorum Cardinales numerantur, iidem novae *de Seminariis et de Studiorum Universitatibus* Congregationi ipso iure adscripti censeantur. His accedet Noster in spiritualibus Generalis Vicarius, durante munere.

VI. Leges pro Seminariis tum dioecesanis tum regionalibus, a decessore Nostro sanctae memoriae latas a Nobisque approbatas, in omnes partes diligenter servari volumus et iubemus, ita ut in Seminariorum regimine, disciplina ac studiis nihil immutatum censeatur.

Haec statuimus et praecipimus contrariis quibuslibet, etiam peculiari mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv novembris **MCMXV,** in festo S. Caroli Borromaei de clericis Ecclesiae instituendis praeclarissime meriti, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

CONCEDITUR FACULTAS APPLICANDI CRUCIFIXIS INDULGENTIAS VIAE CRUCIS IN FAVOREM MILITUM, DURANTE BELLO.

Die 11 novembris 1915.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut Sacerdotes omnes, qui militibus terra mari ve, hac perseverante belli vastitate, spiritualibus exhibendis subsidiis, assistunt, valeant Crucifixos ex metallo aliave solida materia confectos, unico *signo* crucis benedicere, eisque indulgentias applicare Pii Exercitii, a S. Via Crucis nuncupati, ab iis militibus, durante eodem bello, lucrandas, qui aliquem ex praedictis Crucifixis manu gerentes, quinquies *Pater*, *Ave* et *Gloria* devote recitaverint, ni viginti, alias praescribi solitas, eiusmodi preces recitare potuerint.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

j- Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S.* O.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

MEDIOLANEN.

DE TRIBUS MISSIS LEGENDIS IN DIE COMMEMORATIONIS OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM A SACERDOTIBUS RITUS AMBROSIANI.

Edita Constitutione Apostolica Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papae XV, *Incruentum Altaris sacrificium,,* diei 10 augusti 1915, qua omnibus in Ecclesia universa Sacerdotibus, quo die agitur Sollemnis Commemoratio omnium fidelium defunctorum, ter Sacrum faciendi facultas conceditur, et evulgato subsequenti Decreto Sacrae Rituum Congregationis *Urbis et Orbis,* diei 11 eiusdem mensis et anni, Emus Dominus Cardinalis Andreas Perrari, archiepiscopus Mediolanensis, eumdem Sanctissimum Dominum Nostrum Benedictum Papam XV supplicibus votis rogavit, ut memoratum S. R. C. Decretum singulis Sacerdotibus Ambrosiani ritus archidioecesi Mediolanensi adscriptis ita extendere dignaretur, ut prima Missa ea sit, quae in Missali Ambrosiano habetur in Commemoratione omnium fidelium defunctorum; altera quam idem Ambrosianum Missale in Anniversario plurium Defunctorum adsignat; tertia vero quae in eodem Missali Ambrosiano *Missa quotidiana pro pluribus Defunctis* inscribitur. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributarum, in omnibus annuit pro gratia iuxta preces, dummodo tamen in, singulis supradictis Missis adhibeatur Praefatio, quae in Missali Ambrosiano diei Commemorationis omnium fidelium defunctorum adsignatur, et in Orationibus secundae Missae supprimantur verba *quorum anniversarium depositionis diem commemoramus,* vel *quorum hodie annua dies agitur.* Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10 octobris 1915.

A. CARD. VICO, *S. R. G. Pro-Praefectus,*

L. « S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO

PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DE INVOCATIONE ADDENDA POSTREMO LOCO IN LITANIIS LAURETANIS

Ex Audientia Ssmi die 16 novembris 1915.

Episcopi complures, nomine etiam cleri populique sui, supplices Apostolicae Sedi preces adhibuerunt, ut decernere vellet, in Litaniis Lauretanis, post invocationem *Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis,* hanc adiici: *Regina Pacis, ora pro nobis,* quo facilius christianus populus, interposita sic Beatissimae Virginis deprecatione, optatissima pacis munera impetrarci Cum hac de re ad SS. D. N. Benedictum divina providentia Papam XV infra scriptus S. Congregationis a Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis Secretarius pro officio retulerit, Beatissimus Pater, eorundem Antistitum populique iis commissi votis obsecundare cupiens, omnibus Ordinariis potestatem benigne facit, ex qua, pro sua quisque dioecesi, permittere possint ut in Litaniis Lauretanis recitandis, quoad praesens hoc bellum duraverit, postremae Reginae Sacratissimi Rosarii invocationi ea, quae sequitur, subiiciatur: *Regina Pacis, ora pro nobis.*

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

POLICASTREN.

CREDITI

Benedicto PB. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 6 iulii 1915, BR. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Ioannes Prior et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Policastren. - Crediti, *inter* R. D. Archidiaconum Michaelem Pignataro *partialiter appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem adv. Benvignati, et dominum* Giffone *appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem adv. Limongelli, sequentem definitivam protulerunt sententiam.*

Tn Capitulo Cathedrali Policastrensi, cui imminet cura animarum habitualis, et actualis per canonicum Archidiaconum geritur, ab episcopo Laudisio an. 1826 duo coadiutores deputati sunt pro expeditiori eiusdem exercitio, assignata mercede ducatorum 30 pro unoquoque, quae annuatim Archidiaconus ex quodam fundo percipiebat. Ita enim in bulla erectionis legitur : « ducatos 60 quolibet anno percipiendos super « fundo denominato vulgo *Castagnola*, in oppido Cellarum existente, rëve« rendus Archidiaconus duobus Hebdomadariis cessit et pio eorumdem « honorario et substentatione assignavit deditque ». Intra huius paroeciae limites coepit usque ab an. 1827 censeri VÌGUS Capitello (prius ad paroeciam loci Ispani eiusdem dioecesis spectans), qui. ob varias aedium exstructiones prope Policastrum ad ora maritima sensim sine sensu creverat. Hinc factum est, ut unus in posterum ex coadiutoribus coeperit residere prope ecclesiam coadiutorialem in domo adnexa aedificata a Ferdinandi II utriusque Siciliae regis beneficentia pro spiritualibus necessitatibus populi circumstantis.

Anno 1888 munus coadiutoris obtinuit sac. Blasius Antonius Giffone, in eoque permansit usque ad mensem augusti 1910, quo vicus Capitello per dismembrationem elevatus fuit ad veram paroeciam seu Vicariam curatam. Initio anni 1900 sub die 23 ianuarii renunciatus est parochus Cathedralis, Michael Archidiaconus Pignataro, qui anno 1902 a gubernio obtinere valuit congruae supplementum in lib. 1056,60, inibi computatis

60 ducatis seu lib. 255 duobus coadiutoribus assignatis. Vix huius summae recuperatio sac. Giflbne innotuit, hic instare coepit apud Curiam pro vindicatione medietatis eiusdem, nempe lib. 127,50, assignatae unicuique ex coadiutoribus iuxta bullam episcopi Laudisii, parochum que Pignataro vadavit pro solutione summae respectivae relative ad tempus quo ipsi munus coadiutoris praestiterat; et Curia sententia diei 20 iulii a. 1912 actoris petitionem admisit.

Verum cum Giftbne in propria domo ecclesiae proxima inhabitans, coadiutorialem locasset pro annuis lib. 70, et insuper percepisset annuam praestationem lib. 15 ex quadam compositione ecclesiastica favore dictae ecclesiae devolvendam, in eadem sententia cautum est ut archidiaconus in restitutione adiudicatae summae, retentis solutionibus pro duobus prioribus annis a se faciendis coadiutori in compensationem expensarum quas tulit pro vindicatione supplementi congruae « in quanto al quan-« titativo, addizionando per otto anni dal 1903 al 1910 L. 127,50, si ha « la somma di L. 1020, dalle quali detratte L. 680, somma di L. 85 annual-« mente percepita dall'attore per otto anni dal 1903 al 1910, resta la dif-« ferenza di L. 340, che il convenuto deve restituire all'attore ».

Ab hac sententia ad nostrum tribunal appellarunt tum Pignataro pro facta assignatione L. 127,50 tum Giffone pro decreta detractatione: et die 20 dec. 1913 reproposita quaestione sub sequenti dubio: *An et quaenam summa et a quonam tempore sac. Giffone ob expletum munus coadiutoris in loco Capitello solvi debeat ab archidiacono Pignataro in casu,* Patres Domini responderunt: *Affirmative: solvendam vero esse annuam summam lib. 127,50 ab anno 1899 ad 1910, salvo iure archidiaconi a summa débita deducendi titulo expensarum factarum in vindicando supplemento congruae illam quotam partem, quae pro mensura emolumenti inde percepti lib. 127,50 sustinenda est a coadiutore Giffone.*

Ab hac sententia procurator sac. Pignataro appellationem interposuit ad alium Turnum. Interim vero exorta re iudicata quoad statutam assignationem lib. 127,50 favore coadiutoris ob duas conformes sententias, appellatio admissa tantum fuit quoad deductionem faciendam vel non in dictae summae assignatae praestatione, quam sententia primi gradus recognovit, dum sententia Rotae eam respuit ; et de consensu partium sequens concinnatum fuit dubium: *An sententia Rotalis diei 20 decembris 1913 quoad praestationem integrae summae L. 127,50 confirmanda sit vel infirmanda in casu;* quod modo disceptationi proponitur.

Praemittendum, quod in praesens controversia tantum duo puncta attingit, nempe subductionem ann. lib. 70 ex locatione domus provenien-

tium, et ann. lib. lo vel melius 13,25 ob impositionem a fisco factam tributi vulgo *di ricchezza mobile,* ex compositione Cangiano derivantium et in favorem ecclesiae Capitelli devolutarum. De alio puncto relate ad detractionem competentis summae in compensationem expensarum ab archidiacono Pignataro factarum pro obtinendo supplemento congruae, quam sententia Curiae Policastrensis decrevit in retentione assignationis duorum priorum annorum usque ad an. 1903, et sententia Rotalis probavit iuxta mensuram emolumenti percepti a Giffone, partes in suis allegationibus non dissentiunt, ideoque ei nuntium miserunt.

Hisce pro clariori quaestionis intelligentia praemissis, Patres Domini sequentia breviter animadverterunt. Quoad primum punctum extra controversiam est domum in themate a Ferdinando II liberalitate exstructam esse ut ad usum habitationis inserviret pro cappellano coadiutore ecclesiae Capitelli cui est adnexa: et siquidem coadiutorialis ecclesia spectat ad paroeciam Policastrensem, ita domus pro coadiutore una cum ecclesia est in parochi administratione, quin tamen hic pro lubito posset mutare scopum ad quem ab origine fuit destinata, ad usum scilicet habitationis cappellani, qui in dicta Ecclesia curam animarum gerere debet dependenter ab eodem parocho. Huiusmodi pius aedificii scopus firmatur ex observantia continua et pacifica cappellanorum qui eam incoluerunt, prout testantur Syndicus oppidi Hispanorum et quatuor testes de hoc rogati, nec non perhibet fidem ipsa Curia Policastrensis quae sic ait: « La Rñda Curia di Policastro certifica essere notorio, che la casa altac- « cata alla chiesa di Capitello è stata sempre abitata da cappellani o « coadiutori fino al 1888» seu usque ad adventum coadiutoris sac. Giffone, qui haud exclusus fuit a domo per actum parochi Policastrensis administratoris paroeciae bonorum; at potius cum coadiutor Giffone haberet domum paternam commodiorem et ecclesiae propinquam, si in hac propria voluntate habitare selegit, percipiendo interim reditus ex locatione domus canonicae, id evenit parocho Pignataro non dissentiente.

Proprietas igitur domus ad paroeciam Policastrensem pertinet seu melius ad capitulum cathedrale, quod eiusdem curam habitualem habet animarum: inde in Constitutionibus Capituli habetur: « La chiesa di « Capitello è succursale della cattedrale ed è perciò sottoposta in tutto « alla giurisdizione del Capitolo ... nessuna innovazione può farsi dall'in- « caricato della cura così nell'attuale stato materiale della chiesa come « sull'annessa casa parrocchiale senza l'intelligenza dell'arcidiacono il « quale ne consulterà il Capitolo ». Nec obstat dominio parochi inscriptio catastalis praefatae domus tamquam proprietatis prioris cuiusdam coadiutoris nomine Nicolai Arena; nam huiusmodi inscriptio, cum fieri

soleat tantummodo ad designandam personam quae coram fisco habeat onus vectigalia solvendi, quin praevia inquisitio intercedat de titulo proprietatis, per se nullam vim habet probandi relate ad verum rei dominium, uti etiam probatur ex quadam declaratione parochi loci *Celle Bulgheria* ad cuius paroeciae proprietatem spectant quinque machinae oleariae vulgo *trappetì* a circiter 100 annis, et tamen in inscriptione catastali tribuuntur quinque privatis familiis.

Ius tamen ad usum domus praedictae tanquam loci habitationis, habet coadiutor ex scopo pio domui inhaerenti. Antiquitus usus aedium ab habitatione distinguebatur, et qui ad hanc ius habebat poterat alteri locare, non vero qui usum. Conf. Voet. ad Pand. lib. 7, tit. 8, n. 6; Maschat., *Inst. can.*, t. 1, lib. % tit. 5 aliosque: sed ex modernis legibus, ut advertit d'Annibale, *Sum. Theol. Mor.*, vol. % § 166: «usus « aedium et habitatio apud nos idem sunt ». Unde in casu sacerdos Giffone, quidquid sit de relata distinctione, domum coadiutorialem locare saltem poterat, accedente parochi administratoris consensu. Dubitari vero nequit de huiusmodi consensu tacite concesso. Optime enim nota erat Capitulo et archidiacono Pignataro praedicta locatio domus cum perceptione fructuum ex parte coadiutoris, quae ab inito suo munere anno 1888 exstiterat, nec ulla oppositio fiebat ex parte administratoris parochialis. Si haec exstitisset, coadiutor eligere poterat habitationem in domo canonica, ne beneficio pii donatoris omnino privaretur et domum paternam locare ad fructus locationis inde percipiendos. Cum vero nulla oppositio vel protestatio ex parte parochi administratoris contigerit, legitime Giffone conclusit sibi factam esse licentiam fruendi pretio locationis domus coadiutorialis ad compensandos fructus locationis domus propriae, quos in hypothesi denegati consensus percipere potuisset.

Eo vel magis, quia relationes eiusmodi erant naturae inter coadiutorem loci Capitello et parochum Policastrensem seu Capitulum Cathedrale, ut quum nonnullae res in ecclesia coadiutoria^ administrandas prioris arbitrio relinquerentur (supellectilis Ecclesiae provisio, reparatio..., uti ex relatione Curiae elucet), et ita inde coadiutor facilius praesumere poterat consensum requisitum ad domum locandam sibi tacite concessum fuisse. Vis huiusmodi praesumptionis augetur etiam ex facto quod archidiaconus Pignataro, dum in epistola diei 5 iulii 1900 ad coadiutorem Giffone missa, de iure suo in genere ad Ecclesiam coadiutorialem administrandam insistit, et de negligentiis quibusdam coadiutoris conqueritur, de domo locata nihil dicit.

Domus autem destinata pro habitatione Episcopi vel rectoris (et idem per analogiam dici valet pro domo coadiutori destinata) «quoties

« de facto deservit ad usum habitationis, in valorem non venit », ut recte docet appellata sententia, ex card. De Luca, *de benef.*, dis. 90, n. 7, et ex more recepto in iure civili, quo utimur, ubi Episcopis et aliis beneficiatis congrua a fisco assignatur, nulla ratio habetur domorum quas incolunt. Nihil igitur detrahendum est de congrua assignata ob fractus ex locatione domus canonicae a coadiutore perceptos.

Ulterius Patres Domini expenderunt quod sac. Giffone, tempore quo munus coadiutoris exercuit exstante parocho Archidiacono Pignataro, plures im pensas sustinuit sive pro reparatione ecclesiae et domus coadiutorialis sive pro sacra supellectili comparanda: quoad primum ipse contendit persolvisse libellas 500, quoad secundum libellas 800. Equidem super ipsis expressum consensum parochi ad tramites Constitutionum non reportavit: sed cum innotuerint sive parocho sive Episcopo, et neuter contradictionem apposuerit, de tacita approbatione dubitari non potest. Neque horum melioramentorum existentium destruere valet factum quod sacerdos Giffone non fuerit sollicitus ad reddendam rationem de iisdem, ut Episcopus conqueritur; nam haec omissio coadiutoris negligentiam tantummodo coarguit, sed expensae admitti debuerunt in duplici visitatione serotina facta a Curiae delegato ad petitionem tum Giffone tum parochi Pignataro. At ad has expensas non coadiutor sed parochus tenebatur. Quare dato etiam et non concesso quod Giffone fructus locationis domus suos non fecisset, tamen stante erogatione dictarum expensarum in rem utilem ecclesiae et domus coadiutorialis, eos Pignataro vindicare nequiret, ob aequitatis principium vetans ne quis cum aliena iactura locupletetur.

Neque Patres Domini ullum pondus dare potuerunt assertioni parochi Pignataro, nempe quod coadiutor Giffone occasione constructionis viae ferreae ingens lucrum ex locatione domus coadiutorialis retulerit, nempe lib. 3000, nam id non probatur, et quamvis probatum existeret, in themathe non relevare!, quia iuxta quamdam declarationem directoris operum viae ferreae, haec completa sunt an. 1894 seu sex annos ante incoeptum parochatum a Pignataro.

Alterum quaestionis punctum attingit detractionem seu imputationem summae annuae lib. 15 in solutione facienda a Pignataro, qui contendit sibi debitam fuisse, dum Giffone in proprium emolumentum convertit. Dicta summula proveniens ex quadam ecclesiastica compositione Cangiano, uti iam alias dictum est, iuxta Episcopi expositum in sua epistola ad Giffone, erat devolvenda in ecclesiae Capitelli utilitatem et non in capituli vel parochi Pignataro lucrum : et hanc etiam fuisse intentionem ipsius Cangiano qui eam persolvit, confirmatur a quadam atte-

statione Danielis Proto producta a defensore Archidiaconi: « Non intese « il Cangiano fare una dotazione, ma mostrò solo il desiderio che detta « parte della somma venisse concessa alla Chiesa di Capitello per quella « destinazione che le avrebbe data il Vescovo ». Illam itaque parochus nequit condicere ut sibi debitam, sed ad summum instare poterit apud Episcopum ut edoceatur a Giffone de facta erogatione in propositum finem. At Giffone facile occurret reponendo eam annuatim impendisse in comparando hostias et vinum pro celebratione missarum et in emptione vel restauration e sacrae supellectilis de qua supra pro ecclesia. Nullum itaque ius parochus Pignataro ex hoc titulo sibi asserere valet pro detractione a summa restituenda suo veteri coadiutori Giffone in lib. 1020, ad quam damnatus fuit ex duplici conformi sententia.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam,* seu sententiam Rotalem diei 20 dec. 1913 esse confirmandam: quo vero ad expensas iudiciales eas declaramus compensatas inter partes, et pro compensatis habere decernimus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam SS. canonum et praesertim sess. XXV Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 6 iulii 1915.

Ioseph Mori, *Ponens.*

Ioannes Prior.
Fridericus Cattani.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di annoverare:

21 ottobre 1915. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *tra gli Eminentissimi porporati protettori della Pontificia Accademia Teologica.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

14 novembre 1915. — Mons. Enrico Gasparri, già uditore della Nunziatura Apostolica del Brasile, *Delegato Apostolico e Inviato Straordinario presso la Repubblica di Colombia.*

— Mons. Tito Trocchi, già canonico liberiano, *Delegato Apostolico di Cuba e Portorico.*

— Mons. Francesco Cherubini, già sottosegretario della Sacra Congregazione dei Religiosi, *Delegato Apostolico ed Inviato Straordinario presso la Repubblica di Haiti.*

19 novembre. — L' Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della Congregazione della Madre di Dio.*

21 novembre. — Il signor conte Massimiliano Colacicchi, guardia nobile di Sua Santità, *Corriere di Gabinetto,* per recare l'annunzio della elevazione alla Sacra Porpora e per porgere lo Zucchetto Cardinalizio all'Illmo e Rmo Mons. Andrea Frühwirth, arciv. tit. di Eraclea e Nunzio Apostolico in Baviera.

— Il Sig. D. Luigi Goyeneche y de la Puente, guardia nobile di Sua Santità, *Corriere di Gabinetto,* per disimpegnare la stessa missione presso l'Illmo e Rmo Mons. Raffaele Scapinelli di Léguigno, arcivescovo titolare di Laodicea e Nunzio Apostolico in Austria-Ungheria.

— Mons. Lorenzo Schioppa, *Ablegato Apostolico* per portare la Berretta Cardinalizia all'Illmo e Rmo Monsignor Andrea Frühwirth, arcivescovo titolare di Eraclea e Nunzio Apostolico in Baviera.

— Mons. Giovanni Battista Ogno, *Ablegato Apostolico* per disimpegnare la stessa missione presso mimo e Rmo Mons. Raffaele Scapinelli di Léguigno, arcivescovo titolare di Laodicea e Nunzio Apostolico in Austria-Ungheria.

24 novembre. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della Pia Fratellanza dei Sacerdoti del Terz'Ordine secolare di S. Francesco m Boma.*

25 novembre 1915. — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Protettore delle Suore Trinitarie di Valenza (Francia).*

29 novembre. — Mons. Massimo Massimi, Promotore di giustizia nel Tribunale della S. Romana Rota, *Uditore della S. Bomana Rota.*

Coa Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Votanti della Segnatura:

10 novembre 1915. — I Monsignori Antonio Cani, Pietro Cisterna, Francesco Solieri, Giuseppe Latini, Giuseppe Pauca e Ubaldo Mannucci.

Prelati Referendari della Segnatura:

10 novembre 1915. — I Monsignori Domenico Taccone-Gallucci, arcivescovo titolare di Costanza, Bernardo Colombo, Cesare Cerretti, Sebastiano Nicotra e Giuseppe Fameli.

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

29 ottobre 1915. — Mons. Giovanni Barbosa di Castilho, dell'archidiocesi di Marianna.

20 novembre. — Mons. Celestino Costeckyi, parroco e decano in Czernovicz (Bucovina).

Prelati Domestici di S. S. :

5 novembre 1915. — Mons. Bonaventura Porta, vicario generale della diocesi di Città di Castello.

13 novembre. — Mons. Agostino Piaggio, cappellano generale della Marina Argentina.

16 novembre. — Mons. Camillo d'atti, pro-vicario generale della diocesi di Amelia.

18 novembre. — Mons. Tommaso Francesco Bourke, vicario generale della diocesi di Rockhampton.

20 novembre. — Mons. Eugenio Huzar, vicario generale dell'archidiocesi di Leopoli.

21 novembre. — Mons. Giacomo O'Reilly, della diocesi di Newport.

24 novembre. — Mons. Giuseppe Rataud, parroco di N. S. delle Vittorie in Parigi.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

13 novembre 1915. — Al sig. dott. Francesco Vittorio Marques Bustillos, presidente provvisorio della Repubblica del Venezuela.

La Commenda dell" Ordine Piano :

27 novembre 1915. — Al sig. conte Vincenzo Ottorino Gentiloni.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 novembre 1915. — Al sig. dott. Pietro Emanuele Arcava, ministro dell'Interno della Repubblica del Venezuela.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

13 novembre 1915. — Al sig. generale Ignazio Andrade, ministro degli Esteri della Repubblica del Venezuela.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 ottobre 1915. — Al sig. Ermanno Bolle, dell'archidiocesi di Zagabria.

14 novembre. — Al Sig. Antonio de Groot, della diocesi di Harlem.

16 novembre. — Al Sig. senatore Carlo RioU, della diocesi di Vannes.

21 novembre. — Al Sig. Roberto Didier, dell'archidiocesi di Parigi.

26 novembre. — Al Sig. Francesco Pietro Giuseppe Boex, della diocesi di Bois-le-Duc.

— Al Sig. Maria Enrico Thierry conte Michel de Pierredon, della diocesi di Fréjus.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

Il novembre 1915. — Al Sig. prof. Angelo Chiappetti, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rula Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

21 agosto 1915. — Mons. Nazzareno Mechelli, della diocesi di Todi.

13 settembre. — Mons. Ferdinando Ferrari, della diocesi di Guastalla.

— Mons. Giuseppe canonico Bertazzoni, della medesima diocesi.

30 settembre. — Mons. Aniceto Ferrazza, della diocesi de' Marsi.

2 ottobre. — Mons. Antonio Czechowski, dell'archidiocesi di Posen.

6 ottobre. — Mons. Guglielmo Rossetti, della diocesi d'Ivrea.

15 ottobre 1915. — Mons. Antonio Maria canonico Bartolom, della diocesi di Nicotera e Tropea.

18 ottobre. — Mons. Nazareno Saniori, della diocesi di Todi.

— Mons. Ignazio Lamenti, della medesima diocesi.

21 novembre. — Mons. Nicolò Pomati, dell'archidiocesi di Genova.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

25 settembre 1915. — Mons. Enrico Van Hussen, della dioc. di Bois-le-Duc.

28 settembre. — Mons. Felice Gambale, della diocesi di Nusco.

4 ottobre. — Mons. Candido Ciufta, della diocesi di Frascati.

13 ottobre. — Mons. Giovanni Sprangers, della diocesi di Bois-le-Duc.

23 ottobre. — Mons. Luigi Huber, della diocesi di Coirà.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

28 settembre 1915. — Mons, Ilario Pejrano, della diocesi di Chiavari.

— Mons. Ambrogio Grosso, della medesima diocesi.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

4 ottobre 1915. — Conte Pietro Vincenzo Vial di S. Agata, della diocesi di Nizza.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

14 ottobre 1915. — Mons. Vincenzo Santoni, della dioc. di Albano Laziale.

NECROLOGIO

29 settembre 1915. — Mons. Mose Higuera, vescovo titolare di Massimopoli, decano della Chiesa cattedrale di Bogota.

1 novembre. — Mons. Bonaventura Quintarelli, vescovo di Rieti.

7 novembre. — Mons. Giovanni Graziani, vescovo di Todi.

— Mons. Andrea Sarti, vescovo di Pistoia e Prato.

12 novembre. — Mons. Giovanni Cutberto Hedley, vescovo di Newport.

27 novembre. — L'Emo signor cardinale Francesco Bauer, arcivescovo di Olmütz.

28 novembre. — Mons. Nicola Clodoveo Giuseppe Catteau, vescovo di Luçon.

Annus VII - Vol. VII Die 9 Decembris 1915 Num. 19

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

i

Die 6 decembris 1915 in palatio apostolico Vaticano habitum est Consistorium secretum, cuius Acta ex ordine referuntur:

i. - ALLOCUTIO SS. D. N. BENEDICTI PP. XV

ET CREATIO CARDINALIUM S. R. E.

VENERABILES FRATRES

Nostis profecto quaenam obstiterint caussae, quominus amplissimum Collegium vestrum antehac in Consistorium convocaremus : quod si hodie tandem aliquando in huius dignitate aulae vos conspicere fréquentes licet, non ideo licet quod ea sublata sint impedimenta, sed quia veriti sumus, ne longior mora huius Romanae Curiae administrationi quidquam officeret. Non paucos enim ex Ordine vestro, alium ex alio, tum superiore anno tum hoc ipso desideravimus ; si autem quovis tempore Eomanus Pontifex consiliarios tam peritos adiutoresque iam fidos sibi eripi merito doluisset, at Nos vehementius talium

de amissione virorum dolemus, qui hac turbulentissima aetate Ecclesiam Dei gubernandam suscepimus.

Iamvero cum, hoc sexdecim mensium spatio, tanta.sit ruinarum deploranda moles; quamvis percrebrescat in animis almae pacis desideria, et pacem cum questubus tot familiae deprecentur; etsi nullum Nos officium pràetermisimus, quod paci properandae componendisque discidiis esset aliquo pacto profuturum, hoc tamen exitiale bellum terra marique perseverat adhuc; dum miserrima Armeniorum gens prope ad interitum adducitur. Atque Litterae ipsae, quas ad belligérantes populos eorumque duces, post annum a bello inito, dedimus, etsi reverenter exceptae sunt, non eos tamen, qui in optatis erant, pepererе fructus.

Quoniam autem vices in terris Illius gerimus, qui est *Rex pacificus* et *Princeps pacis,* facere non possumus, quin maiore •in dies tot filiorum misericordia commoveamur, continenterque ad benignissimum Deum supplices tendamus manus, toto pectore efflagitantes velit iam cruentam dimicationem virtute sua profligare. Cuius mala cum studeamus, quantum in Nobis est, opportunis, ut nostis, allevare remediis, Apostolico officio nunc iterum impellimur suadere rationem, quae una ad huius belli restinguendum incendium possit conducere. Parandae enim illius pacis, qualem universitas gentium tantopere exposcit, quae iusta scilicet ac stabilis sit, non quae alterutri tantum parti prodesse videatur, ea profecto potest via felicem habere exitum, quam, in rerum temporumque condicionibus haud dissimilibus alias experiendo probatam, in iis, quas diximus, Litteris commonstravimus. Consiliis videlicet utrimque, vel per se vel per interpretes, collatis, suae cuiusque rationes atque optata, volentibus animis et sincera officii conscientia, aperte dilúcideque aliquando manifestentur accuratoque expendantur, ita sane, ut quae iustitiae haud congruant, quae modum excedant, ea quidem tollantur e medio, cetera vero, pactis etiam ex aequo, si

res ipsa postulet, compensationibus, admittantur. Per se patet, quemadmodum in quavis hominum controversia quae ipso eorum iudicio dirimi velit, illud plane requiri, utraque ex parte disceptantium, ut de susceptis propositis vel de praecepta utilitatum spe remittatur aliquid seu concedatur; eiusmodi vero concessiones, vel ,cum aliqua iactura coniunctas, alteri libenter alteris impertiant necesse sit, si nolint id coram Deo et hominibus sibi noxae futurum, quod ista tam cruenta proeliandi immanitas, ad hunc diem inaudita, adeo producatur : qua quidem ex productione exsistere caussae possint» cur Europa de illo humanitatis honestissimo gradu, quem ope christianae religionis attigerat, decidere incipiat.

Haec quidem de bello, habita populorum ratione qui tam magna calamitate implicantur. Quod si perpendimus, quaenam certamen istud universarum paene Europae gentium rei catholicae et Apostolicae Sedi important incommoda, nemo non videt quam gravia ea sint, a dignitate Romani Pontificis quam aliena. Tam alias, Decessorum Nostrorum exemplo, questi sumus, Romanum Pontificem in ea versari .condicione, ut plena nequeat perfrui libertate, qua ad Ecclesiam regendam omnino indiget; verum, quem fugiat, id multo clarius apparuisse hoc tempore *i* Ea certe voluntas gubernatoribus Italiae non defuit, ut amoverent incommoda: at hoc ipsum plane ostendit, Romani Pontificis sortem a civili potestate pendere, eandemque, mutatione hominum atque rerum, mutari posse atque etiam ingravescere ; quam Pontificis condicionem, incertam prorsus et alieno obnoxiam arbitrio, eam esse quae Apostolicam Sedem deceat, nemo prudens affirmaverit. Ceterum fieri non potuit, quin plures, eaeque graves, permanerent difficultates. Ut alia praetermittamus, illud satis sit animadvertere, ex legatis exterorum Principum nonnullos, sui muneris ac dignitatis tuendae caussa, abire compulsos esse: qua re cum Sedis Apostolicae ius proprium et nativum ac necessarium quoddam praesidium demi-

nutum vidimus, tum sublatum eidem ordinarium apprimeque idoneum instrumentum, quo ad pertractanda cum exteris civitatibus negotia uti solet. Quo in genere, maxime dolendum, eo uscjue res processisse, ut in altera e partibus belligerantibus exoriri potuerit suspicio, Nos, necessitate quadam, in negotiis quae ad gentes inter se decertantes pertinent, sic iam nunc iudicare, sic agere, quasi iis morem gerentes quorum voces aures Nostras unicae attingant! Quid quod Nostram difficilius evasit cum catholico nomine commercium, ac saepius impediti sumus ne de rebus permultis plene cognosceremus, quas quidem esse Nobis prope cognitas magnopere intererat ?

Videmur,Venerabiles Fratres, satis significasse, maerorem, quo angimur, sic augeri cotidie, quemadmodum in immensum crescit haec tanta trucidatio hominum, agrestioribus vix digna aetatibus, fitque eodem tempore Apostolicae Sedis condicio deterior. Neque dubitamus, quin vosmet ipsi, ut curas et sollicitudines Apostolici muneris habetis Nobiscum communes, ita Nobiscum utraque de caussa doleatis; immo etiam putamus christianum populum universum aegritudinem Nostram participare. Verum, cur concidamus animo, quando Princeps Pastorum Iesus Christus se Ecclesiae suae nullo tempore, nedum in afflicta adversaque fortuna, defuturam despondit? Fidenter igitur amantissimum humani generis Servatorem supplicibus adeamus precibus, quibus caritatis paenitentiaeque opera comitentur, si forte *dives in misericordia Deus* velit aerumnis, quibus hominum genus in praesenti premitur, finem quam primum imponere.

Sed, ut eo redeamus unde coepimus, ad supplendum amplissimum Ordinem vestrum, praestantissimus viros dare vobis hodie socios atque adiutores deliberavimus. Ex utroque clero eos numero pares elegimus; eiegimus ex iis qui vel domi episcopali munere vel commissis apud exteros Principes legationibus sunt egregie utiliterque perfuncti ; ex iis denique elegimus, qui

in iuventute sancte instituenda praeclara cum laude elaborarunt et ad procurandam animarum salutem cum fructu incubuerunt : quos omnes pro certo habemus esse Nobis in catholica re provehenda sollerter sapienterque adfuturos.

Ii autem sunt :

IULIUS TONTI, Archiepiscopus tit. Anciranus, Nuntius Apostolicus in Lusitania :

ALFONSUS MARIA MISTRANGELO, Archiepiscopus Florentinorum :

IOANNES CAGLIERO. Archiepiscopus tit. Sebastiensis, Delegatus Apostolicus in America Centrali :

ANDREAS FRANCISCUS FRÜHWIRTH, Archiepiscopus tit. Heracliensis, Nuntius Apostolicus in Bavaria :

RAPHAËL SCAPINELLI DI LÉGUIGNO, Archiepiscopus tit. Laocliccnsisi, Nuntius Apostolicus in Imperio Austro-Hungarico :

GEORGIUS GUSMINI, Archiepiscopus Bononiensium.

Quid vobis videtur ?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, creamus et renuntiamus S. R. E. Presbyteros Cardinales

IULIUM TONTI

ALFONSUM MARIAM MISTRANGELO

IOANNEM CAGLIERO

ANDREAM FRANCISCUM FRÜHWIRTH

RAPHAELEM SCAPINELLI DI LÉGUIGNO

GEORGIUM GUSMINI.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis.

In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

II. - MUNUS CANCELLARIATÜS S. R. E.

Praeterea Beatissimus Pater *Cancellarium* S. R. E. renunciavit Emum et Rmum Dnum card. OCTAVIUM CAGIANO DE AZEVEDO.

III. - OPTIONES ET ASSIGNATIO TITULORUM ET ECCLESIARUM SUBURBICARIARUM

Postea Beatissimus Pater, optione praehabita, assignavit:

Titulum presbyteralem *S. Laurentii in Damaso* Emo et Rmo Dno cardinali OCTAVIO CAGIANO DE AZEVEDO, qui dimisit Diaconiam SS. Cosmae et Damiani;

Titulum presbyteralem & *Crucis in Ierusalem* Emo et Rmo Dno cardinali GULIELMO VAN RossuM/qui dimisit Diaconiam S. Caèsarii in Palatio ;

Diaconiam *S. Mariae in Porticu* Emo et Rmo Dno cardinali AIDANO GASQUET, qui dimisit Diaconiam S. Georgii ad Velabrum.

Deinde SSmus Dominus Noster, habita prius optione, praefecit Suburbicariis Ecclesiis Cathedralibus:

Ostiensi Emum et Revmum Dnum card. VINCENTIUM VANNUTELLI, Sacri Collegii Cardinalium Decanum, Datarium S. S., episcopum Praenestinum;

Portuensi et S. Rufinae Emum et Rmum Dnum card. ANTONIUM VICO, Pro-Praefectum S. Congregationis Rituum, qui dimisit titulum S. Callisti;

Albanensi Emum et Rmum Dnum card. IANUARIUM GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, qui dimisit titulum S. Mariae Angelorum in Thermis.

iv. - PROVISIO ECCLESIARUM

In eodem Consistorio SSmus Dominus noster has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Metropolitanis ecclesiis Tranensi et Barolensi, quibus adnexus est titulus Nazarenus et administratio perpetua Vigiliensis, praefecit R. P. D. Ioannem Régine, hactenus episcopum Nëocastrensem ;

Titulari episcopali ecclesiae Flaviopolitanae R. P. D. Bernardum Pizzorno, hactenus episcopum Cremensem;

Cathedralibus ecclesiis Pistoriensi et Pratensi R. P. D. Gabrielem Vettori, hactenus episcopum Tiburtinum;

Cathedrali ecclesiae Tudertinae R. P. D. Aloisium Zaffarami, hactenus episcopum titularem ecclesiae Sasimorum;

Cathedrali ecclesiae Cremensi R. D. Dalmatium Minoretti, parochum loci « Seregno », in Mediolanensi archidioecesi;

Cathedrali ecclesiae Lausannensi, cui adnexus est Genevensis titulus, R. D. Placidum Golliard, vicarium generalem eiusdem dioecesis;

Cathedrali ecclesiae Divionensi R. D. Mauritium Landrieux, parochum et archipresbyterum metropolitanae ecclesiae Rhemensis;

Cathedrali ecclesiae Oranensi R. D. Ludovicum Legasse, protonotarium apostolicum *ad instar,* hactenus praefectum apostolicum insularum S. Petri et Miquelonen;

Cathedrali ecclesiae Tornacensi R. D. Amadeum Crooij, canonicum metropolitanae ecclesiae Mechliniensis ac in seminario mysticae theologiae professorem;

Titulari episcopali ecclesiae Olimpiensi R. D. Emmanuelem Gonzales Garcia, parochum et archipresbyterum loci vulgo « Huelva » in Hispalensi dioecesi, deputatum in Auxiliarem episcopi Malacitani,

Insuper per Apostolicas, sive sub plumbo sive sub annulo Piscatoris, Litteras, Beatissimus Pater alios etiam iam renunciatos Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

PATRIARCHAM :

Venetiarum R. P. D. Petrum La Fontaine, iam episcopum titularem Charystiensem et a Secretis S. C. Rituum.

ARCHIEPISCOPOS:

Metropolitanae ecclesiae S. Ioannis Terrae Novae R. D. Eduardum Patritium Roche, ipsius archidioecesis administratorem;

Metropolitanae ecclesiae Salernitanae R. P. D. Carolum Gregorium Grasso, O. S. B. Cassin. prim. observ., abbatem Montis Virginis;

Metropolitanae ecclesiae Chamberiensis R. P. D. Dominicum Castellan, iam episcopum Diniensem;

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Nisibehsis R. P. D. Iosephum Petrelli, Delegatum Apostolicum Insularum Philippinarum;

Metropolitanae ecclesiae S. Francisci in California R. P. D. Edmundum Hanna, hactenus episcopum titularem Titopolitanum;

EPISCOPOS :

Cathedralis ecclesiae Matanzensis R. D. Severianum Sainz, vicarium generalem S. Christophori de Habana;

Titularis episcopalis ecclesiae Danabensis R. D. Arnoldum Franciscum Diepen, canonicum ecclesiae cathedralis Buscoducensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Rmi episcopi Buscoducensis;

Titularis episcopalis ecclesiae Borylensis R. D. Ioannem Baptistam Perez, canonicum metropolitanae ecclesiae Valentinae, Auxiliarem Emi ac Rmi Dñi Cardinalis Archiepiscopi Toletani ;

Titularis episcopalis ecclesiae Sorensis R. D. Antonium Monestel, parochum loci S. Antonii de *Beten* iii dioecesi S. Iosephi de Costarica, quem deputavit in Coadiutorem cum iure futurae successionis Rmi episcopi de Comayagua;

Titularis episcopalis ecclesiae Birthensis R. D. Emmanuelem Vidal et Boullón, administratorem apostolicum Civitatensem;

Titularis episcopalis ecclesiae Halicarnassensis R. D. Thomam Franciscum Doran, dioecesis Providentiensis vicarium generalem, quem constituit Auxiliarem Rmi Episcopi Providentiensis;

Titularis episcopalis ecclesiae Alabandensis R. D. Ioseph Lang, cathedralis Zagrabiensis canonicum, quem constituit Auxiliarem Rmi archiepiscopi Zagrabiensis;

Titularium episcopalium ecclesiarum Bellogradensis et Semendriensis graeci ritus R. D. Dominicum Premus, cathedralis Zagrabiensis canonicum, quem constituit Auxiliarem Rmi archiepiscopi Zagrabiensis;

Cathedralis ecclesiae Cratensis R. D. Quiritinum Rodríguez de Oliveira et Silva, parochum in eadem civitate Cratensi;

Cathedralis ecclesiae Ilheosensis R. D. Emmanuelem Antonium de Paiva, rectorem seminarii Parahybensis;

Cathedralis ecclesiae S. Aloisii de Cdceres R. P. Aloisium Mariam Gabiret, e tertio Ordine Regulari S. Francisci, rectorem seminarii Cuiabensis ;

Cathedralis ecclesiae Octeriensis R. P. Carmelum Cesarano, Congr. SSmi Redemptoris;

Cathedralis ecclesiae Gerundensis R. D. Franciscum de Paula Mas et Oliver, canonicum magistralem ecclesiae cathedralis Barcinonensis;

Cathedralis ecclesiae Casalensis R. P. D. Albinum Pella, iam episcopum Calvensem et Teanensem;

Cathedralis ecclesiae Signinae R. P. D. Angelum Mariam Sinibaldi, hactenus episcopum tit. Europen. et suffraganeum Ostiensem et Veliternensem ;

Cathedralis ecclesiae Hildesheimens is R. D. Iosephum Ernst, seminarii episcopalis Hildesheimensis rectorem;

Cathedralis ecclesiae Placentinae R. D. Angelum Regueras et Lopez, canonicum doctoralem ecclesiae Ovetensis et doctorem in utroque iure;

Titularis episcopalis ecclesiae Hamathensis R. P. Felicem Guerra, e Congregatione Salesiana, administratorem apostolicum ecclesiae metropolitanae S. Iacobi de Cuba;

Titularis episcopalis ecclesiae Ipsensis R. P. D. Honoratum Carcaterra, Ordinis Minorum;

Cathedralis ecclesiae Petrocoricensis R. D. Mauritium Rivière, parochum ecclesiae S. Mariae Magdalenae in urbe Parisiensi ac doctorem in s. theologia;

Cathedralis ecclesiae Augustodunensis R. D. Desideratum Berthoin, vicarium generalem Gratianopolitanum ac doctorem in s. theologia;

Cathedralis ecclesiae Bellovacensis R. D. Eugenium Stanislaum Le Senne, vicarium generalem Venetensem;

Cathedralis ecclesiae Diniensis R. D. Leonem Adulphum Lenfant, parochum S. Antonii in urbe Parisiensi et prolytam in s. theologia;

Cathedralis ecclesiae Ambianensis R. D. Andream Dubois de la Vii lerabel, vicarium generalem Briocensem et doctorem in s. theologia atque in iure canonico;

Cathedralis ecclesiae Larinensis R. D. Antonium Lippolis, archipresbyterum parochum ecclesiae cathedralis Conversanensis;

Cathedralis ecclesiae Arianensis R. P. D. Cosimum Agostino, hactenus episcopum Laquedoniensem ;

Titularis episcopalis ecclesiae Tacapitanae R. P. D. Robertum Brindle, hactenus episcopum Nottingham ehsem;

Cathedralis ecclesiae Lacus Salsi R. D. Iosephum Glass, parochum S. Vincentii in civitate vulgo *Los Angeles;*

Cathedralis ecclesiae S. Clodoaldi R. P. D. Iosephum Busch, iam episcopum Leadensem.

II

I. - CARDINALES NUPER CREATI RUBRO GALERO ORNANTUR

Die 9 decembris 1915 in palatio apostolico Vaticano habitum est Consistorium publicum, in quo SSmus Dominus noster Purpuratorum Patrum galero ornavit Cardinales die 6 eiusdem mensis creatosi nempe :

Emum IULIUM TONTI,
Emum ALPHONSUM MARIAM MISTRANGELO,
Emum IOANNEM CAGLIERO,
Emum GEORGIUM GUSMINI.

II. - PETITIO DE INTRODUCENDA CAUSA BEATIFICATIONIS VEN. IOANNIS BOSCO

Interea advocatus consistorialis Carolus Santucci, comes, orationem habebat pro introducenda Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Ioannis Bosco, sacerdotis, fundatoris Congregationis Salesianae. Cum vero Rmus Promotor Fidei Sanctissimum rogasset ut S. Rituum Congregationi eadem causa remitteretur, Summus Pontifex respondit: *Ad Nostram Congregationem Rituum quae videat ac referat.*

III. - PROVISIO ECCLESIARUM

Eadem die in Consistorio secreto, Beatissimus Pater has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Titulari archiepiscopali ecclesiae Pessinuntinae praefecit R. P. D. Iosephum Alves de Mattos, hactenus archiepiscopum tit. Mytilenaeum ;

Titulari archiepiscopali ecclesiae Mytilenaeae R. P. D. Ioannem Evangelistam De Lima Vidal, hactenus episcopum Angolensem et Congensem. quem deputavi! Auxiliarem Patriarchae Lisbonensis;

Metropolitanae ecclesiae Beneventanae R. P. D. Alexium Ascalesi, hactenus episcopum S. Agathae Gothorum;

Metropolitanae ecclesiae Chicagiensi R. P. D. Georgium Mundelein, hactenus episcopum titularem Lorymensem et auxiliarem episcopi Brooklyniensis ;

Cathedrali ecclesiae Reginatensi, nuper in Metropolitanam erectae, R. P. D. Oliverium Eleazarum ' Mathieu, hactenus eiusdem dioecesis* episcopum ;

Metropolitanae ecclesiae S. Bonifacii R. P. D. Arthurum Bêliveau, hactenus episcopum titularem Domitianopolitanum;

Titulari archiepiscopali ecclesiae Lacedaemoniensi R. D. Titum Trocchi, dioecesis Romanae, canonicum Liberianum, doctorem in litteris, in s. theologia et in iure canonico, renuntiatum Delegatum Apostolicum apud rempublicam Gubanam et Portoricensem ;

Titulari archiepiscopali ecclesiae Nicosiensi R. D. Franciscum Cherubini, dioecesis Hortanae, subsecretarium S. Congregationis de Religiosis, doctorem in s. theologia et in iure canonico, renuntiatum Delegatum Apostolicum apud rempublicam de Haiti;

Titulari archiepiscopali ecclesiae Sebastensi R. D. Henricum Gasparri, dioecesis Nursmae, auditorem Nuntiaturae Apostolicae Brasilianae, doctorem in s. theologia et in utroque iure, renuntiatum Delegatum Apostolicum apud rempublicam Columbianam;

Archiepiscopali ecclesiae nuper erectae Winnipegensi, R. D. Alfredum Sinnot, secretarium Delegationis Apostolicae Canadensis;

Cathedrali ecclesiae Buffatemi R. P. D. Dionisium Dougherty, hactenus episcopum Jaren. (S. Elisabeth in insulis Philippinis) ;

Cathedrali ecclesiae Beatinae R. D. Tranquillum Guarneri, rectorem seminarii Cremonensis;

Cathedrali ecclesiae Covintonensi R. D. Ferdinandum Brossert, administratorem apostolicum eiusdem dioeceseos;

Cathedrali ecclesiae Portalegrensi in Lusitania R. D. Emmanuelem Mendes da Conceicâo Santos, canonicum cathedralis Egitaniensis, doctorem in s. theologia;

Titulari episcopali ecclesiae Sabratensi R. D. Martinum Kheberich, canonicum praepositum cathedralis Scepusiensis, deputatum in Auxiliarem episcopi eiusdem dioecesis.

Insuper per Apostolicas, sive sub plumbo sive sub annulo Piscatoris, Litteras, Beatissimus Pater alios etiam iam renunciatos Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS :

Metropolitanae ecclesiae Amalphitanae R. P. D. Herculanum Marini, hactenus episcopum Nursinensem;

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Seleuciensis in Isauria R. P. D. Thomam Kennedy, hactenus episcopum titularem Adrianopolitanum ;

Metropolitanarum ecclesiarum Gnesnensis et Posnaniensis R. D. Edmundum Dalbor, canonicum metropolitanae ecclesiae Posnaniensis;

Archiepiscopalis titularis ecclesiae Irenopolitanae in Isauria R. P. D. Iosephum Ridolfi, hactenus archiepiscopum Hydruntinum;

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Achridanae R. P. D. Angelum Mariam a S. Teresia, in saeculo Angelus Perez, e Carmelitis Discalceatis, Coadiutorem cum futura successione Rmi Archiepiscopi Verapolitani;

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Cassiopensis R. P. D. Philippum Prosperum Augouard, iam episcopum Sinidensem.

EPISCOPOS:

Cathedralium ecclesiarum Asculanae et Ceriniolensis R. D. Ioannem Sodo, parochum ecclesiae metropolitanae Neapolitanae;

Cathedralis ecclesiae Caesënatensis R. D. Fabium Berdini, vicarium generalem dioecesis Imolensis;

Cathedralis ecclesiae Bovemis R. D. Paulum Albera, rectorem seminarii metropolitam Rheginensis;

Titularis episcopalis ecclesiae Barensis R. P. D. Ioachim Antonium d'Almeida, iam episcopum Natalensem;

Titularis episcopalis ecclesiae Charystiensis R. D. Gastonem Laperrine d'Hautpoul, presbyterum Elnensem et protonotarium apostolicum *ad instar;*

Titularis episcopalis ecclesiae Claudiopolitanae R. D. Xistum Sosa, parochum de Altagracià in dioecesi de Calabozo ac doctorem in s. theologia, administratorem apostolicum de Guaiana;

Titularis episcopalis ecclesiae Etaloniensis R. P. D. Carolum Warren Currier, iam episcopum Matanzensem;

Cathedralis ecclesiae Barrensis R. P. D. Augustum Alvaro de Silva, hactenus episcopum Florestensem; „

Cathedralis ecclesiae Seniensis cum perpetua administratione ecclesiae Modrussensis R. D. Iosephum Marutic, canonicum ad honorem cathedralis ecclesiae Seniensis et magistrum in gymnasio Gospiciensi;

Cathedralis ecclesiae Elpasensis, nuper erectae, R. P. Antonium Schüler, S. L, parochum ecclesiae S. Cordis in urbe Denver (Colorado);

Cathedralis ecclesiae Florestensis R. D. iosephum Lopes de Oliveira, parochum de Boa Vista in loco vulgo « Recife », archidioecesis Olindensis, et protonotarium apostolicum *ad instar;*

Titularis episcopalis ecclesiae Themisoniensis R. D. Paulum Jedzink, canonicum metropolitanae ecclesiae Posnaniensis, quem constituit Auxiliarem Rmi Archiepiscopi Gnesnensis et Posnaniensis pro archidioecesi Posnaniensi;

Titularis episcopalis ecclesiae Polystiliensis R. D. Antonium Mönch, doctorem in s. theologia, quem constituit Auxiliarem Rmi episcopi Trevirensis;

Cathedralis ecclesiae Alatrinàe R. D. Michaelem Izzi, vicarium generalem dioecesis Ceriniolensis ;

Cathedralis ecclesiae Sinus Viridis R. P. D. Paulum Rhode, episcopum titularis ecclesiae Barcaeae et auxiliarem archiepiscopi Chicagiensis;

Titularis episcopalis ecclesiae Tipasitanae provinciae Numidiae R. D. Michaelem Gallagher, vicarium generalem episcopi Grandormensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Rmi episcopi Grandormensis;

Cathedralis ecclesiae Albanensis in America R. P. D. Thomam Cusack, hactenus episcopum titularis ecclesiae Themiscyraeae et auxiliarem archiepiscopi Neo-Eboracensis;

Titularis episcopalis ecclesiae Phaselitensis R. P, D. Iosephum Candidum Pinol et Batres, hactenus episcopum Granadensem;

Cathedralis ecclesiae Granadensis R. P. D. Canutum Reges y Balladares, decanum capituli cathedralis Leonensis.in America centrali;

Cathedralis ecclesiae Mutilanae R. D. Rogerium Bovelli, vicarium generalem dioecesis Tudertinae;

Cathedralis ecclesiae Burgi S. Domnini R. D. Iosephum Fabbrucci, parochum loci *Strada* in dioecesi Fesulana;

Cathedralium ecclesiarum Dunensis et Çonnorensis R. D. Iosephum Mae Rory, vice-praesidem et professorem S. Scripturae in collegio Maynoothiano ;

Cathedralis ecclesiae Linciensis R. D. Ioannem Gfoellner, s. theologiae pastoralis magistrum in seminario Linciensi;

Titularis episcopalis ecclesiae Troadensis R. P. Pacificum Monza, hactenus ministrum generalem Ordinis Fratrum Minorum et iam vicarium apostolicum Scopiensem;

Cathedralis ecclesiae Brigantiensis R. D. Iosephum Lopes Leide de Faria, presbyterum Bracharensis archidioecesis;

Titularis episcopalis ecclesiae Abbiritensis R. D. Ludovicum Van Dyck, e Congregatione Imm. Cordis Mariae de Scheut, vicarium apostolicum Mongoliae occiduo-meridionalis;

Titularis episcopalis ecclesiae Curiensis R. P. Angelum a Casóla Valsenio (in saeculo Iosephum Poli), ex ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, Coadiutorem cum futura successione episcopi Allahabadensis in Indiis orientalibus;

Cathedralis ecclesiae S. Petri et Arcis Gallicae seu Martinicensis R. P. D. Paulum Aloisium iosephum Lequien, Congregationis a Spiritu Sancto alumnum;

Cathedralis ecclesiae Tinensis et Miconensis R. D. Matthaeum Vido, vicarium capitularem eiusdem dioecesis;

Titularis episcopalis ecclesiae Abderitanae R. P. Theodorum Gordaliza, ex Ordine Praedicatorum, deputatum Coadiutorem cum futura successione vicarii apostolici Ton-Kin septentrionalis;

Titularis episcopalis ecclesiae Prienensis R. P. D. Franciscum Löbmann, canonicum decanum capituli S. Petri Budissae, vicarium apostolicum Saxoniae, administratorem praefecturae apostolicae Lusâtiae;

Cathedralis Ecclesiae Nicopolitanae R. P. D. Damianiim a Virgine Perdolente, in saeculo Ioannem Theèlen, sacerdotem professum Congregationis SSmae Crucis et Passionis D. N. I. C;

Titularis episcopalis ecclesiae Abritensis R. D. Ioannem De Vienne, e Societate Sacerdotum a Missione, vicarium apostolicum Ce-li meridio-occidentalis;

Titularis episcopalis ecclesiae Soliensis seu Sòliorum R. P. D. Leonardum Baumbach, iam episcopum Nicopolitanum.

iv. - SACRI PALLII EXPOSTULATIO ET CONCESSIO

Deinde Beatissimus Pater sacrum Pallium expostulatum concessit ecclesiis: *Ostiensi, Beneventanae, Tranensi et Barolensi, Chicagiensi, Adelaidensi, Sancti Bonifacii, Beginatensi, Winnipegensi,* et, ex privilegio, ecclesiis *Augustodunensi* et *Savonensi.*

Idem iam obtinuerant, praecedenti concessione pontificia, ecclesiae: *Venetiarum, Amalfitana, Salernitana, S. Francisci in California, S. Ioannis Terrae Novae, Chamberiensis.*

v. - TITULI CARDINALIBUS NUPER CREATIS ASSIGNATI

Tandem Beatissimus Pater assignavit:

Emo TONTI titulum presbyteralem Ss. Silvestri et Martini ad Montes ;
Emo MISTRANGELO titulum S. Mariae Angelorum in Thermis;
Eñio CAGLIERO titulum S. Bernardi ad Thermas;
Emo GUSMINI titulum S.* Susannae.

VERSIO AUTHENTICA

ALLOCUTIONIS HABITAE A SSMO DOMINO NOSTRO BENEDICTO PP. XV IN CONSISTORIO SECRETO DIEI 6 DECEMBRIS 1915.

Venerabili Fratelli,

Vi son note, senza dubbio, le difficoltà che C'impedirono di convocare prima d'ora il Sacro Collegio, e se oggi Ci è dato finalmente di rivedervi numerosi in questa nobile aula, non è perchè quelle difficoltà siano venute meno, ma perchè abbiamo temuto che da un ulteriore ritardo potesse soffrir danno il buon andamento di questa Curia Romana. Imperocché non pochi sono i vuoti che, sia nello scorso anno, sia in questo, si son successivamente verificati nel Sacro Collegio ; e se in ogni tempo al Romano Pontefice avrebbe recato dolore la perdita di consiglieri sì illuminati e di così fidi assistenti, tanto più abbiamo a dolercene Noi," che assumemmo il governo della Chiesa in questo periodo storico gravissimo.

Per fermo, nonostante che immense rovine si sian già accumulate pel corso di ben sedici mesi; nonostante che cresca nei cuori il desiderio della pace e alla pace anelino nel pianto sì numerose famiglie; nonostante che Noi abbiamo adoperato ogni mezzo che valesse in qualche modo ad affrettare la pace e a comporre le discordie, pur nondimeno questa guerra fatale imperversa ancora per mare e per terra, mentre, d'altra parte, sovrasta alla misera Armenia l'estrema rovina. Quella stessa Lettera, che neh'anniversario dell'inizio della guerra, indirizzammo ai popoli belligeranti ed ai loro Capi, quantunque avesse sì riverente accoglienza, non produsse tuttavia i benefici effetti che se ne attendevano.

Vicario in terra di Colui ch'è il *Re Pacifico,* il *Principe della Pace,* non possiamo non commuoverci sempre più per la sventura di tanti Nostri figli e non levare di continuo le Nostre braccia supplichevoli al Dio delle misericordie, scongiurandolo con tutto il cuore che si degni di porre ormai un termine colla sua potenza a questo sanguinoso conflitto. E mentre procuriamo, per quanto è da Noi, di alleviarne le dolorose conseguenze con quegli opportuni provvedimenti che vi sono ben noti, Ci sentiamo mossi dall'Apostolico ufficio ad inculcare nuovamente l'unico mezzo che possa presto condurre all'estinzione dell'immane

conflagrazione. Per preparare la pace, quale è ardentemente desiderata da tutta intera l'umanità, cioè una pace giusta, duratura e non profittevole ad una soltanto delle parti belligeranti, la via, che può veramente menare ad un felice risultato, è quella che fu già sperimentata e trovata buona in simili circostanze e che noi ricordammo nella medesima Nostra Lettera: che cioè, in uno scambio d'idee, diretto o indiretto, siano, con animo volenteroso e con serena coscienza, esposte finalmente con chiarezza e debitamente vagliate le aspirazioni di ciascuno, eliminando le ingiuste ed impossibili e tenendo conto, con equi compensi ed accordi se occorra, delle giuste e possibili. Naturalmente, come in tutte le controversie umane che vogliano dirimersi per opera dei contendenti medesimi, è assolutamente necessario che da una parte e dall'altra dei belligeranti si ceda su qualche punto e si rinunzi a qualcuno degli sperati vantaggi; e ciascuno dovrebbe far di buon grado tali concessioni, anche se costassero qualche sacrifìcio, per non assumere, innanzi a Dio e agli uomini, l'enorme responsabilità della continuazione d'una carneficina, di cui non vi ha esempio e che, prolungata ancora, potrebbe ben essere per l'Europa il principio della decadenza da quel grado di prospera civiltà, al quale la religione cristiana l'aveva innalzata.

Questi i sentimenti dell'animo Nostro riguardo alla guerra, considerata in ordine ai popoli che vi si trovano disgraziatamente impigliati. Se poi consideriamo gl' inconvenienti che dal conflitto europeo son derivati alla causa cattolica ed alla Apostolica Sede, ognun vede quanto gravi essi siano e quanto lesivi della dignità del Romano Pontefice. Già altre volte, seguendo le orme dei Nostri Predecessori, lamentammo che la condizione del Romano Pontefice fosse tale da non consentirGli l'uso di quella piena libertà che gli è assolutamente necessaria pel governo della Chiesa. Ma chi non vede che ciò si è reso tanto più evidente nelle attuali circostanze? Certo, non fece difetto a coloro che governano l'Italia la buona intenzione di eliminare gl'inconvenienti; ma questo stesso dimostra chiaramente che la situazione del Romano Pontefice dipende dai poteri civili e che, col mutare degli uomini e delle circostanze, può anch'essa mutarsi ed anche aggravarsi. Nessun uomo sensato potrà affermare che una condizione sì incerta e così sottoposta all' altrui arbitrio sia proprio quella che convenga alla Sede Apostolica. Del resto, neppur si potè evitare, per la forza stessa delle cose, che si verificassero parecchi inconvenienti di un'evidente gravità. Per tacer d'altri, Ci limitiamo ad osservare che taluni degli ambasciatori o ministri, accreditati presso di Noi dai loro Sovrani, furono costretti a partire per tutelare la loro dignità personale e le prerogative del loro ufficio: il che

importa per la Santa Sede la menomazione di un diritto proprio e nativo e la diminuzione d'una necessaria garanzia, del pari che la privazione del mezzo ordinario e più di ogni altro acconcio, di cui suole servirsi per trattar gli affari coi governi esteri. Ed a questo proposito dobbiamo rilevare con dolore come neh'altra parte belligerante sia persino potuto nascere il sospetto che Noi, per necessità di cose, nel trattare gli affari che riguardano i popoli in guerra, ci lasciamo oramai regolare e guidare dai soli suggerimenti di coloro che Ci possono far sentire la loro voce. Che dire poi della cresciuta difficoltà delle comunicazioni tra Noi ed il mondo cattolico, per la quale Ci si rese così arduo il poterCi formare quel completo ed esatto giudizio sugli avvenimenti, che pur Ci sarebbe stato così utile?

Ci sembra, o Venerabili Fratelli, che quanto abbiam detto fin qui basti a mostrarvi quanto cresca di giorno in giorno il Nostro dolore, sia perchè cresce spaventosamente questa carneficina di uomini, appena degna di secoli più barbari, sia perchè peggiora nel tempo stesso la condizione della Sede Apostolica. Abbiamo la certezza che voi, come partecipate alle cure e sollecitudini che C'impone l'Apostolico ufficio, così condividiate questa Nostra duplice afflizione: crediamo anzi che tutto il popolo cristiano faccia eco al Nostro dolore. Ma perchè dovremmo sgomentarci, quando il Principe dei Pastori Cristo Gesù promise che non avrebbe fatto mancar mai la sua assistenza alla Chiesa e molto meno nei momenti più ardui e procellosi? All'amatissimo Redentore del genere umano salgano dunque le nostre fiduciose preghiere, accompagnate da opere di carità e di penitenza, perchè Egli, ricco in misericordia, voglia affrettare il termine delle sofferenze tra le quali oggi l'umanità si dibatte.

Ma, ritornando all' argomento donde prendemmo le mosse, per colmare i vuoti fattisi nel Sacro Collegio, abbiamo stabilito di darvi oggi a colleghi uomini di eminenti virtù. Li abbiamo scelti in egual numero dall'uno e dall'altro clero; li abbiamo scelti fra coloro che con plauso e con successo o hanno governato le Chiese loro affidate o hanno rappresentato all'estero la Santa Sede; o si dedicarono alla cristiana educazione della gioventù o finalmente si affaticarono per estendere il regno di Cristo. I quali tutti teniamo per fermo che Ci saranno di giovamento colla loro solerzia e col loro senno per il maggior bene della causa cattolica.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM

CIRCA PRECES IN FINE MISSAE RECITANDAS

Quum in aliquibus locis et Dioecesibus dubium exortum sit: Utrum preces in fine Missae a Summo Pontifice Leone XIII praescriptae, adhuc sint recitandae, Sacra Rituum Congregatio respondendum censuit: Affirmative, servatis decretis et normis ab ipsa Sacra Congregatione traditis.

Atque ita rescripsit, declaravit et approbante Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XV, servari mandavit.

Die 24 novembris 1915.

A. CARD. VICO, *S. B. G. Pro-Praefectus.*

L.ÜBS.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DECLARATIO

S. Poenitentiaria ad dubitationes et controversias solvendas, quae apud nonnullos exortae sunt circa facultates ab eodem S. Tribunali, durante hoc bello, concessas Decretis diebus 18 decembris anni 1914, et 11 martii huius anni datis, adprobante Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XV, declarat praedictas facultates in illis locis territorii bellici (vulgo *zona di guerra)* tantummodo adhiberi posse, in quibus difficile sit fidelibus pro sacramentali confessione peragenda recurrere ad sacerdotes adprobatos a locorum Ordinariis, simulque sacerdotibus ad exercitum pertinentibus eosdem Ordinarios adire ad adprobationem obtinendam pro eorumdem fidelium confessione recipienda.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 4 decembris 1915.

GULIELMUS CARD. VAN ROSSUM, *Poen. Maior.*

I, *B* S.

I. Palica, *S. P. Secretarius.*

SAGRA ROMANA ROTA

MEDIOBURGEN.

CREDITI

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 20 aprilis 1915, BB. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de turno, in causa* Medioburgen. - Crediti *inter* Carolum Walker, *architectum, repraesentatum per legitimum patronum Vincentium Sacconi, advocatum, et* Patrem Priorem Communitatis S. Ioannis de Deo apud Scorton, *necnon* Patrem Provincialem eiusdem Communitatis *et* Procuratorem Generalem Ordinis S. Ioannis de Deo, *repraesentatos per legitimum patronum Hildebrandum Silvestri Faà, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Fratres e Familia religiosa a S. Ioanne de Deo instituta, qui apud Scorton, in dioecesi Medioburgensi situm, aegrotis curandis incumbunt, nosocomii aedes, quae parvae nimis pro crescente aegrotorum numero evaserunt, Provinciae Praesidis in Gallia commorantis accedente auctoritate, ampliandi atque fere de novo excitandi mense augusti 1908 consilium inierunt. Typum novi hospitalis exstruendi, a Fratre quodam Alexandro delineatum, architecto Carolo Walker Prior Communitatis tradidit, ut eumdem pro sua in arte architectonica peritia diligenter expenderet atque pretium operis exsequendi praefiniret. Examine peracto, iudicavit architectus die 25 augusti 1908 opus, iuxta typum sibi submissum, perfici potuisse pro summa minima 16,500 libellarum sterlingarum, seu pro libellis italis 412,500. Re relata Provinciae Praesidi, ipse typum Fratris Alexandri nimis sumptuosum censuit, prout Carolo Walker in epistola Fr. Pacomii Hughes diei 25 oct. 1908 nuntiatum est: « Le Père « Prieur vous fait dire que le plan du Rév. Fr. Alexandre a été jugé « trop riche et trop grandiose ». Declaravit dein architectus, die 30 octobris 1908, se proprio marte alium typum, scopo, prout sibi videbatur, magis congruum (ep. 10 nov. 1908) confecturum esse, quem, post colloquia cum Patre Priore habita (epist. 12 nov. 1908) rude tantum, iuxta eiusdem Prioris mandatum (ep. 31 ian. et 12 febr. 1909) exaratum, ad

eum misit ut iudicio Superioris Provincialis submitteretur, a quo tamen varias ob rationes reiectus est (ep. 1 mart. 1909; diar. Walker, 3 mart. 1909).

Architectus, vero, ab incoepto non destitit, sperans se typum quemdam idoneum producturum, qui plausum Patris Provincialis mereretur (ep. 2 et 3 mart. 1909), et manum operi admovit, approbante Patre Priore, dummodo, iuxta 'Praesidis Provinciae instructionem, typus tantum rudis et incomplete delineatus foret, donec conceptus quidam definitivus aedificii erigendi evolvi contigerit (ep. 12 mart. 1909): «Egli « (Superior Provincialis) desidera anche che io vi chieda di non preoc- « cuparvi troppo pei vostri piani, poiché, a suo credere, basterebbe un « semplice tracciato, finché non si sia venuto a qualche concetto defi- « nitivo ». Mense vero sequenti (ep. 9 aprilis 1909) Prior Communitatis architectum ab opere prosequendo dissuadet, donec decisio quaedam definitiva ab auctoritate provinciali haberetur. Mense iulii, deinde, architectus rogat P. Priorem ut a Superiore Provinciali impetretur facultatem sibi fieri opus prosequendi (diar. Walker, 9 iul. 1909); quin autem, quantum ex actis iudicari possit, optata facultas a Priore petita vel obtenta fuerit, ipsum typi delineationi incumbentem monet P. Prior nuntio telegraphico diei 11 augusti ut ab opere desistat, donec instructionem a P. Provinciali reciperet. Continuo precibus institit architectus apud P. Priorem, in scriptis primo (ep. 11 aug. 1909), dein ore prolatis (diar. Walker 14 aug.), ut typus ab ipso noviter excogitatus et iam fere ad unguem delineatus, ad Provincialem mitteretur, cum spe viva recreatus esset approbationem ipsius obtinendi. Annuit tandem P. Prior, sub conditione quod, typo approbato et opere eumdem exsequendi Carolo Walker commisso, iste honorariis pro peritia super typo Fratris Alexandri facta renunciaret (diar. Walker 14 aug. 1909). Typus, tamen, P. Provinciali submissus, reiectus fuit, uti architecto nuntiatum fuit in epistola P. Prioris diei 14 oct. 1909. Elapsis sex mensibus, Carolus Walker, dum iter, recreationis causa, ad Italiam peragebat, occasionem arripuit P. Provincialem Parisiis invisendi ipsumque circa propositum novi Hospitalis apud Scorton alloquendi, quo tempore instructiones ab illo accepit novum quemdam typum rude delineandi (diar. Walker, 16 et 17 mart. 1910), quem, in patriam reversus, fieri curavit, eumque Fratribus Scortonensibus tradidit Provinciae Praesidi transmittendum. Eo usque placuit Superiori Provinciali ut medio mense maii (ep. 14 maii 1910) architecto mandatum dederit ichonographiam definitivam delineandi iuxta typum primis lineis designatum, factis tamen quibusdam alterationibus, inter quas tertia contignatio in hoc typo incompleto aliena manu adiecta (notulae Walker, Summ., n. 101). Eodem tempore eum monuit P. Prior

pretium operis summam 16,000 libell, steri. (400,000 lib. ital.) attingere non debere (ep. 30 maii 1910). « Le Prieur me prie de indiquer eeci: si « dans le passé il a été question de dépenser L. 16.000 (steri.) sur les « constructions proposées, il ne peut pas en être question plus long- « temps, car nous n'avons pas cette somme. Tout ce que nous voulons « est un bâtiment simple et confortable ».

Vix delinéalos typos cum diagrammatibus, descriptionibus, etc., opportunis, eosdem Concilio Regionali apud Richmond, ad quod pertinet locus Scorton, architectus medio mense iulii (ep. 15 iulii 1910) exhibere voluit, ut operis exsecutioni nil obstare decerneret, quod sub conditione facili effectu decretum est. Paucos post dies, typis ad Provinciae Praesidem transmissis, Priori quaerenti propositi aedificii pretium (ep. 26 iul. 1910) respondet architectus (ep. 29 iul. 1910) summam Requiri 18.000 lib. steri., seu 450.000 lib. it.; de quo certior factus, P. Prior de nimio sumptu continuo conqueritur (ep. 31 iul. 1910), ob quem non obscure innuit novum typum a Consilio Congregationis Provinciali reiectum iri. Reapse nuntiatum est architecto, initio mensis septembris, decretum P. Provincialis, quo « nullam novarum aedium propositionem « Ordinis Praepositis acceptam fore, quae summam libell, steri. 14.000 « superaret ». Cum ex una parte architectus nullum medium videret sumptus diminuendi nisi molem diminuendo aedificii- erigendi (epist. 10 decemb. 1910), et ex alia parte parum fiduciae in architectum Fratres haberent, statuit P. Provincialis non amplius operam illius adhibere et ipsum rogavit ut summam pro operis iam praestitis et impensis factis sibi debitam declararet. Summam petiit architectus libell, steri. 500 (lib. it. 12,500), animadvertens, si Fratres huiusmodi summae solutioni non acquiescèrent, se paratum esse rem dirimendam subiicere arbitro cuidam perito de communi consensu utriusque partis electo. Arbitratu reiecto et consilio cuiusdam periti privatim audito, P. Provincialis summam obtulit solvendam libell, steri. 112. Nimis omnino parvam pro operis diu et abunde praestitis hanc summam aestimans, statuit architectus, ad creditum recuperandum, haud dissentiente Medioburgensi Ordinario, rem ad forum civile deferre.

Hic vero non paucas expertus est difficultates. Prior enim domus Scortonensis, cum quo rem totam tractavit, et qui etiam intermediarius fuit inter ipsum architectum et Provinciae Ordinis Praesidem, qui solus, audito suo Concilio, aedes erigendas decernere potuit, expleto officii termino, in Galliam redierat, extra territorium videlicet foro anglico subditum, et novus Pater Prior noluit sibi assumere coram tribunali onus debiti contracti. Imo, Fratres Scortonenses Praepositique Provin-

ciae renuerunt quamcumque personam designare, quae de debiti contracto in iudicio responderet. Citavit, igitur, architectus actualem domus Scortonensis Priorem cum quibusdam Fratribus, qui, cum proprium peculium non possiderent, a iudice primae instantiae mandatum petiit obtinuitque, ut illi tanquam personam gerentes Ordinis universi S. Ioannis de Deo haberentur. Contra huiusmodi mandatum Fratres appellationem interposuerunt et iudices secundae instantiae perpenderunt Familiam Religiosam S. Ioannes de Deo coram lege anglica ens iuridicum *(inoorporated Society)* non esse, ac proinde in iudicium vocari non posse, sed tantummodo singulos Ordinis socios tanquam individuos, pro parte ad ipsos in universo Ordine respective spedante, citabiles esse; et quamvis in lege anglica provisum sit ut singula quaedam membra Societatis, quae ut ens iuridicum seu persona moralis non habetur, per mandatum iudicis iuberi possint ut iura aliorum in ius non vocatorum defendant, eos, tamen, tales oportet esse, qui rite personam aliorum sociorum gerere posse iudicantur, quod de actualiter citatis in causa haud demonstratum esse iudices edixerunt, ac proinde Fratrum appellationem admiserunt, mandatum primi iudicis rescindentes, et mandarunt expensas omnes utriusque instantiae ab architecto actore solvendas esse. Paucos post menses, ab amicis ecclesiasticis certior factus de existentia Tribunalis S. R. Rotae, ubi ex gratia Summi Pontificis iura.sua prosequi posset, Carolus Walker recurrit ad S. Sedem, et, Commissione pontificia obtenta, causam instituit in primo gradu apud N. S. Ordinem. Citati Procurator Generalis Ordinis S. Ioannis de Deo necnon Prior Communitatis apud Scorton cum patrono actoris dubio sequenti concorditer subscripserunt: *An et quaenam summa architecto Carolo Walker debeatur, tum pro opere praestito, tum pro expensis, tum etiam pro damnis ex omissa vel dilata solutione in casu?*

Serius in iudicium vocatus P Provincialis contra dubium concordatum nihil habuit excipiendum.

Ad ius quod spectat. Quaestio praecipue agitur de locatione-conductione operarum. Locatio-conductio est « contractus quo quis pro certa « mercede, certae alicuius rei usum, vel operas, aut opus alteri acce« ptanti promittit» (D'Annibale, tom. % n. 485, ed. 3, cum communi; Reiff., lib. 3, tit. 18, n. 2). Locati labores architecti ad speciem pertinent locationis operarum, potius quam operis, ut ex modernis Communitatoribus in ius romanum liquet. Ita Pacchioni *(Mit. di diritto commune,* pag. 570) : « Si ha *locatio operarum,* quando una delle parti (detta " loca« tore „) si obbliga a prestare una certa quantità di lavoro ... all'altra

« parte (detta " conduttore „), affinchè questo se ne valga secondo il con-
« venuto. Si ha invece *locatio operis* quando una delle parti, che, con
« termine non romano, possiamo chiamare " imprenditore „, si obbliga
« di fronte all'altra (che vien detto nelle fonti *conductor)* e che moder-
« ñámente chiamasi "committente „, a compiere una certa impresa che
« richiede una certa quantità di lavoro ». Et Bertolini *(Appunti di diritto commune,* pag. 704) : « Entrambe *(locatio operarum et locatio operis)* con-
« templano e presuppongono il lavoro, l'attività altrui; ma la *locatio ope-*
« rarum ha per oggetto il lavoro *in se,* i servigi come tali *(operae),* pre-
« scindendo dal prodotto o risultato che ne derivi (tante giornate di
« lavoro di un domestico o di un operaio: idemque dicendum de operis
« medici, advocati, architecto ecc.); la *locatio operis,* viceversa, ha per
« oggetto appunto il risultato o prodotto del lavoro *(opus),* prescindendo
« dal lavoro come tale (la costruzione di una casa, ecc.) ». Verbis enim *opere locato-conducto* in iure romano significatur ex opere facto corpus aliquod perfectum (L. 5, § 1, § *De verb. signif.,* 50, 16; Paul. 2, ad edict.). Quoad locationem vero operarum docet Carocino *(De locato et conducto,* pag. 285, conci. 48): « Saepe occurrit sermo operarum in ... locati-con-
« ducti materia, in quarum divisione varii fuerunt antiqui et recentiores
« iuris interpretes; quidam enim duas tantum constituunt species, offi-
« ciales nempe et artificiales ... artificiales, quas nonnulli fabriles appel-
« lant, quae alicuius artis propriae sunt, ut medicus, pictor et similis ».

Quoad quantitatem mercedis, ubi nihil expresse in pacto statuitur, maxime attendenda est consuetudo locorum. Merces certa esse debet, ait D'Annibale (1. c), « vel in se, vel relate ad aliud, vel *ex moribus regionis »;* et Reiff. (1.. c, n. 109) : « in pensanda mensura iusti pretii, ad id quod in
« aliquo loco communiter fit, et iustum 'aestimatur, omnino attendere oportet » (arg. 1, *Pretio rerum,* ff. ad Leg. Falcidiam; Molina et Cárdenas, loc. cit.; D'Annibale, tom. 2, n. 442; Lessius, II, 24, 23; Molina, D. n. 506).

Locator vero qui opus negligenter peregit, vel laborem debitum omisit, vel non debito modo praestitit, pro rata laboris omissi vel non debite praestiti remittere debet de mercede relativa, prout habet Reiff. (loc. cit., n. 86) : « Hi omnes ex iustitia obligantur iuxta locationis-con-
« ductionis tenorem fideliter praestare operas et labores locatos, ita ut
« pro rata laboris debiti omissi vel negligenter peracti (quatenus non
« pervenit ad gradum intimum iusti laboris) tenentur remittere vel iam
« acceptam restituere » (Navarrus, *Manual.,* cap. 17, n. 197; Molina, disp. 944, n. 9; Sylvester, v. *Locatio,* qu. 12; Bonacina, *De contract.,* disp. 3, q. 7, punct. 4, n. 1, et communis aliorum, arg. 1, § 6, ff. h. t. et 1 fin. cap. *de condicto ob causam).* Ratio patet quia merces et stipen-

dium datur ob labores et operas; consequenter si hi non omnino vel non debite praestantur, pro rata laboris omissi, vel non debite praestiti, mercedem remittere vel restituere debent (cf. Lessius, *De iust. et iur.*, lib. 2, cap. 24, n. 30).

Quod ad regulam spectat dimetiendi negligentiam locatoris operarum, communis sententia Doctorum est eum teneri « de culpa lata, et « de levi, non autem de levissima, nec de casu fortuito ; eo quod con« tractus sit in commodum utriusque » (Lessius, *De iust. et iur.*, lib. 2, cap. 24, n. 30; cap. 6, dub. 8). Lata autem culpa, iuxta iurisperitos, est omissio diligentiae, quam adhibere solent etiam desidiosi, seu, ut dicitur L. 223 D. *De verb. signif.:* « Latae culpae finis est non intelligere quod « omnes intelligunt ». Item (L. 213, n. 1, eod. tit.) : « Culpa levis est omissio « diligentiae, quam communiter adhibere solent homines diligentes, aut « boni et prudentes patres familias » (cfr. Rota, *Turonen. - Solutionis* coram Many).

Ad factum quod attinet. - Non est dubium quin architecto Carolo Walker aliquid debeatur tum pro operis praestitis tum pro expensis ab eo solutis, uti Fratres ipsi tacite admiserunt in petitione architecto nomine P. Provincialis facta die 11 aug. 1911, ut summam pro labore praestito necnon expensis sibi debitam exponeret. « Le Père Provincial me «prie, etc.... A sa demande, je dois vous demander de nous envoyer, « aussitôt que possible, le montant de tout ce que vous est dû pour vos « différents croquis ainsi que tous vos frais de voyage jusqu'à ce jour ». Eadem tacita admissio habetur in summa spontanee a P. Provinciali oblata ad debitum exstinguendum : « Le. Provincial me dit de vous don« ner L. st. 100 plus L. st. 12, 10, 0, comme frais de voyage, en règle« ment de votre compte » (ep. 5 nov. 1911). Praeterea, ex epistolis Fratrum passim colligitur mandata architecto fuisse commissa ad operas suas praestandas, et ab illo pacta mercede iuxta normas consuetas fuisse accepta, quod ad validitatem sufficit contractus, qui nulla forma determinata iniri iubetur.

Quaestio, igitur, reducitur ad mensuram summae determinandam architecto debitae sive pro operis praestitis sive pro expensis et damnis praetensis. Et primo de debito ex operis praestitis vel labore ab architecto peracto agendum est.

Architectus pro operis praestitis summam praetendit lib. st. 462.10.0 (lib. it. 11,562,50) utpote portionem $2^1/_2$ per cent, valoris aedificii consulendi, pro quo typos completos delineavit, iuxta regulam nonam « Regularum circa honoraria, etc. architectorum ab Instituto Regali

« Architecturam Britannicorum decretarum, quae ab Associatione Archi-« tectónica Angliae Septentrionalis confirmatae sunt ». Regula nona ita sonat: « Si l'architecte a dessiné entièrement le projet approuvé avec « plans, élévations, cahiers de charge, la rémunération est la moitié « de la commission sur le coût estimé». Et regula prima habet: « La « rémunération usuelle pour les services d'un architecte, est une com-« mission de 5°)₀ sur le coût total des travaux exécutés d'après les « projets ».

Notandum est in dicta regula nona agi de typo definitivo *approbato* « le, projet approuvé », nempe de typo, qui a persona, ad quam spectat iudicium ferre, tamquam definitivus acceptus est, iuxta quem aedificium est construendum. Iamvero ex actis, non constat typum a Carolo Walker delineatum fuisse approbatum, sed potius contrarium.

Clare et pluries ab initio ad finem negotiorum intimatum est architecto a P. Priore et aliis fratribus Communitatis apud Scorton iudicium definitivum de aedibus erigendis non ad ipsos spectare sed ad P. Provincialem, seu, quod eodem redit, ad Superiores in Gallia commorantes.

Ita epistola Prioris diei 24 augusti 1907: «I nostri Superiori in « Francia non sono ancora venuti a nessuna decisione riguardo alla « progettata fabbrica ». Ep. Fr. Alexandri, diei 22 sept. 1908: « Siamo in «attesa della risposta deíinitiva del nostro Provinciale, e appena 1' af-« fare è conchiuso, io o il Priore ve ne informeremo ». Ep. P. Prioris, diei 9 aprilis 1909: « Le Provincial n'a pas envoyé les plans, quoique il « ait écrit depuis. Il désire la cuisine placée, etc. ... L'emplacement de « la cuisine comme il le désire, aura de très grands inconvénients..... « Cependant dès qu'il m'écrira s'il y a quelque chose valant la peine « de vous déranger, je vous le ferai savoir ». Eiusdem epistola diei 11 aug. 1909: «Je regrette de vous dire que je crois inutile de conti-« nuer les desseins jusqu'à ce que j'aie consulté le Père Provincial à « nouveau. J'ai peur qu'il ne soit pas très satisfait, comme vous ne tenez « pas compte de ce qu'il désire ». Alia Prioris epistola diei 14 octobris 1909: « Je regrette infiniment d'avoir à dire que le Rév. Père Pro-« vincial ne peut pas approuver votre dernier plan ». Die 27 nov. 1909 scribit P. Prior: « En main votre c. p. Je n'ai rien reçu de définitif de « France; les choses semblent être arrêtées. J'ai peur que ce ne soit « que perdre votre temps si vous venez à Scorton maintenant, mais « aussitôt que j'aurais des nouvelles, j'aurai le plaisir d'aller vous voir « moi-même à Newcastle ». Idem elucet ex aliis epistolis diei 12 martii an. 1909 (Summ. Frat., p. 9), 8 aprii. 1910 (Summ., p. 38), 14 maii 1910 (Summ., p. 39).

Carolus Walker quoque apprime intellexit nonnisi a Superiore Provinciali typum aedificii construendi definitive approbari potuisse, ut ex epistolis et diariis eius plane constat. Scribit, ex. gr., in diario suo die 23 oct. 1909 (Sum., pag. 31): « Le Provincial, en rejetant notre dernier « projet, revenant sur celui de Frère Alexandre, et remarquant, etc. ... « n'avait pas donné de raison, mais le Prieur pensait que la peur que « notre proposition demandât une nouvelle église était au fond la rai- « son de refus. Néanmoins le Prieur insistait pour les constructions « parallèles à la route, et en communication, voulant combattre, comme « il disait. Il attendait la réponse et pendant ce temps je ne pouvais « rien faire ».

Idem elucet ex aliis in diario suo notatis et ex epistolis ab eo scriptis: ep. 12 nov. 1908 (Summ., p. U); ep. 2 mart. 1909 (Summ., pag. 17); diar. 3 mart. 1909 (Summ., p. 17, 18); ep. 3 mart. 1909 (Summ., p. 18, 19); ep. 3 mart. 1909 (Summ., p. 17, 19); ep. 12 mart. 1909 (Summ., p. 20); ep. 11 aug. 1909 (Summ., p. 24); diar. 14 aug. 1909 (Summ., p. 25); ep. 23 sept. 1909 (Summ., p. 29); diar. 16 et 17 mart. 1910 (Summ., p. 34, 35); ep. 18 aprii. 1910 (Summ., p. 37); ep. 20 iulii 1910 (Summ., p. 50).

Die 4 sept. 1910 primo nuntiatum est architecto iudicium Superioris Provincialis de typo ultimo sibi submisso, nempe: « il indique dis- « tinctement qu'aucun plan dépassant la somme de L. st. 14.000 ne pourra « être accepté parles autorités de notre Ordre ». Typus, scilicet, a Carolo Walker delineatus reiectus est ob pretium aedificii nimis impendiosum.

At urget actoris patronum typum fuisse iam in antecessum approbatum die 14 maii 1910 in epistola Fr. Flaviani Léonard, ubi legitur: « Maintenant les plans doivent être exécutés suivant les derniers croquis », vel saltem die 16 iunii 1910, quando idem Frater nuntium scriptum misit: « Après mûre considération nous avons décidé de suivre votre « plan, et avoir un toit d'ardoises partout, excepté sur les escaliers, et « l'ascenseur de l'aile est, comme vous l'avez proposé vous-même. Il n'y « aura maintenant plus d'obstacle vous empêchant de continuer vos « plans ... ». Quod confirmatum videt in epistola P. Prioris die 17 augusti 1910, ubi ait: » Je considère votre estimation minimum, et je ne plains « pas qu'elle soit de L. st. 18.000, considérant l'étendu du bâtiment, etc., « tout au contraire, j'approuve également vos derniers plans ». Siquidem nonnisi per Fratres Scortonenses instructiones P. Provincialis architecto ordinarie patefactae sunt, ac proinde prudenter praesumere potuit eos P. Provincialis auctoritate rite fuisse instructos.

At clare patet nec in epistola 14 maii nec in illa 16 iunii agi de approbatione typi definitivi erigendarum aedium, cum ex utraque con-

stet hunc typum nondum fuisse exaratum. In epistola 14 maii dicitur typos *delineandus esse* iuxta typum ultimum adumbratum (« croquis », « sketch »), qui eo tempore nondum a Gallia transmissus fuerat (ead. ep. in fin.); et in epistola 16 iunii vocabulum « plan » in contextu: « nous « avons décidé de suivre votre plan, et avoir un toit d'ardoises partout » non ad typum aedificii, sed ad *propositum* referunt architecti, ut tectum aedificii ex schisto lapide *(ardoises)* integre fieret, potius quam alio modo, quaestio de qua agebatur in prioribus epistolis dierum 17, 30 et 31 maii. Praeterea, in epistola eadem 16 iunii dicitur nihil nunc obstare quominus architectus in typis delineandis prosequi posset, quod profecto ostendit eosdem nondum fuisse completos, ac proinde iudicio definitivo nondum submissos.

Quod autem habet P. Prior in epistola 17 augusti 1910, ad approbationem typi Superioribus submissi detorqueri nequit, nam dum pretium L. st. 18.000 hau'd excessivum putat, ratione habita aedificii tanta mole extensi, recise affirmat pretium praefinitum omnino excedere vires communitatis pecuniarias, quod quisque videt obstaculum insuperabile fuisse quominus typus approbari posset, prout ipse P. Prior in epistola diei 31 iulii 1910 non obscure indicavit, simul innuens, quod ceteroquin architecto non latebat, non ad ipsum Priorem spectare approbationem typi concedere, sed ad Superiores in Gallia: verba eius sunt: « Sono « dolente di dovervi dire che il mio animo non è affatto tranquillo rela- « tivamente al costo approssimativo dei nuovi edifici, che voi mi avete « inviato con telegramma e lettera ... Le nostre autorità in Francia « devono avere qualche cosa di meno costoso, prima che possano venire « ad una decisione ». - « J'approuve également vos derniers plans, mais « ici vient la question: avons-nous les moyens de supporter le coût de « l'entreprise? Non, nous ne sommes pas préparés à dépenser plus de « L. st. 14,000 pour l'extérieur, et cette somme doit comprendre toutes « dépenses, honoraires, etc. » (ep. 17 aug. 1910). Ideoque non ex mutato animo, sed in eodem sensu, scribit Prior in ep. diei 10 octobris 1910: « Desidererei richiamare la vostra attenzione su un paragrafo della vostra « lettera, nella quale dite che i vostri progetti attuali sono stati appro- « vati da me. Voi siete interamente sotto una falsa impressione. Io non «ho mai approvato nessun piano. Al contrario, io vi ho sempre ripe- « tuto che nessun piano può essere sanzionato senza l'approvazione « del Provinciale, e che non verrebbe approvato da lui nessun piano il « quale non potesse essere eseguito per la somma a sua disposizione ».

Deficiente vero approbatione definitiva typi delineati, non est locus provisioni regulae nonae citatae de honorariis architectorum; praetensio,

igitur, architecti ad recipiendam mercedem in ratione 2 Va per centum super pretio operis exsequendi, cuius typum delineaverat, tamquam infundata reiicienda est.

Si architectus ius haberet ad mercedem pro typo definitivo approbato, huiusmodi summa etiam labores antecedentes, qui tanquam praeparatorii habendi fuissent, iuxta normam consuetam satis rependisset: at, denegata tali mercede, huiusmodi labores iam independenter compensandi sunt, quatenus de mandato Fratrum peracti; et quam ardui et diuturni fuerint demostrant typi plurimi, diagrammata, etc., N. Tribunali in actis exhibita. Pro iis ex ***Regulis honorariorum architectorum*** nulla certa norma desumi potest, sed plures viri, in re architectonica periti, qui magna pollent existimatione, inspectis typis confectis, et commercio epistolari architectum inter et Fratres Scortonensés, votum singillatim ediderunt, quo mercedem a Carolo Walker pro labore exantlato postulatam, iustam esse declararunt. Isti sunt Arthurus B. Plummer, olim praeses Associationis architectorum Angliae Septentrionalis; G. Milburn, praeses eiusdem Associationis ann. 1912-1914; J. H. Morton, olim huius Associationis praeses; R. Burns Dick, Associationis praefatae praeses an. 1914; Walton Taylor, dictae Associationis praeses an. 1903-1904; G. Brown, olim huius Associationis praeses; H. C. Charlewood. Scribit, ex. gr., D. Milburn: « Io ho esaminato con la maggior cura il « complesso dei piani che voi preparaste per l'ingrandimento dell'ospe- « dale di S. Giovanni di Dio a Scorton, vicino a Richmond. Io ho anche « esaminato le lettere ad essi relative, e non esito a dire che le vostre « competenze ammontanti a L. st. 500 sono chiare ed esatte, e in accordo « con le tariffe secondo l'uso professionale, come anche con le compe- « tenze che praticano gii architetti del R. Istituto degli architetti inglesi « e l'Associazione di architettura del Nord ».

Magni faciendae sunt in re nostra huiusmodi declarationes peritorum, cum mercedem petitam consentaneam esse regulae consuetae affirment: consuetudo enim locorum, ut in supradictis de iure assertum est, normam iustae mercedis constituit. Attamen, audita una tantum parte, iudicium tulerunt, ac proinde debite aestimari nequibant an opus praestitum mandato accepto responderit, an diligenter servatae fuerint instructiones datae: nam operae locantur nonnisi in quantum conducuntur, et pro rata negligentiae in mandato explendo diminuenda est merces debita, prout superius expositum est.

Sumendo, itaque, summam L. st. 500, detractis expensis, tanquam iustam mercedem, iuxta sententiam peritorum, pro operis rite praestitis, videndum nobis est an architectus a Fratribus mandatum sive expli-

citum sive implicitum habuerit integros hosce labores explicandi, atque an architectus, in opere praestando, instructiones acceptas neglexerit, ita ut ob hanc negligentiam aliquid detractum fuerit operarum suarum utilitati. Pro carentia mandati saltem impliciti et pro rata negligentiae per culpam latam vel levem in instructionibus implendis, ex quo damnum sequitur vel utilitas operarum imminuitur, in tali mensura, prout moraliter aestimari potest, detrahendum est quantitati iustae mercedis pro operis rite praestitis assignatae.

Categoricam conditionem architecto constituit P. Prior respectu typi definitivi delineandi in epistola diei 30 maii 1910, quod, nempe, pretium integrum aedificii construendi summam L. st. 16,000 attingere non deberet: verba epistolae Fr. Flav. Léonard, Prioris nomine scripta sunt: « Maintenant le Prieur me prie de indiquer ceci: si dans le passé il a « été question de dépenser L. st. 16,000 sur les constructions proposées, « il ne peut pas en être question plus longtemps, car nous n'avons « pas cette somme. Tout ce que nous voulons est un bâtiment simple « et confortable ». iamvero pretium operis iuxta typum exsequendi, ab architecto praefinitum, erat L. st. 18,500, uti ipse serius affirmavit, cui honorarium architecti in ratione 5 per cent, huius pretii, ad normam regulae primae *Honorariorum architectorum* adiungendum erat : summa videlicet L. st. 925. Loco, igitur, pretii infra L. st. 16,000, habetur pretium L. st. 19,425, cum substantiali differentia L. st. 3425. Sufficienter indicatum est a P. Priore in pretio infra L. st. 16.000 comprehendi honorarium architecto debitum ubi dixit: « Nous n'avons pas cette somme ».

At, respondet patronus actoris, maiorem partem huius pretii excessivi deberi tertiae contignationi, quae iuxta peritiam dñi J. Walton Taylor aestimanda est in summa L. st. 2765, et cellis subterraneis, quae additamenta post mandatum acceptum ad typum definitivum delineandum a Fratribus adiecta sunt. Erronea vero est contentio, haec additamenta in primitivo mandato non contineri, cum architectus apprime sciverit vel scire debuerit haec iam adiuncta fuisse tempore quo mandatum accepit ad typum definitivum pro aedificio redigendum pretio minore L. st. 16,000. Hic typus, enim, delineandus erat iuxta ultimum typum adumbratum (« suivant le dernier croquis », ep. 14 maii 1910), cum correctionibus indicatis, inter quas apparebant et tertia contignatio et cellae subterraneae praedictae, ut ipse in declaratione sua iurata die 26 sept. 1914 affirmat: « Quando mandai via i disegni (typos primis «lineis confectos) essi mostrarono un piano terreno ed un piano supe- « riore nella parte est dell'edificio e nella sua ala sanitaria. Quando mi « furono ritornati mostrarono un piano in più in detta parte e cantine

« sotto una parte del blocco della cucina. Essi portavano delle note con « inchiostro rosso di una scrittura a mano, e note fatte con la matita, « che sembravano apparentemente di un' altra scrittura ». Ceteroquin hic modus corrigendi typos rddes iudicatus fuit ab ipso architecto in epistola 12 martii 1909 respectu prioris typi: ait: « Si le Provincial au « reçu de ces prochains plans trouve que ceux-ci ne répondent pas à « ses idées... voudrat-t-il avoir la bonté de déchirer un peu du dessin et « tracer rapidement quelques esquisses que je m'efforcerai de rendre ». Responsio etiam Prioris quaesito architecti de tertia contignatione diei 17 et 22 iunii ostendit non agi de additamento noviter facto: « Le révé« rend P. Prieur me prie de vous dire... Vous avez naturellement pré« sumé correctement quant au nombre d'étages dans l'aile est ». Imo patet ex epistola architecti diei 31 maii 1910 eum eo tempore iam intellexisse tertiam contignationem esse adiungendam, in qua scribit: « Il « me semble juste de vous rappeler que je crois très improbable, si « même possible, d'effectuer des changements aussi radicaux, comme « l'addition d'un troisième étage au bloc est et la substitution d'un toit « couvert avec acier, vulcanite et sable et gravier au bloc central dans « une dépense de L. st. 16,000. Je vous le rappelle pour que personne « ne puisse penser un seul instant que je vous encourage, pour trouver « faute quand il est trop tard pour y remédier. Il vaut mieux construire « moins et être satisfait à la fin, que plus et être désappointé et avoir « des dettes ». Ex hoc architecti monito concludere debebant Fratres ipsum sollicitum fuisse typum intra limites pretii conventi continere; et cum de duobus additamentis ageretur, de tecto scilicet ex ferro, vulcanite et arena composito, et de tertia contignatione, pro quibus coniunctis « vix possibile » duxit pretium aedificii restringi ad summum Lib. steri. 16,000, quin quantitatem excessus in pretio magis determinate assignaverit, priori addimento Fratres renunciaverunt in epistola 16 iunii 1910, et cum nihil ulterius obiectum fuerit ab architecto, prudenter praesumere potuerunt pretium aedificii cum tertia contignatione summam conventam non esse excessurum.

Quod ulterius confirmatur ex admiratione animi P. Prioris, quam, vix certior factus de pretio novi aedificii iuxta aestimationem architecti, continuo expressit in Uteris 31 iulii 1910: « Sono dolente di dovervi « dire che il mio animo non è affatto tranquillo relativamente al costo « approssimativo dei nuovi edifici, che voi mi avete inviato con tele« gram m a e lettera. Voi senza dubbio sapete che il primo progetto (di « Fr. Alessandro) fu considerato troppo grandioso, essendone la stima « di L. st. 16,000. Ed ora la vostra stima è di L. st. 18,000 ».

Urget vero actoris patronus ex alia parte praesumi posse Fratres aucto pretio eonsensisse, dum statuebant, iuxta epistolam 16 iunii 1910, novas aedes per partes erigere, prout pecunia suppetebat: scribit enim Fr. Flav. Léonard : « Alors nous commencerons à construire la cuisine « et l'aile est, et si après il y de l'argent en main, le bâtiment centrai « pourra être aussi érigé ». At hisce verbis non revocatur mandatum die 30 maii nomine P. Prioris categorice expressum.et intelligi debent de erogatione graduali summae totalis L. st. 16,000, quae haud integra forte prae manibus esset. Pretium enim partis orientalis aedificii iuxta architectum erat tantummodo L. st. 10,000: « Le coût de vos bâtiments «complets, comme ils ont été dessinés, en dernier lieu, serait. proba- « blement de L. st. 18,000, et celui des blocs de l'est et des cuisines « L. st. 10,000 » (ep. 29 iulii 1910, summ. pag. 51). Loquitur, itaque, Fr. Léonard de hypothesi, quod postquam impensae fuerint lib. st. 10,000, forte mora aliqua intercedere debet antequam alia pars summae prae- finitae (lib. st. 16.000) adhiberi possit.

Remanet, igitur, factum quod operarum locator mandato condu- ctoris in parte substantiali non obtemperavit, ob excessum pretii pro aedibus iuxta typum erigendis, et ideo typus delineatus, non omnino, sed pro magna parte, Fratribus conductoribus inutilis evasit.

Quaestio minoris momenti est quod architectus in typis rudibus delineandis mandatum a P. Provinciali accepit ut in gradu mensurae 1/16 conficerentur, prout ipse Walker in ep. 20 mart. 1910 fatetur, sed contra mandatum in ratione 1/8 eosdem exaravit (ep. Walker diei 18 aprilis 1910). Ex substituto maiori gradu nullum damnum senserunt Fratres, cum typi maiores scopo aequaliter, vel melius responderint, sed ad pretium maius, quod typis maioribus ordinarie congruit, non tenentur, cum contra mandatum expressum adhibiti fuerint.

Quod ad laborem attinet architecti circa typum dictum « Fratris Alexandri », et proposita quaedam alternativa, ambitum mandati a Fra- tribus dati praecipue ex *scriptura privata* diarii Caroli Walker scire possumus, quae, ut ait De Luca *(De Iudic,* disc. 29, n. 20, 4), contra scribentem probat, minime vero contra tertium. Satis colligitur ex diario (10 nov. 1908) architectum excessisse mandatum per nimium laborem explicatum ; scribit enim : « Le Prieur se rapporta à la lettre du Fr. Pa- « come Hughes (die videlicet 25 oct. 1908), ubi legitur: " Le Père Prieur « vous fait dire que le plan du Rév. Fr. Alexandre a été jugé trop « riche et trop grandiose, me disant la non-satisfaction de son supé- « rieur au sujet du projet du frère Alexandre. Et j'expliquai que je ne « savais que ceci se rapportait à plus que les détails tels que vérandas

« ei balcons, que je suspectais le Prieur lui-même désapprouverait; que « j'avais cru que les plans du projet du Fr. Alexandre m'avaient été « donnés par le Prieur pour y travailler de façon à en faire sortir les « avantages et les désavantages, ce que j'avais entièrement fait sur les « plans que j'avais présentés ». Huiusmodi typi describuntur in epistola architecti diei 12 nov. 1908: « Six grands dessins a l'échelle d'un hui- « tième de pouce, étant les plans d'élévations, et de sections en détail « du projet du frère Alexandre ». Ius non habet architectus ad pretium consuetum pro huiusmodi typis, nisi clarum mandatum, saltem implicitum, ipsi datum fuerit, eosdem conficiendi, cum in epistola diei 25 oct. 1908 expresse dicatur nomine P. Prioris illum typum Fratris Alexandri nimis sumptuosum iudicatum fuisse, ac proinde practice reiectum. Clarum vero mandatum architectus non habuit, ut patet ex diario citato, nam certe ad illud provócasset in colloquio cum P. Priore, qui reiectionem typi a Fr. Alexandro propositi a P. Provinciali iam factam opposuit.

Proposita alternativa architecti sunt: « Cinq trous à une échelle « d'un seizième étant les suggestions alternatives basées sur les idées « générales du plan du Fr. Alexandre et sur d'autres idées que j'ai « compris vous désirez voir sur le papier ». Pro huiusmodi typis rude confectis architectus non praetendit se mandatum Fratrum habuisse, sed proprio marte illos confecit, ut iri nota diarii sui diei 10 nov. 1908 fatetur: « J'expliquai... que j'avais pendant ce temps recherché et soumis « des croquis d'autres propositions, plus en rapport avec les idées mo- « dernes, que j'y soumettais, et pleinement expliquais, et il (P. Prieur) « en parut intéressé ». Nihil vero architecto deberi ex stricto iure pro hisce typis proprio marte exaratis procul dubio est, cum sine ullo mandato, etiam implicito, confecti sint, neque postea a Fratribus sint acceptat!. Nec nimis mirandum videtur architectum operam suam aleae periculo exponere voluisse, cum se satis compensatum reputare potuerit spe obtinendi mandatum definitivum novas aedes erigendi.

Verum mandatum autem suscepit architectus a P. Priore typum quemdam a Fratre primis lineis adumbratum enucleandi, sed sub conditione « de laisser les dessins ébouchés, c'est-à-dire de ne pas passer « trop de temps et faire plus de travail qu'il était nécessaire » (diar. Walker, dieb. 18-19 ian. 1909), et sine diagrammatibus aspectum verticaiem aedificii exhibentibus. « Vous m'avez demandé de ne pas pré- « parer les élévations et sections, et avez dit que les plans grossière- « ment faits vous suffiraient » (ep. ad P. Priorem diei 12 feb. 1909). Huiusmodi typi, rude confecti, quinque fuerunt, ut ex eadem epistola

discimus, et pro iisdem debetur merces consueta, utpote iuxta mandatum confectis; epistolae enim Caroli Walker diei 12 feb. 1909 P. Priori missae, ubi huiusmodi mandatum se accepisse nuntiat, Prior nihil opposuit.

Reiectis a P, Provinciali typis hucusque propositis, architectus alia proposita, iuxta epistolam 1 martii 1909, aggreditur, pro quibus sufficiens mandatum ad typum rudem faciendum illum habuisse ex actis apparet: nam scribit P. Prior die 12 martii 1909: «Egli (P. Provin- « ciale) desidera anche che io vi chieda di non preoccuparvi troppo dei « vostri piani, poiché, a suo credere, basterebbe un semplice tracciato, « finché non si sia venuto a qualche concetto definitivo ». Die 3 aprilis 1909 iterum scribit P. Prior: « Je ne vois pas que vous pourriez être « de quelque assistence pour le moment, au moins jusqu'à ce que « quelque arrangement définitif ne soit pris ». Die 9 iulii, tamen, petiit architectus ut a Superioribus in Gallia instructiones acciperet ut in typis delineandis prosequi posset. Notat architectus in diario diei 13 iulii 1909 instructiones se recepisse a P. Priore ut typos compleret. Priori vero titubanti et timores exprimenti die 12 aug. (vide ep.), tandem die 14 aug. persuasit ut sineret typos ad P. Provincialem transmitti. De facto Prior typos P. Provinciali remisit, et die 14 oct. 1909 (vide ep.) architecto nuntiavit eosdem reiectos fuisse.

Nonnisi precibus,, forte importunis, architecti cessit P. Prior, et confectioni huiusmodi typorum consensit: tamen, huiusmodi consensus mandato aequivalet, ac proinde nihil obstat quominus architectus pro operis praestitis mercedem consuetam accipiat.

Summa ab architecto postulata pro impensis factis, pro itineribus et pro situ mensurato admittendae sunt, siquidem utiles quaedam, aliae necessariae fuerunt ad acceptum mandatum adimplendum. Impensae, vero, pro typis Consilio Regionali apud Richmond submissis haud iure admittendas esse censuerunt Patres, quia, licet huiusmodi typorum exhibitioni P. Prior acquieverit, consensum tamen dedit, factum substan^ tiale ignorans, quod huic typorum exhibitioni fere omnem utilitatem detraxit, de quo etiam illum certiorem facere architectus debuerat: factum substantiale, nimirum, excessus in pretio aedificii iuxta typum erigendi, quod omnino obstabat quominus typus ipse a Superioribus Ordinis approbari posset. Damnum, igitur, sicut culpae tribuendum est architecto, et ipse pati debet.

Damnum, autem, ab architecto passum in foro civili ex sententia adversa iudicum, Religiosi reparare non tenentur, cum iure suo usi sint iuxta legem civilem ad sese defendendos contra praetensionem exces-

sivam architecti pro operis ab eo praestitis. Hic tenet regula 56 de ***Reg. Iuris,*** in 6: « Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis « imputare ». Potuit immediate ad S. Sedem recurrere, quin sortem tentaret litis in foro civili, et si hanc viam sibi apertam esse ignoraverit, ignorantia sibi imputanda est, non Fratribus, qui viam indicare non tenebantur.

Cum vero solutio dilata sit ultra diem debitum, foeneris pecuniae a tempore solutionis debitae ratio haberi debet in pretio solvendo, iuxta doctrinam communem sic a Reiffenst. expositam, lib. 3, tit. 18, n. 91: « Tenentur (conductores) debito tempore fideliter solvere integrum con- « ventum pretium. Omnes. . . tenentur etiam ad usuras et interesse si «sunt in culpabili mora solvendi (1. Praeses, 17, c. h. t___); idem die « de honesto lucro cessante ». Fratres, enim, summam, ad debitum exstinguendum, nonnisi inadaequatam prorsus offerentes, quin illam, inspectis peritorum magnae auctoritatis iudiciis ab architecto invocatis, ullo modo augere voluerint, in culpabili mora fuerunt mercedem solvendi.

Integras architecti operas unica morali aestimatione complectentes, habita videlicet ratione sive defectus mandati sive negligentiae culpabilis in illis exsequendis, simul cum impensis ab eo factis, necnon pecuniae foenere a die solutionis debitae, censemus illi deberi summam tercentarum libellarum sterlingarum.

Remanet quaestio dirimenda: Quis debitum solvere tenetur? Vocati sunt ab actore in iudicium actualis Superior Communitatis apud Scorton, Pater Provincialis et Procurator totius Ordinis S. Ioannis de Deo, Tradunt communiter Doctores (in cap. *Cum dilecta,* 22: *De Rescript.)* Regulares utriusque sexus non posse stare in iudicio sine licentia Superioris, sed loco ipsorum conveniendum esse « monasterium ». « Ratio «est, ait Pirrhing *(De Iudic,* n. 29, seq.) quia, religiosus non est sui « iuris nec dominium bonorum habet, sed omne ius suum in Monaste- « rium transtulit, et velut mortuus est, ideoque aequiparatur filio fami- « lias: quin et servo, qui in iudicio non possunt contendere, absque « patris aut domini sui licentia (I. *Lis. nulla,* 22, et 1. *Vix certis,* 53 ff. « t. 1., servus, 6, cap. X, cod. c. ult. h. t. in 6) .... conveniendum est « monasterium ». Item Reiff. *(De Iudic,* n. 18, seq.): « in causis civilibus, « non est conveniendus religiosus, sed monasterium eius .... Ratio est « clara, quia monachus, aut religiosus solemniter professus, nihil habet « proprium; sed quidquid acquirit, acquirit monasterio. » Cum monasterium sentiat commodum, ut omnia per religiosum quocumque modo acquisita ipsi cedant, debet et onus sentire, iuxta Regulam *Qui sentit, de Reg. Iuris,* in 6 (Sánchez, *De Decalog.,* lib. 7, cap. 31, n. 12 et 13;

et lib. 6, cap. 12, n. 1, seq.; Pichler, *De ludis.*, n. 6, seq.; Pignatelli, ***Gonsult.,*** 33, n. 5, t. 9).

Monasterium convenientium loco monachi, qui nihil habet proprium, est Communitas seu Societas religiosa, cui omnia sua iura transtulit, et cui acquirit, quidquid ab eo acquiritur. Si communitas, cuius monachus est membrum, est independens, uti in antiquioribus Ordinibus, ex. gr. S. Benedicti, S. Norberti, etc., ordinarie contingit, vocandus est in iudicium Communitatis Superior, qui administrator est bonorum quae ad dominium Communitatis pertinent. In aliis vero Ordinibus, praesertim recentioribus, singulae Communitates coadunantur in Provincias, quae iterum Supremo Capiti totius Ordinis subduntur. De viro religioso in huiusmodi Ordinibus professo haud semper dici potest quod quidquid acquirit, monasterio seu Gommunitati particulari, cuius ipsum contingit esse membrum, acquiritur. « Ad rem, notat Wernz (tom. 3, « tit. 24, not. 373), Iuris principium est, quidquid acquirit monachus, « acquirit monasterio. Quae acquisitio monasterio, quod iure speciali non « impeditur (cf. Pirrhing, 1. c), originem repetit ex traditione in profes- « sione facta ipsaque iuris dispositione confirmata (cf. Pirrhing, loc. cit., « t..27, n. 89, 42; Suarez, 1. c, 1. 6, cap. 2, n. 8). At cum nunc, monaste- « ria frequenter non sint plane singularia et independentia, sed membra « Provinciae, et Ordinis Religiosi, ut societatis universalis constituti, « vocabulum " monasterio „, cui Religiosus acquirat, intelligendum est « secundum constitutiones et legitimas consuetudines singulorum ordi « num religiosorum. Fieri enim potest ut res tantum minoris momenti « acquirantur monasteriis ; bona vero magis pretiosa, secundum ordina- « tionem superiorum et regularum, alteri subiecto, v. gr. Provinciae vel «arcae communi sint applicanda».

Idem docuit Sánchez *(In Decalog.*, lib 7, cap. 32, n. 50 seq.): « Secundo «modo contingit profiteri in genere subalterno, quod contingit in reli- « gione habente unum supremum totius religionis caput, et in qualibet « provincia unum superius totius provinciae caput, ita ut religiosi ipsius « certam sedem non habeant, sed superioris nutu ex suo ad aliud mona- « sterium transferantur, ut contingit in religionibus mendicantibus, et « hodie in universis fere religionibus. Tertio modo est professio in specie « specialissima, quando, nimirum, etsi omnes religiosi sint sub uno capite, « et a peculiari monasterio in quo profitentur, mutari non solent... « Quando professio est secundo modo, tradunt communiter DD. reli- « giosos non acquirere peculiari monasterio, in quo professi sunt sed toti «ordini, et Generali incumbere, huic vel illi monasterio applicare ac « proinde nil referre in quo monasterio ille tempore acquisitionis commo-

* rètur: quia cum totus Ordo onus huius ingressi sentiat, totus quoque « commodum sentire debet, regul. *Qui sentit* de Regui. iuris, in 6. Sic tra- « dunt Glossa, cap. *De Viduis,* 1. c, verb. propriis 27, qu. 1; Antonius ... « Felinus... etc. Et hoc est quod ait Navarr., verbis subobscuris comment. 2, « n. 5, coroll. 4, *De Regularib.,* ubi ait professum non obligatum mona- « sterio speciali, sed toti ordini, vel parti ipsius, ut provinciae, acquirere « toti illi, vel illi parti... Sed quamvis attento iure communi, ita dicen- « dum sit, servanda tamen sunt et spectanda particularium religionum « statuta a Sede Apostolica approbata ... Quando ultimo (tertio) modo « sit professus, acquirit religiosus ei monasterio, in quo professus est, ut « bene tradunt Antonius et Abbas ».

Has conclusiones complectitur De Lugo *[De Iust. et Iur.,* disp. 3, n. 226), ubi ait: « Diximus religiosum non sibi sed Religioni acquirere: « videndum breviter est, cui loco vel communitati singuli acquirant. Et « in primis, circa hoc observanda sunt constitutiones, vel consuetudines « singulorum Ordinum ... In nostra Societate Religiosus acquirit illi Pro- « vinciae et illi domui, vel Collegio, ad quae actu, non ut hospes, sed ut «habitualis subditus pertinet».

Cum, igitur, pro viro religioso respondere debeat in iudicio « mona- sterium », cui acquirit quidquid ab eo acquiritur, iuxta regulam *Qui sentit (De Regul. Iur., n.* 6), et religiosus acquirere possit non solum Com- munitati particulari, sed et Provinciae et universo ordini, sequitur onus respondendi pro illo in iudicio incumbere posse Provinciae et universo Ordini, etiam ac Communitati particulari. Porro, in hisce iuris princi- piis declarandis, non existit contrarietas, quam putat videre actoris patronus, inter decisiones Rotales in Causa *Agrigentina* coram Sincero et coram Many, cum illa onus respondendo universo ordini tribuat, quin neget illud in aliquo casu Communitati particulari incumbere posse, et in posteriori instantia coram Many, onus Communitati ascribatur, quin negetur illud ad universum ordinem aliquando extendi posse.

Quod vero magis rem nostram attingit, est quod Communitas par- ticularis, Provinciae subdita, et Provincia Universo Ordini, et ipse Ordo Universus, quamvis interse subordinata, tamen possunt esse, et ordinarie reapse sunt, entia iuridica, seu personae morales, ab invicem distincta, cum bonis propriis et propria eorumdem administratione, cuius indicium est quod quaedam religiosi bona cedere possint Communitati, alia Provinciae, alia denique Universo Ordini. « Bonorum dominium, ait « Vermeersch S. I. *(De Religiosis Institutis et Per s.,* n. 432, ed. 1907), si « excipias peculiare Fratrum Minorum regimen, est ex iure communi «penes Communitatem religiosam ; et quidem ita ut singulae domus,

«quae sui sunt iuris, immediate possideant bona ipsorum utilitati depu-rata. Administratio vero est penes Praelatum, vel solum, vel cum « Capitulo, pro variis Constitutionibus et actuum momento » (cf. De Lugo, *De Inst. et Iur.,* 1. 3, n. 185). Cum Ordo, Provincia, Domus bona seu iura distincta habeant, et onera relativa distincta eos habere oportet; ita ut pro debitis a Communitate iuxta legitimam administrationem contractis, respondere non debeat Provincia vel Ordo, nec pro debitis Provinciae domus particularis vel Universus Ordo, nisi partem habuerint, consilio, etc., in debitis contrahendis. Ut notat d'Annibale (tom. 1, n. 44, ed. 3): «Uniuscuiusque personae moralis, licet eiusdem ordinis et « instituti, causa separata est; ideoque ipsorum iura et obligationes « permiscêri prohibentur, quamvis ipsae eiusdem plane naturae sint, ut « puta duae Ecclesiae eiusdem oppidi, vel duo monasteria eiusdem Or-« dinis » (Ex 23, *Fideiuss.,* cap. I, *De Beb. Eccles, non alien.,* cap. % eod. tit., in. 6; Reiff., III, 13, 50). « Ad haec, *persona moralis nil com-«.mune habet cum his quibus constant:* ideo quod, v. g., Collegio debetur, « singulis non debetur, nec quod debet Collegium singuli debent. Et *si « alieni iniuriam fecerint, in his coerceri debent quae personae moralis, « non quae singulorum, propria sunt* ». Sicut persona moralis Capituli a singulis canonicis, quibus constat, distinguitur, ita et persona moralis Provinciae religiosae a singulis Communitatibus illam constituentibus distinguitur, et persona moralis Ordinis Universi a Provinciis et Communitatibus sibi subiectis, nec cum partibus earum constitutivis personae[x] morales sive Provinciae sive Ordinis Universi quidquam commune habent, licet et Ordo et Provincia ius habere possint certis in adiunctis succedendi in bonis subditorum, cum oneribus et commodis huiusmodi bonis adnexis, prout contingit in successione privatorum, qui ab illis quibus succedunt diversam personam iuridicam habuerunt.

Communitas, Provincia, Ordo Universus, ut patet, respective sustinere debent onera ab administratoribus nomine administrationis propriae assumpta, ut notat Sánchez *(De Decalog.,* lib. 7, cap. 31, num. 9, 10): « Teneri monasterium ex monachi contractu (vel debitis ex delicto vel « absque illo contractis) quando tacite, vel expresse est illi commissa « aliqua administratio, nec illius limites excedit, quia eo ipso censetur « facultas ineundi contractus ad illam administrationem pertinentibus « commissa ... Si contractus sit initus, aut debitum contractum a mona-« sterri Praelato, obligari monasterium, quatenus Praelatus non excedit « suae administrationis limites ».

Nec evanescit obligatio ex eo quod Superiores vel administratores mutantur, cum persona moralis suapte natura perpetua sit (L. 7., § ult.

Quod cuiusque univers., c. 19; Suarez, *De Legib.,* VIII, 3, 4), et quamdiu durat semper eadem esse intelligitur, licet omnes mutati fuerint (D'Ann., 1. c, tom. 45, not. 17).

Provinciae praeses in casu nostro architecto Carolo Walker instructiones directe et indirecte dedit ad typos delineandos, et quidem ratione officii sui, ut patet ex uteris in actis exhibitis: Prior etiam Communitatis apud S cortón partem habuit in operis architecti conducendis, ut ex commercio epistolari ipsum inter et architectum aperte liquet ; et quidem ratione officii sui, tamquam Communitatis Prior, siquidem agebatur de domo ipsa Communitatis amplianda, quo nihil magis idoneum cui curam et opem Superior loci praestaret. Ex actis vero non constat Universum Ordinem S. Ioannis de Deo partem habuisse in operis archi-, tecti conducendis, sed potius contrarium. Superior Provincialis, igitur, et Prior Communitatis apud Scorton credito architecti pro operis locatis satisfacere tenentur; et quidem in solidum, cum mandata, sive instructiones a P. Provinciali et a Priore loci promanantes ad easdem locatoris operas spectarent. Universus Ordo, vero, ab obligatione solvendi debitum, iuxta supra exposita, immunis est.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative,* seu: deberi architecto Carolo Walker pro opere ab eo praestito, necnon pro expensis factis et damnis ex dilata solutione, summa libell, sterlingarum tercentarum (L. st. 300), ad quam Solvendam intra tres menses a die notificationis sententiae tenentur in solidum P. Prior Communitatis S. Ioannis de Deo apud Scorton et eiusdem Communitatis P. Provincialis; statuentes expensas compensandas esse inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV Conc. Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 20 aprilis 1915.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Iosephus Mori.

L. S.

Ex Cancellaria S. -R. Rotae.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

I° dicembre 1915. — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Prefetto della 8. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi,*

7 dicembre. — L'Emo Signor Cardinale Raffaele Merry del Val, *Presidente della Pontificia Accademia di Religione Cattolica.*

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

8 marzo 1915. — Mons. Nicola Plaurens, deU'arehidiocesi di Smirne.

18 marzo. — Mons. Antonio Travers.

29 maggio. — Mons. Arnoldo Giovanni Middendorf, della diocesi di Breslavia.

14 agosto. — Mons. Giovanni Wollersheim, dell'archidiocesi di Colonia.

— Mons. Pietro Tils, della medesima diocesi.

18 ottobre. — Mons. Bettino Bettoni, della diocesi di Crema.

9 novembre. — Mons. Raffaele Delle Nocche, della diocesi di Lecce.

15 novembre. — Mons. Vincenzo Mango, della diocesi di S. Agata de' Goti.

— Mons. Antonio dos Santos Coelho, della diocesi di Beja.

17 novembre. — Mons. Emilio Poretti, della diocesi di Lugano.

— Mons. Giovanni Marcoli, della medesima diocesi.

26 novembre. — Mons. Francesco Saverio Sasse, dell'archidiocesi di Colonia.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

15 luglio 1915. — Il sig. Fernando Thomas de Bossierre, della diocesi di Namur.

21 novembre. **— 11** sig. marchese Gaetano De Felice.

22 novembre. — Il sig. marchese Giuseppe Guglielmi Delle Ruchette.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

21 novembre 1915. — Il sig. Giuseppe Pereira da Souza, dell'archidiocesi di Rio Janeiro.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

26 gennaio 1915. — Mons. Carlo Bartolomeo de Martini, dell'archidiocesi di Porto di Spagna.

— Mons. Numa Maingot, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

8 marzo 1915. — Mons. Nicolò Giosnovic, dell'archidiocesi di Scopia.

— Mons. Stefano Krasnió, della medesima archidiocesi.

18 giugno. — Mons. Guglielmo Rosauer, dell'archidiocesi di Colonia.

25 settembre. — Mons. Ferdinando Manzini, dell'archidiocesi di Modena.

6 novembre. — Mons. Pietro Sinipoli, della diocesi di Nicosia.

21 novembre. — Mons. Mariano Lazzari, della diocesi di Porto e S. Rufina.

26 novembre. — Mons. Paolo Düsterwald, dell'archidiocesi di Colonia.

— Mons. Giuseppe Plenkers, della medesima archidiocesi.

29 novembre. — Mons. Pietro Pisani, di Roma.

— Mons. Uberto Isfort, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

2 dicembre. — Mons. Tancredi Tani, di Roma.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

4 novembre 1915. — Mons. G Silveira de Rocha, della diocesi di Petropolis.

Annus Til - Vol. VII Die 20 Decembris 1915 Num. 20

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CRUCIATAE BULLA AD DECEM ANNOS PRO LOCIS LUSITANAE DITIONI SUBIECTIS RENOVATUR.

Dilecto Filio Nostro Antonio S. B. E. Presbytero Card. Mendes Bello ex Apostolica concessione Patriarchae Lisbonensi

BENEDICTUS PP. XV

DILECTE FILI NOSTER, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Romanorum Pontificum usus atque institutum semper fuit, nationes et populos, bene de Catholica Religione méritos, praecipuis locupletare gratiis ac privilegiis, quae eis tum praemium fidelitatis essent, tum spiritualia bona facilius satiusque procurarent. Inter huiusmodi Pontificiae voluntatis significationes principem sane locum obtinuit Bulla Cruciatae, qua Decessores Nostri etiam nobilissimae Lusitanorum gentis fidem et obsequium in Romanam Cathedram remuneranda existimarunt. Verum quum hae concessiones, adhuc vigentes, nostrorum temporum adiunctis ac necessitatibus amplius non responderent, rec. me. Pius PP. X, Decessor Noster, in consilium eas sive numero sive amplitudine ita augendi, sapienter venit, ut hodiernae vitae moribus magis congruerent, atque Eius amorem erga dilectos Lusitaniae filios quam maxime demonstrarent. Sed tantum Patrem, toto catholico orbe collacrimante, mors praeripuit inopinata, neque Ei hac nova benevolentia Lusitanorum familiam

complecti licuit. Nobis itaque, qui in summum sacerdotale fastigium, licet immerentes, evecti, non minore erga tam insignem Nostri gregis partem caritate urgemur, servatum erat sancta haec Pii X proposita ad finem perducere.

Quod quidem laeto iucundoque satagimus animo, certa spe freti, universos fideles, Lusitanae ditioni obnoxios, haud parva in Domino emolumenta ex hac Nostra providentia percepturos. Quare praesentium tenore Motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, décrue Apostolicae potestatis plenitudine omnia ac singula privilegia et gratias, quae in Bulla Cruciatae et in Indultis tum Quadragesimali, tum Sabbati continentur, omnino abrogamus et abrogatos fore censemus, ac toti nationi Lusitanae quae sequuntur indulta, ad decennium valitura, cuius initium sit a primo ianuarii die anni MCMXV, ac finis postremus dies decembris anno MCMXXIV, concedimus et largimur. Ne quid vero erroris vel dubii in posterum irrepat, indiculum eorumdem Indultorum, praelo impressum, in tabulario tertiae Sectionis Secretariae Nostrae Status a Brevibus Apostolicis asservari iubemus.

INDULTA PONTIFICIA LUSITANAE NATIONI CONCESSA

Indulta, Lusitanae Nationi a S. Sede concessa, singulis annis publicanda sunt. Annus computatur a die antea factae publicationis, usque ad diem novae faciendae publicationis.

Summaria sumpta a fidelibus valent pro eorum usu, durante toto praedicto *anno.* Indulta autem intelliguntur semper prorogari, pro maiori fidelium commoditate, ad unum integrum mensem post expletum annum ab eorum publicatione.

Indultis fruuntur omnes, qui versantur in territorio Lusitaniae, vel in alio quocumque territorio Lusitanae ditioni subiecto, si tamen *Summaria* sumant. Indulto autem quoad legem abstinentiae et ieiunii uti possunt tum in Lusitania, tum extra Lusitaniam, dummodo absit scandalum.

Pro licito et valido usu Indultorum sufficit *Summaria* sumere. Necessarium non est subscribere in illis proprium nomen et cognomen. Neque necessarium est illa secum habere, vel illa servare.

Taxa, vel eleemosyna, solvenda, consignanda est ad calcem *uniuscuiusque Summarii.* Sciant autem fideles huiusmodi proventus destinari principaliter ad erectionem et conservationem Seminariorum pro clericis, quae autem supersunt, ad pauperes iuvandas ecclesias, et ad alia pia opera.

Horum Indultorum executor est Eminentissimus Card. Patriarcha Lisbonensis, qui omnes facultates Ei* tributas potest singulis Ordinariis subdelegare.

Indultum « quoad Indulgentias ».

I. Plenaria conceditur Indulgentia, bis acquirenda ab iis qui, confessi, sacra Communione refecti fuerint, duobus distinctis diebus, ad arbitrium eligendis, ex intentione praefatam lucrandi Indulgentiam, intra annum Indulti, si possint; si vero non possint, dummodo id fecerint intra tempus praescriptum ab Ecclesia, praedicta habita intentione eamdem acquirendi Indulgentiam.

II. Indulgentia conceditur quindecim annorum et quindecim quadragenarum iis, qui, corde saltem contriti, voluntarie ieiunaverint, quocumque ex diebus non consecratis ecclesiastico ieiunio, et aliquas effuderint vocales preces secundum intentionem Summi Pontificis. Prae dictum ieiunium potest commutari in aliud pium opus, pro illis qui ieiunare non possunt, ab Ordinario, a parocho et etiam a confessario. Conceditur praeterea praedicta peragentibus participatio omnium piorum operum, quae illis diebus fiant in Ecclesia militante.

III. Indulgentiae Stationum almae Urbis, in Rescripto S. C. Indulgentiarum d. d. 9 iulii 1777 [1] recensitae, conceduntur iis omnibus, qui aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitent, vocales fundendo preces secundum intentionem Summi Pontificis, addita tamen confessione et Communione, si indulgentia acquirenda sit plenaria.

IV. Omnibus qui Summarium sumunt, si intra annum Indulti moriantur, conceditur Indulgentia plenaria in mortis articulo, dummodo confessi ac S. Synaxi refecti, vel si id nequiverint, saltem contriti, SSmum Iesu nomen, ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint.

V. Praefatae Indulgentiae, excepta tamen plenaria in mortis articulo lucranda, applicari etiam possunt animabus in Purgatorio degentibus.

Indultum « quoad divina officia et sepulturam ».

I. Qui *Summarium* habent, possunt, tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, nec per ipsos stet quominus amoveatur, sive in ecclesiis, in quibus divina officia eo tempore permittantur, sive in ora-

[1] ***Bescr. Auth. S. C. Indulg.,*** n. 313, p. 239.

toriis privatis rite erectis, missas et alia divina officia vel per seipsos celebrare, si fuerint sacerdotes, vel facere ut celebrentur, in. sua ac familiarium, domesticorum, et consanguineorum praesentia; sed clausis ianuis, non pulsatis campanis, excommunicatis et specialiter interdictis exclusis; et, in oratorio privato, aliquot fusis precibus pro exaltatione Sanctae Ecclesiae. — Possunt praeterea praedictis missis et officiis, ubi celebrentur, cum suis interesse. — Possunt item in eisdem locis sacram Eucharistiam et alia sacramenta suscipere.

IL Corpora decedentium, qui *Summarium* habeant, nisi forte excommunicationis vinculo per sententiam condemnatoriam vel declarationem innodati decesserint, possunt, eodem interdicti tempore, cum moderata funerali pompa sepeliri.

III. Executor harum Apostolicarum Litterarum permittere potest, ut missae per horam ante auroram et post meridiem possint celebrari a presbyteris, et possint nobiles ac qualificatile personae facere missas celebrari, ipsis praesentibus, praedictis horis.

Indultum « quoad confessionem et votorum commutationem ».

1. Conceditur ut omnes, etiam Regulares *utriusque sexus*, licet expressa et individua mentione digni et quovis efficaciori privilegio excepti, absolvi in foro tantum conscientiae possint, iniunctis de iure iniungendis, semel in vita seu extra mortis periculum, et semel in mortis periculo intra annum concessionis, vel bis in utroque casu si duplex sumatur Summarium, a quovis confessario sibi libere electo inter approbatos *(pro utroque sexu, si de monialibus et quibuslibet aliis mulieribus agatur)* ab Ordinario loci, a peccatis et censuris cuiuscumque et quocumque modo, etiam speciali, reservatis a iure vel ab homine, ita ut sic absoluti, vi praesentis concessionis, de speciali gratia, non teneantur deinde recurrere ad alium quemcumque Superiorem.

In hac concessione comprehenditur quoque facultas absolvendi a casu falsae denunciationis de crimine sollicitationis, sed confessarius electus a tali crimine non absolvat, nisi poenitens prius falsam denunciationem *formiter* retractaverit et non aliter. Recursus vero ad S. Poenitentiariam habendus postea erit ad tramitem decretorum S. Officii, tunc tantum, cum agatur de attentata absolutione complicis in peccato turpi.

II. Conceditur praeterea, ut confessarius electus, ut supra, possit in solo conscientiae foro, etiam extra sacramentalem confessionem, omnia vota privata, in quibus ius quaesitum tertii non sit, atque exceptis

votis perfectis castitatis perpetuae et religionis, in alia pietatis opera dispensando commutare, iisque adiungendo subsidium aliquod transmittendum ad Executorem harum Litterarum Apostolicarum, adhibendum in fines a S. Sede statutos.

» Praesens indultum non valet, nisi quis cum Summario hoc sumat simul Summarium Indulti divinorum Officiorum et sepulturae, nec non Summarium Indulgentiarum.

Indultum « quoad dispensationem ab irregularitate et ab impedimento affinitatis et criminis ».

I. Executor harum Apostolicarum Litterarum possit dispensare super irregularitate cum his, qui censuris ligati missas celebraverint vel alia divina officia peregerint, non tamen in contemptum clavium; et super alia qualibet irregularitate ex delicto proveniente, exceptis irregularitatibus ex homicidio voluntario, etiam occulto, aut ex simonia vel apostasia a fide, aut ex haeresi, vel ex alio delicto scandalum in populum generante, provenientibus, imposita dispensatis congrua eleemosyna, impendenda in fines a S. Sede statutos, aliisque iniunctis de iure iniungendis.

II. Possit idem Executor Apostolicarum harum Litterarum dispensare in occulto affinitatis impedimento ex copula illicita proveniente sive ad ineundum matrimonium, sive etiam ad initum matrimonium convalidandum, iniuncta aliqua eleemosyna ad fines a S. Sede statutos. Idem similiter possit dispensare[1] in occulto criminis impedimento, neutro machinante, sive, ut supra, ad ineundum matrimonium* sive etiam ad initum matrimonium convalidandum, iniuncta eleemosyna prout superius indicatum est.

Indultum « quoad beneficiorum convalidationes et quoad compositiones ».

I. Possit Executor harum Litterarum Apostolicarum convalidationem'concedere super titulo cuiuscumque ecclesiastici beneficii, si bona fide beneficiatus in illius possessionem immissus fuerit, excluso tamen casu, quod nullitas collationis seu institutionis ex simonia proveniat.

II. Possit idem Executor perceptos bona fide fructus remittere, in praecedenti casu, iniuncto tamen aliquo congruo subsidio ad finem a S. Sede statutum.

[1] **Haec, tamen, facultas publicanda non erit in *Summario.***

III. Possit etiam Executor ad congruam compositionem admittere beneficiatus omnes, qui ad restitutionem fructuum tenentur, ob omissam recitationem horarum canonicarum, vel ob neglectum aliud beneficii officium, exclusa tamen missarum celebrandarum omissione.

IV. Possit item Executor admittere ad congruam compositionem* omnes ob iniuste ablata, acquisita, retenta, quocumque modo, quacumque causa, si tamen id in confidentiam Indulti factum non fuerit; et si adhibita debita diligentia incertus sit dominus, vel reperiri non possit.

V. In casu compositionis, ut in par. III et IV, quae solvantur, in finem impendenda sunt a S. Sede assignatum. Ubi autem admodum grave sit aliquid solvere, possit Executor plenam facere debiti remissionem.

Notabene: Nihil determinatur quoad quantitatem solvendam ratione compositionis, par. III et IV; quia, cum in compositione respiciendum sit animarum bonum, et consequenter iudicium quantitatis solvendae pendeat a variis practicis circumstantiis, unde aliquando etiam, ut habetur par. **V,** totum sit simpliciter remittendum, praeter solutam pro Summario taxam, remittitur prudenti arbitrio, omnibus bene perpensis, determinatio quantitatis solvendae.- Qua in re, ut patet ex dictis, scrupulose procedendum non est, et potius cum liberalitate, quam cum rigore.

Indultum « quoad legem abstinentiae et ieiunii ».

I. Omnibus absolute, *quacumque die, et quavis refectione,* licet uti condimentis ex quovis adipe, ex butyro, ex margarina, et aliis similibus condimentis; itemque licet comedere lacticinia et etiam ova, eodem modo, id est quavis die et refectione.

II. Abstinentia a carne et a iure carnis servanda est tantum feriis sextis Quadragesimae, Adventus, Quatuor Temporum, necnon quatuor Pervigiliis Pentecostes, Assumptionis B. V. Mariae in Coelum, Omnium Sanctorum, Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi.

III. *Ieiunium* servandum tantum erit feriis IV et VI necnon sabbatis Quadragesimae, et quatuor pervigiliis, praecedenti par. II notatis.

Pervigiiium Nativitatis anticipatur ac remittitur ad Sabbatum proxime praecedentium Quatuor Temporum.

Nec vetitum est pisces ac carnes in eadem refectione permiscere diebus ieiunii et dominicis Quadragesimae.

IV. Omnes possunt ex rationali et iusto motivo a propriis confessariis dispensari a lege abstinentiae et ieiunii.

Conditiones circa usum praecedentis Indulti.

Indulto par. I et II, integra manet lex ieiunii, seu unicae comestionis per diem, pro illis qui ieiunare tenentur, secundum par. III»

Eodem Indulto non fruuntur, nisi illi tantum qui sumpserint praesens Summarium et Summaria Indulgentiarum ac divinorum officiorum, et solverint taxatam eleemosynam, applicandam in beneficium Seminariorum et alios pios fines a S. Sede assignatos.

Indultum hoc sumi potest *Summario collectivo* pro se et tota familia extensive ad quoslibet familiares, hospites etiam ad brevissimum tempus et commensales. Summarium istud collectivum eosdem omnino effectus habet si a matre familiae sumitur.

Pauperes non tenentur Summaria praedicta sumere, nec ullam largiri eleemosynam, ut Indulto fruantur quoad legem abstinentiae et ieiunii. Tenentur vero, si aliis velint frui Indultis.

Omnino excluduntur ab eodem Indulto, quoad legem abstinentiae,. Regulares, qui ex speciali voto, toto anno esuriales cibos servare tenentur.

Indultum « de privatis Oratoriis ».

I. Conceditur sacerdotibus facultas celebrandi Missam in quovis privato Oratorio, canonice erecto et approbato ab Ecclesiastica Auctoritate, et quolibet die, excepto ultimo triduo Maioris Hebdomadae, quamvis aliae vel plures Missae ibidem ex Indulto celebrari queant et sine praeiudicio eiusdem Indulti.

II. Permittitur laicis, dummodo Ordinarii locorum id censeant necessarium vel vere utile, ut in quovis privato Oratorio, ut supra, Missam in sui praesentia celebrandam curare possint per quemcumque rite probatum sacerdotem, eidemque SS. Sacrificio adsistendo praecepto audiendi sacrum satisfacere queant.

Nota bene : Varia Indultorum, quae facta est, distinctio, est tantum ad varia Indulta proprio in loco et ordinate exponenda. Executor Litterarum Apostolicarum poterit ipse, prout melius iudicabit, inde varia extrahere et conficere *Summaria,* plura vel pauciora, prout ipse melius iudicabit.

Quae cum ita sint, tibi, dilecte Fili Noster, utpote Patriarchae Lisbonensi, atque huiusmodi Indultorum Executori, mandamus, ut eorundem Summaria typis edenda, ac reliquis Lusitaniae Ordinariis, secun-

dum horum postulationes, distribuenda cures. Propterea Apostolica Auctoritate tibi, dilecte Fili Noster, potestatem facimus, cuius vi has Nostras Litteras in vernaculam linguam convertere, illasque et quae in illis continentur, idest Summaria seu compendia Indultorum et facultatum, in quibuslibet Lusitanae Ditionis locis vel viva voce, vel scriptis, vel etiam per typos impressis exemplis, publicare et enunciare queas. Christifideles autem, qui sive in Lusitania, sive in locis ipsius Gubernio subiectis, commorentur, ut privilegiis et gratiis praedictae Bullae Cruciatae participes fiant, enunciata Summaria accipere debebunt, ac pro sua quisque facultate et conditione praescriptam eleemosynam persolvere. Denique vel tu, dilecte Fili Noster, in tuo isto Patriarchatu Lisbonensi, vel reliqui Sacrorum Antistites in sua quisque Dioecesi pro colligendis huiusmodi eleemosynis idoneos vobis adiutores, nec non depositarios ratiocinatores, aliosque similes officiales deputare et cum opportunis facultatibus constituere poteritis, tibique fas erit ea omnia peragere, quae tibi pro faciliore praesentium Litterarum executione magis apta videbuntur. Haec omnia et singula concedimus atque indulgemus, decernimus et mandamus, non obstantibus Sanctae huius Sedis et Conciliorum quoque generalium Constitutionibus et Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Quod vero ad Indulgentias, hisce Litteris, concessas, praescriptionibus expresse derogamus, quae in *Motu proprio* statuuntur, a fel. rec. Pio Papa X die septimo aprilis a. MDCCCCX edito, super necessitate Indulgentiarum concessiones per Supremam Sacram Congregationem S. Officii recognoscendi. Postremo volumus, ut harum Litterarum exemplis, vel transumptis, etiam per typos editis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in Ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae Nostrae voluntati, his ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae ad S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxxi mensis decembris MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

L. ©S.

P. CARO. GASPAKRT, *a Secretis Status.*

II

RENOVATIO BULLAE CRUCIATAE AD DUODECIM ANNOS PRO LOCIS HISPANICAE DITIONI SUBIECTIS.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Alphonso XIII Hispaniarum Regi Catholico

BENEDICTUS PP. XV

CARISSIME IN CHRISTO FILI NOSTER, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Ut praesens periculum ab Europae nationibus averterent, teterrima tempestate qua furor infidelium Catholicos Principes et populos infensis bellis exagitabat, et cum peraicie animorum extremum discrimen ipsis minitabatur, vindices Christianitatis Hispaniarum Reges Catholici Apostolicas ab hac S. Sede Litteras acceperunt,, quibus plures gratiae ac favores tum spirituales, tum temporales, pro certo annorum spatio tribuebantur iis ex hispanica ditione fidelibus, qui vel ad bonum adversus infideles certamen decertandum proficiscerentur, vel susceptas contra illos aut suscipiendas militares expeditiones propriis suniptibus iuvarent, Haec fuit *Bullae Cruciatae* in Hispanus origo, Romanique Pontifices Nostri Decessores iterum iterumque huiusmodi indultum prorogarunt. Sed cum labentibus annis nulla amplius urgeret contra infideles praeliandi necessitas, corrogatas pro indulto eodem lucrando eleemosynas in alios pios usus, ac potissimum in Divini Cultus splendorem augendum, ipsi Nostri Praedecessores erogandas esse decreverunt. Porro in solemni de Ecclesiasticis negotiis conventione, quae cum Hispaniarum Regina Catholica die xvi m. martii anno MDCCCLI inita, similibus Litteris Apostolicis nonis Septembris confirmata fuit, articulo XL cautum est, ut in posterum in ditione hispanica Ordinarii Praesules in sua quisque dioecesi Bullae Cruciatae proventus administrent ad eos usus erogandos iuxta normam in ultima prorogatione Apostolici Indulti praescriptam, salvis obligationibus quibus iidem- proventus vi conventionum cum S. Sede initarum obnoxii sunt; in conventione autem additionali inita die XXV m. augusti anno MDCCCLTX expresse cautum fuit ut in posterum Bullae Cruciatae proventus omnes, salva eorumdem parte Sanctae Sedi debita, ut superius, in expensas divini cultus exclusive impendi debeant. Quod vero attinet ad Apostolicas facultates adnexas oificio Commis-

sarii Generalis Bullae Cruciatae, et consequentes attributiones, in eodem solemnis Conventionis articulo XL statutum fuit, ut illae per Archiepiscopum Toletanum ea forma et amplitudine exerceantur, quae S. Sedes praefiniverit. Haec quidem Bulla per Apostolicas Litteras die xxi m. Septembris anno MCMIII, Piscatoris annulo obsignatas, ad duodecim annos novissima vice prorogata fuit a rec. me. Leone PP. XIII, Praedecessore Nostro, fìnemque habuit prima Dominica Adventus anni superioris MCMXIV. Eam vero Decessor Noster bo. me. Pius PP. X ad annum dumtaxat produxit per Secretariae Status mandatum sub die xxiv m. iunii ipsius anni MCMXIV, consilium enim mente susceperat Bullam enunciatam reformandi, ut magis illam praesentium temporum adiunctis respondentem redderet: pariterque ut voluntatem Suam erga Te, Carissime in Christo Fili Noster, atque erga praenobilem nationem, quam regis, luculentius significaret, illius privilegia amplificare Sibi quoque proposuerat. Hanc Nostri Decessoris voluntatem placet modo Nobis ad exitum adducere ; non minori enim benevolentia et caritate Te, Carissime in Christo Fili Noster, atque universae Hispaniae populum complectimur. Quare, exhibitas Tuo nomine Nobis per Tuum apud Nos Legatum preces ultro libenterque excipientes, Cruciatae Bullam pro Regno Hispaniarum Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, ad duodecim annos prorogamus, a prima Dominica Adventus vertentis anni MCMXV computandos. Circa autem publicationem Bullae ipsius eiusdemque indulta quoad indulgentias, divina officia et sepulturam, confessionem et votorum commutationem ; dispensationem ab irregularitate, et ab impedimento affinitatis et criminis; beneficiorum convalidationes et compositiones; legem abstinentiae et ieiunii; conditiones circa usus huius indulti ; quoad denique privata oratoria, servari praecipimus religiose in omnibus conditiones ac leges, quae continentur in indiculo, quod praelo impressum in tabulario tertiae Sectionis Secretariae Nostrae Status a Brevibus Apostolicis asservari iussimus ; cuius tenor sequens est :

INDULTA PONTIFICIA HISPANICAE NATIONI CONCESSA

Pubblicatio indultorum eorumque usus.

Indulta, Hispanicae Nationi a S. Sede concessa, singulis annis publicanda sunt. Annus computatur a die antea factae publicationis, usque ad diem novae faciendae publicationis.

Summaria sumpta a fidelibus valent pro eorum usu, durante toto praedicto *anno.* Indulta autem intelliguntur semper prorogari, pro maiori

fidelium commoditate, ad unum integrum mensem post expletum annum ab eorum publicatione.

Indultis fruuntur omnes, qui versantur in territorio Hispaniarum, vel in alio quocumque territorio Hispanicae ditioni subiecto, si tamen *Summaria* sumant. Indulto autem quoad legem abstinentiae et ieiunii uti possunt tum in Hispanus tum extra Hispanias, dummodo absit scandalum.

Pro licito et valido usu indultorum sufficit *Summaria* sumere. Necessarium non est subscribere in illis proprium nomen et cognomen. Neque necessarium est illa secum habere, vel illa servare.

Taxa, vel eleemosyna, solvenda, consignanda est ad calcem *uniuscuiusque Summarii.* Sciant autem fideles huiusmodi proventus destinari principaliter ad divinum cultum sustinendum, ad pia beneficentiae opera, ad onera sustinenda ipsius Bullae Cruciatae.

Horum indultorum executor est Emus Card. Archiepiscopus Toletanus, qui omnes facultates Ei tributas, potest singulis Ordinariis subdelegare.

Indultum « quoad indulgentias »[s]

1. Plenaria conceditur indulgentia, bis acquirenda intra annum Indulti, duobus distinctis diebus, ad arbitrium eligendis, ex intentione praefatam lucrandi Indulgentiam, ab iis qui, confessi, sacra Communione refecti fuerint, si possint; si vero non possint, dummodo id fecerint intra tempus praescriptum ab Ecclesia, praedicta habita intentione eamdem acquirendi Indulgentiam.

II. Indulgentia conceditur quindecim annorum et quindecim quadragenarum iis qui, corde saltem contriti, voluntarie ieiunaverint quocumque ex diebus non consecratis ecclesiastico ieiunio, et aliquas effuderint vocales preces secundum intentionem Summi Pontificis. Praedictum ieiunium potest commutari in aliud pium opus, pro illis qui ieiunare non possunt, ab Ordinario, a parocho et etiam a confessario. Conceditur praeterea praedicta peragentibus participatio omnium piorum operum, quae illis diebus fiant in Ecclesia militante.

III. Indulgentiae Stationum almae Urbis, in Rescripto S. C. Indulgentiarum d. d. 9 iulii 1777[1] recensitae, conceduntur iis omnibus qui aliquam ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium visitent, vocales fundendo preces secundum intentionem Summi Pontificis, addita tamen confessione et Communione, si indulgentia adquirenda sit ple-

[1] ***Bescr. Auth. Indulg.,*** n. 313, p. 239.

naria. Quas Indulgentias, duabus vicibus, lucrari possunt illi omnes, qui duo sumunt Summaria. Ac illi qui accedunt ad Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae, possunt ea die* loco partialis Indulgentiae, plenariam lucrari Indulgentiam.

IV. Omnibus qui Summarium sumunt, si intra annum Indulti moriantur, conceditur ludulgentia plenaria in mortis articulo, dummodo confessi ac S. Synaxi refecti, vel si id nequiverint, saltem contriti, SSmum Iesu nomen, ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint. Possunt praeterea Indulgentiam Plenariam applicare alicui defuncto, orando coram eius *corpore praesente,* confessi et sacra Communione refecti.

V. Praefatae Indulgentiae, excepta tamen plenaria in mortis articulo lucranda, applicari etiam possunt animabus in Purgatorio degentibus.

Indultum « quoad divina officia et sepulturam »

I. Qni Summarium habent, possunt, tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, nec per ipsos stet quominus amoveatur, sive in ecclesiis, in quibus divina officia eo tempore permittantur, sive in oratoriis privatis rite erectis, missas et alia divina officia vel per seipsos celebrare, si fuerint sacerdotes, vel facere ut celebrentur, in sua ac familiarium, domesticorum, etconsanguineorum praesentia; sed clausis ianuis, non pulsatis campanis, excommunicatis et specialiter interdictis exclusis; et, in oratorio privato, aliquot fusis precibus pro exaltatione Sanctae Ecclesiae. Possunt praeterea praedictis missis et officiis, ubi celebrentur, cum suis interesse. Possunt item in eisdem locis sacram Eucharistiam et alia sacramenta suscipere.

II. Corpora decedentium, qui Summarium habeant, nisi forte excommunicationis vinculo per sententiam condemnatoriam vel declarationem innodati decesserint, possunt, eodem interdicti tempore, cum moderata funerali pompa sepeliri.

III. Executor harum Apostolicarum Litterarum permittere potest, ut, sive tempore interdicti, sive extra illud, missae per horam ante auroram et post meridiem possint celebrari a presbyteris, et possint nobiles ac qualificatae personae facere missas celebrari, ipsis praesentibus, praedictis horis.

• IV. Ecclesiastici omnes sive cleri saecularis, sive regularis, libere possunt, recitatis vesperis et completorio, matutinum cum laudibus officii diei sequentis pridie recitare immediate post meridiem.

Indultum « quoad confessionem et votorum commutationem ».

I. Conceditur ut omnes, etiam Regulares *utriusque sexus,* licet expressa et individua mentione digni et quovis efficaciori privilegio excepti, absolvi in foro tantum conscientiae possint, iniunctis de iure iniungendis, semel in vita seu extra mortis periculum, et semel in mortis periculo intra annum concessionis, vel bis in utroque casu si duplex sumatur Summarium, a quovis confessario sibi libere electo inter approbatos *(pro utroque sexu, si de monialibus et quibuslibet aliis mulieribus agatur)* ab Ordinario loci, a peccatis et censuris cuiuscumque et quocumque modo, etiam speciali, reservatis a iure vel ab homine, ita ut sic absoluti, vi praesentis concessionis, de speciali gratia, non teneantur deinde recurrere ad alium quemcumque Superiorem.

In hac concessione comprehenditur quoque facultas absolvendi a casu falsae denunciationis de crimine sollicitationis, sed confessarius electus a tali crimine non absolvat, nisi poenitens prius falsam denunciationem *formiter* retractaverit et non aliter.

Recursus vero ad S. Poenitentiariam habendus postea erit ad tramitem decretorum S. Officii, tunc tantum, cum agatur de attenta absolutione complicis in peccato turpi.

II. Conceditur praeterea, ut confessarius electus, ut supra, possit in solo conscientiae foro, etiam extra sacramentalem confessionem, omnia vota privata, in quibus ius quaesitum tertii non sit, atque exceptis votis perfectis castitatis perpetuae et religionis, in alia pietatis opera dispensando commutare, iisque adiungendo subsidium aliquod transmittendum ad Executorem harum Litterarum Apostolicarum, adhibendum in fines a S. Sede statutos.

Praesens indultum non valet, nisi quis cum Summario hoc sumat simul Summarium Indulti divinorum Officiorum et sepulturae, nec non Summarium Indulgentiarum.

Indultum « quoad dispensationem ab irregularitate et ab impedimento affinitatis et criminis ».

I. Executor harum Apostolicarum Litterarum possit dispensare super irregularitate cum his, qui censuris ligati missas celebraverint vel alia divina officia peregerint, non tamen in contemptum clavium; et super alia qualibet irregularitate ex delicto proveniente, exceptis

irregularitatibus ex homicidio voluntario, etiam occulto, aut ex simonia vel apostasia a fide, aut ex haeresi, vel ex alio delicto scandalum in populum generante, provenientibus, imposita dispensatis congrua eleemosyna, impendenda in fines a S. Sede statutos, aliisque iniunctis de iure iniungendis.

II. Possit idem Executor Apostolicarum harum Litterarum dispensare in occulto affinitatis impedimento ex copula illicita proveniente sive ad ineundum matrimonium, sive etiam ad initum matrimonium convalidandum, iniuncta aliqua eleemosyna ad fines a S. Sede statutos. Idem similiter possit dispensare[1] in occulto criminis impedimento, neutro machinante, sive ut supra, ad ineundum matrimonium, sive etiam ad initum matrimonium convalidandum, iniuncta eleemosyna prout superius indicatum est.

Indultuwi « quoad beneficiorum convalidationes et quoad compositiones ».

I. Possit Executor harum Litterarum Apostolicarum convalidationem concedere super titulo cuiuscumque ecclesiastici beneficii, si bona fide beneficiatus in illius possessionem immissus fuerit, excluso tamen casu, quod nullitas collationis seu institutionis ex simonia proveniat.

LI. Possit idem Executor perceptos bona fide fructus remittere, in praecedenti casu, iniuncto tamen aliquo congruo subsidio ad finem a S. Sede statutum.

III. Possit etiam Executor ad congruam compositionem admittere beneficiatus omnes, qui ad restitutionem fructuum tenentur, ob omissam recitationem horarum canonicarum, vel ob neglectum aliud beneficii officium, exclusa tamen missarum celebrandarum omissione.

IV. Possit item Executor admittere ad congruam compositionem omnes ob iniuste ablata, acquisita, retenta quocumque modo, quacumque causa, si tamen id in confidentiam Indulti factum non fuerit, et si adhibita debita diligentia incertus sit dominus vel reperiri non possit.

V. In casu compositionis, ut in par. III et IV, quae solvantur, in finem impendenda sunt a S. Sede assignatum. Ubi autem admodum grave sit aliquid solvere, possit Executor plenam facere debiti remissionem. Ceterum, quovis in casu, sufficit solvere decimam partem quantitatis non bene acquisitae. Ac si agatur de non notabili quantitate,

[1] Haec, tamen, facultas publicanda non erit in Summario.

quae nempe non excedat summam 100 pesetarum, *compositio* plenum suum sortitur effectum, ipso facto sumendi *Bullas Compositionis,* quin opus sit ad quempiam recurrere.

Nota bene. - Nihil determinatur quoad quantitatem solvendam ratione compositionis, par. III et IV; quia, cum in compositione respiciendum sit animarum bonum, et consequenter iudicium quantitatis solvendae pendeat a variis practicis circumstantiis, unde' aliquando etiam, ut habetur par. V, totum sit simpliciter remittendum, praeter solutam pro Summario taxam, remittitur prudenti arbitrio, omnibus bene perpensis, determinatio quantitatis solvendae. Qua in re, ut patet ex dictis, scrupolose procedendum non est, et potius cum liberalitate, quam cum rigore.

Indultum « quoad Iggem abstinentiae et ieiunii ».

I. Omnibus absolute, quacumque die, et quavis refectione, licet uti condimentis ex quovis adipe, ex butyro, ex margarina, et aliis similibus condimentis; itemque licet comedere lacticinia et etiam ova, eodem modo, id est, quavis die et refectione.

II. Abstinentia a carne et a iure carnis servanda est tantum feriis sextis Quadragesimae, Quatuor Temporum, nec non tribus Pervigiliis Pentecostes, Assumptionis B. V. Mariae in Caelum, Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi.

III. Ieiunium servandum tantum erit feriis IV et VI nec non sabbatis Quadragesimae, et tribus pervigiliis, praecedenti par. II notatis.

Pervigilium Nativitatis anticipatur ac remittitur ad Sabbatum proxime praecedentium Quatuor Temporum.

Nec vetitum est pisces ac carnes in eadem refectione permiscere diebus ieiunii et dominicis Quadragesimae.

VI. Omnes possunt ex rationabili et iusto motivo a propriis confessariis dispensari a lege abstinentiae et ieiunii.

Conditiones circa usum praecedentis indulti.

Indulto par. I et II, integra manet lex ieiunii, seu unicae comestionis per diem, pro illis qui ieiunare tenentur, secundum par. III.

Eodem Indulto non fruuntur, nisi illi tantum, qui sumpserint praesens Summarium et Summaria indulgentiarum ac divinorum officiorum, et solverint taxatam eleemosynam, applicandam in beneficium Seminariorum et alios pios fines a S. Sede assignatos.

Indultum hoc sumi potest Summario collectivo pro se *ei* tota familia extensive ad quoslibet familiares, hospites etiam ad brevissimum tempus,

et commensales. Summarium istud collectivum eosdem omnino effectus habet si a matre familiae sumitur.

Pauperes non tenentur Summaria praedicta sumere, nec ullam largiri eleemosynam, ut Indultu fruantur quoad legem abstinentiae et ieiunii. Tenentur vero, si aliis velint frui Indultis.

Omnino excluduntur ab eodem Indulto, quoad legem abstinentiae, Regulares qui, ex speciali voto, toto anno esuriales cibos servare tenentur

Indultum « de privatis Oratoriis ».

I. Conceditur sacerdotibus facultas celebrandi Missam in quovis privato Oratorio, canonice erecto et approbato ab Ecclesiastica Auctoritate, et quolibet die, excepto ultimo triduo Maioris Hebdomadae, quamvis aliae vel plures Missae ibidem «ex Indulto celebrari queant et sine praeiudicio eiusdem Indulti.

II. Permittitur laicis, dummodo Ordinarii locorum id censeant necessarium vel vere utile, ut in quovis privato Oratorio, ut supra, Missam in sui praesentia celebrandam curare possint per quemcumque rite probatum sacerdotem, eidemque SS. Sacrificio adsistendo praecepto audiendi sacrum satisfacere queant.

III. Illi qui habent *Gruciatam,* possunt Missam audire et praecepto satisfacere, etiam in privato oratorio, et etiam quando Missa in eo celebretur *non praesente indultario.* ,

Nota bene. - Varia Indultorum, quae facta est distinctio, est tantum ad varia Indulta proprio in loco et ordinate exponenda. Executor Litterarum Apostolicarum poterit ipse, prout melius iudicabit, inde varia extrahere et conficere Summaria, plura vel pauciora, prout ipse melius iudicabit. Quapropter possunt omnia praecedentia Indulta simul colligi in Summario Cruciatae, excepto Indulto abstinentiae et ieiunii, quod separari ab aliis potest, illud substituendo *Indulto Quadragesimali,* quod hactenus publicatum est.

Quae cum ita sint, volumus ac mandamus, ut Archiepiscopus Toletanus, utpote horum indultorum Executor, ^eorumdem Summaria typis edenda curet, eaque reliquis Ordinariis iuxta illorum postulationes distribuat. Propterea, Apostolica item Nostra auctoritate concedimus, ut idem Archiepiscopus Executor has Nostras Litteras in vernaculam linguam convertere, illasque et quae continentur in illis, sive Summaria aut compendia indultorum ac facultatum in quibuslibet Hispanicae ditionis locis, viva voce, seu scriptis,, aut per typos impressis exemplis publicare et enunciare queat. Christi fideles vero ex utroque

sexu, in Regno Hispaniarum et in locis civili ipsius regni gubernio subiectis degentes, ut privilegiis, favoribus ac gratiis supradictae Bullae participes fiant, enuntiata Summaria accipere debebunt, et pro vario ipsorum gradu et conditione taxatam eleemosynam persolvere. Tam Archiepiscopus Executor, in archidioecesi Toletana, quam in respectiva sua dioecesi unusquisque Praesul pro colligendis huiusmodi eleemosynis idoneos sibi adiutores nec non depositarios ratiocinatores aliosque similes Officiales deputare, et cum opportunis facultatibus constituere poterunt; Archiepiscopo autem Executori fas sit ea omnia peragere quae ipsi pro faciliore praesentium Litterarum executione magis apta videantur. Haec omnia et singula concedimus atque indulgemus, decernimus ac mandamus non obstantibus Sanctae huius Sedis et Conciliorum quoque Generalium Constitutionibus et Ordinationibus, aliisque decretis qualibet forma editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Ad effectum vero praesentium Litterarum quoad indulgentias, expresse derogamus praescriptionibus, quae continentur in Motu proprio a re. me. Pio Papa X die VII m. Aprilis anno MCMX edito. Tandem volumus ut harum Litterarum exemplis, sive transumptis, etiam per typos editis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri Ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae Nostrae voluntati his ostensis Litteris haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xn mensis augusti anno MCMXV, Pontificatus Nostri primo.

L. © S.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

QUAEDAM AD SS. COR IESU ORATIO INDULGENTIA DITATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Nihil tam aptum tamque idoneum esse arbitramur ad Deum hominibus, praesertim in rebus trepidis, conciliarium, quam Sacratissimum Cor Iesu enixis implorare precibus, ut pro infinita sua clementia nostri misereatur. Neque aliud sane opportunius utiliusque videtur; Sacrum enim Cor Christi Iesu fons et sedes incensi illius est amoris, qui eum Divinum Redemptorem ad Crucis mortem pro nobis oppetendam adduxit, tum constans perfugium manet, quo humanum genus se recipiat, et ubi penitus acquiescat. Quod si

hunc caritatis ignem, qui in Christi Corde sempiternus ardet, fideles studiose conciperent, Deum pro viribus amareni, atque inter se diligerent. Quae cum ita sint, insequentem Nobis exhibitam precationem Apostolica Auctoritate ratam hisce Litteris habemus, eamque post auditos VV. FF. NN. S. R. E. Cardinales Inquisitores Generales, caelestibus Ecclesiae thesauris, quorum Altissimus Nos dispensatores esse voluit, libenti quidem animo locupletamus. Quare omnibus ac singulis ex utroque sexu Christifidelibus, qui ubique gentium eandem, quae subiicitur^ precem, et cuius exemplar in tabulario Brevium Apostolicorum asservari iubemus, corde saltem contriti, quolibet idiomate, dummodo versio sit fidelis, recitaverint, quoties id egerint, centum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quam indulgentiam etiam animabus in purgatorio igne detentis quae, Deo caritate coniunctae, ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse impertimus. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Praesentibus perpetuo valituris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Preghiera al Sacro Cuore di Gesù.

« O Cuore Santissimo di Gesù! O fonte di ogni bene! Io vi adoro^
« vi amo, e pentito vivamente dei peccati miei, vi presento questo mio
« povero cuore. Rendetelo umile, paziente, puro e in tutto conforme ai
« desideri vostri. Fate, o buon Gesù, che io viva in voi e per voi. Pro-
« teggetemi nei pericoli, consolatemi nelle afflizioni, concedetemi la sanità
« del corpo, soccorso nei miei bisogni temporali, la vostra benedizione
« in tutte le mie opere, e la grazia di una santa morte ».

Datum Romae, apud S Petrum, sub annulo Piscatoris, die iv decembris anno MCMXV, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*
L . $ S .

EPISTOLAE

I

a

AD AUGUSTINUM CARD. RICHELMY, ARCHIEPISCOPUM TAURINENSEM, ET AD EPISCOPOS PEDEMONTIS, Ut EISDEM GRATULETUR ANNUUM CONVENTUM FELICITER CELEBRATUM.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Laeta, tristia in ^epistola vestra commemoratis, eo scilicet consilio, ut illis aliquod Nobis afferatis in summa aegritudine solatium, hisce vero imminuere quodammodo, partiendo, videamini tristitiam, quam, in his rerum angustiis, magnam Nobis cordi esse facile intelligitis. Propositum utrumque, vestrae pietatis indicem, assequuti plane estis: delataque officia ita complectimur, ut vobis gratias, uti par est, agentes, Deo, bonorum omnium largitori, acceptum referamus quidquid optabile contingat, et ab eodem, si quid contra eveniat, meliora speremus. Spem hanc augent vestrae vestrorumque fidelium preces; quae profecto eo placabiliorem Deum efficient, quo impensius apud eundem christianae caritatis operibus commendentur. Hisce in excolendis cleros populosque pedemontanos praestare in exemplum scribitis; et hanc laudem ita Nos iisdem tribuendam censemus, ut magnam illius partem virtutem vestram sibi vindicare fateamur. Eos enim vos esse novimus quibus nihil prius officio sit, nihil carius grege; quo in pascendo sollertiam, prudentiam pietatemque vestram probatis egregie. Exploratissimae rei recens Nobis praebet documentum conventus, quem nuper habuistis. In eo quippe, uti affertis, *nuptialem vestem* adeo commendatam, Eucharistiam sumentibus voluistis, ut, revocato rigore disciplinae veteris, coercendam in dioecesibus vestris curaveritis eam mulierum vestiendi licentiam, quam si perversi mores probant, modestia non probat, et Ecclesia, quae sancta sancte tractanda vult, adeo improbat, ut vestram in providendo diligentiam, diligentiam esse velit ceterorum omnium pastorum.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac vene-

rabiles Fratres, clero ac populo cuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvu octobris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. D. RAPHAELEM SANTI, EPISCOPUM FERETRANUM, CUI GRATULATUR DE DIOECESANA SYNODO FELICITER ABSOLUTA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Feretrana Synodo, quam feliciter absolutam nuntiasti, sollertiam tuam Nobis tuisque fidelibus egregie testatus es. Nos quidem testimonium eiusmodi vix indigemus. Te siquidem novimus cum Bononiensem ecclesiam regebamus: teque, episcopo creato, laetati ex animo sumus non tua tantum caussa, sed praesertim concrediti tibi cleri ac populi, cui plane videbamus quantas tua virtus portehderet utilitates. Utilitatem certo non exiguam attulisti dioecesanis legibus ita, congruenter temporibus, instauratis, ut scitius descripta iura et officia expeditiorem muniant singulis aeternae salutis viam. Nihil tibi, uti scribis, nunc restat optandum, nisi ut ii omnes, quos tam amanti providentia complexus es, non auditores tantum, sed factores se praestent novae legis, probe memores hos quidem et non illos apud Deum iustificari. Optata haec tua quid est quod non etiam optata Nostra sint? Sunt sane; et ad diligentem legum conditarum custodiam, cum ceteros omnes, tum maxime hortamur viros sacri ordinis, ut ex ore eorum cum legem requirent populi, non solum legem audiant, quam addiscant, sed et optima, quae invitentur, christianae vitae inspiciant in iis exempla. Quod ut ope divinae gratiae quam felicissime eveniat, auspicem caelestium adiumentorum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis Frater, atque universo tuo clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx octobris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ITI

AD RR. PP. DD. LUDOVICUM GAVOTTI, ARCHIEPISCOPUM GENUENSEM, CETEROSQUE LIGURIAE EPISCOPOS, OB LITTERAS BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS OCCASIONE ANNUI CONVENTUS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communis vestra epistola non uno nomine grata Nobis exstitit. Detulit enim cum pietatis in Nos vestrae officia, tum nuncium habiti nuper a vobis annui conventus et bene locatae in re optima providentiae. Scribitis quippe id praesertim velle vos in posterum omni ope contendere, ut necessitudinis nexus inter concreditos vobis fideles et hanc Petri cathe-' dram fiant in dies arctiores. Quo sane proposito vix quicquam possit esse in episcopis commendabilius: nihil certe optabilius Nobis, quibus Liguriae populos non solum Christi caritas, sed et explorata eorumdem virtus, et memoria etiam paternae domus carissimos efficit.

Ad vos quod attinet, delata a vobis officia grato prosequimur animo: cuius sit pignus apostolica benedictio, quam caelestium auspicem munerum vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et uniuscuiusque vestrum Clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x novembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD IOANNEM BAPTISTAM MENGHINI, CAEREMONIARUM PONTIFICALIUM MAGISTRUM GRATULATIONES OB VOLUMINA DE REBUS LITURGICIS B. P. OBLATA.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. - Libenter abs te muneri accepimus tua de rebus liturgicis volumina quae proxime in lucem prodierunt. Atque est profecto cur tibi gratulemur; in primis quod Pii Martinucci « Manuale caeremoniarum », opus merito quidem laudatum, retractaris diligenter et perfeceris. Non modo enim distrihutis novo ordine rebus perspicuitati servis, sed bonis accessionibus facis etiam, ut nihil hic desideretur, quod Sedes Apostolica recentius decreverit. Itaque cum probabilem peritis te posuisse operam, tum valde opportunam et clero perutilem putamus. Neque minus probandi

sunt libri, tuo proprio compositi ingenio ; in quibus vel tradens « elementa iuris liturgici », vel de « cultu et adoratione SS. Sacramenti » tractans, vel sacrorum et ministros et alumnos in Ecclesiae caeremoniis erudiens, vel apostolica de sacris ritibus decreta interpretans, reetae doctrinae copiam dilucide planeque exponis. Quare sollertiam peritiamque tuam merita honestamus laude, bene precantes ut hi labores tui ad divini cultus prosint incrementum. Caelestium autem munerum auspicem ac benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem, dilecte Fili, tibi amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx novembris MDCCCCXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

PIUM EXERCITIUM XV FERIARUM IN HONOREM S. DOMINICI CONF. QUOCUMQUE ANNI TEMPORE PERAGI POTEST.

Die 25 novembris 1915.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut indulgentiae tributae per Decretum d. d. 6 maii 1915 christifidelibus qui piis interfuerint exercitationibus ac supplicationibus in honorem S. Dominici Conf. per quindecim ferias tertias continuas festum eiusdem Sancti immediate antecedentes, acquiri possint quocumque anni tempore, semel tamen infra annum, firmis remanentibus de cetero conditionibus et clausulis memorati Decreti. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S. O.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ERECTIO NOVAE DIOECESIS ET NOVAE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE.

SSmus Dominus noster Benedictus Pp. XV, decreto S. Congregationis Consistorialis diei 10 novembris 1915, novam dioecesim et novam provinciam ecclesiasticam erexit, scilicet:

Dioecesi Fortalexiensi in duas partes divisa, in parte orientali ipsam Fortalexiensem dioecesim coarctavit, in parte autem occidentali novam ac distinctam dioecesim *Sobralensem* denominandam constituit iisdem circumscriptam limitibus, quibus antea ipsa dioecesis Fortalexiensis. Fines vero inter hasce signabunt confinia paroeciarum novae dioecesi Sobralensi tributarum et in proprio ambitu contentarum, scilicet *Acarahu, S. Ana, Aracaty-Assu, S. Quiteria, Tamboril* et *Independencia.*

Dioecesim insuper Fortalexiensem, uti supra Coarctatam, eadem Sanctitas Sua a metropolitico iure Ecclesiae Olindensis exemit et ad metropolitanam dignitatem evexit ; eidemque tamquam suffraganeas assignavit novam dioecesim Sobralensem et dioecesim Cratensem iam extantem, quam pariter subtraxit a metropolitico iure Ecclesiae Olindensis, huic dumtaxat relictis uti suffraganeis dioecesibus de Alagoas et Florestensi.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

† Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

SACRA ROMANA ROTA

BUSGODUGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (JÜRGENS - DE HOOG)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die Io maii 1915, BR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de Turno, in causa* ßuscoducen. -/Nullitatis matrimonii, *inter* Victorem Jürgens, *repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum, et* Ioannam De Hoog, *interveniente et disceptante in causa Vinculi defensore, sequentem in primo gradu tulerunt definitivam sententiam:*

Victor Jürgens, nonum et vigesimum aetatis suae agens, mense aprilis 1910 sponsalia iniit cum Ioanna De Hoog, puella viginti quinque annorum. Quamvis, curis negotiorum detentus, rarius sponsam visitasse!, ipsum tamen abnormis puellae indoles latere non poterat; tristem, taciturnam, frigidam se exhibebat, nec raro de dolore capitis et lassitudine conquerebatur, saepius etiam timores proferens ne insana evaderet. Sponsi cedens precibus, ad sanatorium Nassoviae situm se contulit, ut medicorum curis se subiiceret, ibique a die 6 iunii ad diem 10 iulii 1910 morabatur. Parum ipsi curae assiduae profecerunt, ita ut sponsus, anxietate percussus, anceps haereret an ad matrimonium contrahendum prosequeretur. Partim vero miseratione erga puellam motus, ne, abruptis sponsalibus, fama in eius damnum verteret, partim etiam spe quadam recreatus eam in vita coniugali, maiori libertate praeditam, ad saniorem conditionem revocatam iri, matrimonium cum ipsa reapse contraxit die 30 augusti 1910. At voluptuario itinere nuptiali vix incoepto, aegra sponsae valetudo in peius mutari videbatur: nihil in ipsa sensum iucunditatis excitare valebat, et omnia taedio ipsi fuerunt, ita ut iter, quod longe lateque per Europae urbes prospexerunt, interrumpere debuerint, et post quindecim dies domum petierunt. Ad domum regendam ineptam prorsus se prodiit, nec quidquam in re domestica ordinandum curavit, omnia ancillae relinquens dirigenda. • Otio potius continuo indulgebat, et ab initio vitae communis inanibus suspicionibus affecta erat circa viri

infidelitatem, et calumnias, quas fingebat se ab aliis malitiose impeti. Crescente in die mentis aegritudine, eo devenit Ioanna ut mense aprilis 1911 curis medicorum concredi debuerit, assidente quoque ipsi in domo sua muliere ad aegrotos neurasthenicos curandos specialiter instructa, domina Viehinann. Cum vero cura domi peracta haud felices exitus habuerit, die 1 augusti an. 1911 ad sanatorium doctoris Tbomsen apud Bonn translata est, ibique usque ad diem 20 novembris eiusdem anni permansit. Domum reversa, post paucas hebdomadas, medio mense decembris ad sanatorium doctoris Stigler apud Scheveningen se contulit, et sub fine mense februarii ad sanatorium doctoris Thomsen apud Bonn iterum perrexit. Die 20 decembris eiusdem anni 1912 domum rediit ubi sub custodia et tutela Elisabeth Stevens, laurea medica pro assistentia phrenesi et neurasthenia laborantium insignitae, versata est usque ad finem decembris 1912, quo tempore misera mulier in nosocomio dicto *Condewater* apud Rosmalen inclusa est, ubi usque hodie plena amentia laborans versatur. Audito medicorum et amicorum consilio, persuasus omnino de uxoris amentia etiam tempore matrimonii antecedente, Victor Jürgens a Summo. Pontifice gratiam petiit obtinuitque ut causa apud N. S. Ordinem institueretur ad nullitatem matrimonii ex hoc capite declarandum. Citatio mulieris ad Curiam Buscoducensem de more missa est mulieri transmittenda, cui tamen notificari non potuit, ob eiusdem amentiam a medicis attestatam; comparuerunt igitur coram D. Ponente tantummodo Actoris Patronus et Vinculi Defensor ex officio, qui dubio consueto concorditer subscripserunt: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

Ad ius quod spectat.. Mutuo partium consensu matrimonium constituitur, ad quem requiritur libera voluntatis electio, praeeunte cognitione rationali, uti in omni actu humano. Cum amentes incapaces sint eiusmodi cognitionis rationalis, consensum liberum praestare nequeunt, ac proinde a matrimonio contrahendo arcentur, prout declaratur in cap. 24, *De Sponsal. et Matrim. :* « Cum eadem cum ipso viro qui continuo furore « laborat, morari non posset, et propter alienationem furoris, legitimus « non potuerit intervenire consensus, mandamus, quatenus, si rem nove« ris ita esse, praefatas personas cures ab invicem separari ». De amentibus furiosis tantum explicite agitur, unde summarium capitis: « Furiosus matrimonium contrahere non potest». At idem dicendum est de amentibus qui sine furoris manifestatione rationis usu destituuntur, ut ex natura ipsius impedimenti constat, et ab omnibus Doctoribus admittitur. Unde adiungit Glossa ad dictum cap. *Dilectus :* « Sed quomodo « potuit hoc esse, quia, si quando mulier ista contraxit, laborabat ille

« furore, stulta fuit, sed id non est verosimile, quod aliqua cum tali «contraheret? Respondit: potest dici quod ille tempore contractus erat « furiosus, et pater iste et filia ignorabant illum esse furiosum. Saepe « enim furiosi sunt constituti in conspectu umbratae quietis... nec tamen « sunt mentis sanae, licet videantur. Et si tunc mulier ista cum eò con- « traxit, non tenuit matrimonium, et si hoc probaverit, separabuntur ».

Impedimentum haberi intelligitur pro illis qui *plene* amentes sunt (Wernz, n. 41, p. 49, ed. 1904), sive quoad omnia insaniunt, sive quoad ea tantum quae matrimonium respiciunt, qui aliquando *dementes* vocantur. « Gontingere potest, ait Sánchez *(De Matr.,* disp. 8, n 23), aliquem « hominem dum considerat aliquod obiectum delirare, licet dum alia percipit, non deliret, sed deliberatione utatur ».

Qui igitur semi-fatui sunt, seu semi-amentes, matrimonium valide contrahere possunt, dummodo deliberatione uti possint, quae sufficit ad lethaliter peccandum, ut notat Sánchez (disp. 8, n. 15): « Constat a « furioso nihil fieri posse, consensum liberum exigens, qualem petunt « sponsalia et matrimonium. Et idem dicendum est de mente capto, qui « omnino usu rationis destituitur; secus est, si non caret omnino intel- « lectu, quem vulgo *tonto* appellamus; hic enim sponsalia et matrimo- « nium inire potest, ut bene cum Socino docet Greg. Lopez proxime cita- « tus; et ratio est manifesta, quia deliberationem sufficientem habet ad « lethaliter delinquendum ». Quod valet non solum pro iis qui perpetuo vel diu in statu semi-amentiae versantur, sed etiam pro iis qui, tempore morbi ingravescentis, nondum ad statum plenae amentiae pervenerunt, quem tamen postea attingunt. Ad rem notat D'Annibale (tom. I, num. 31, not. 15, ed. 3): « Amens per omnia et in omnibus dormientis loco habe- « tur; ideo quidquid faciat, nihil agit, scilicet cum ad perfectam amen- « tiam pervenerit; nam regulariter ad eam pervenitur sensim sine sensu. «In periculo autem incubationis, uti aiunt, latentis, quamdiu tanta in eo « vis superest intelligentiae, quanta pollent hi qui infantia vix egressi sunt, « non amentibus sunt accensendi ». Sed notandum est hoc dici de pueris « qui infantia vix egressi sunt », qui in statu normali versantur, usu rationis videlicet praediti et capaces delinquendi lethaliter.

Distinguendum vero est inter gradum evolutionis amentiae, et eiusdem manifestationem: morbi enim natura et vis latere possunt non solum profanos, qui signa eiusdem aequivoca perspiciunt, sed etiam pro quodam temporis intervallo ipsos medicos, qui nonnisi per ulteriorem morbi evolutionem et manifestationem certiores facti, statum etiam anteriorem aegroti accurate dignoscere possunt. Ita peritus Van der Hagen in praesenti causa.

Si amens lucida habet intervalla,. et in his contrahit, matrimonium validum est; ut omnes Doctores affirmant. In dubio, vero, utrum haec intervalla temporis, in quibus matrimonium est contractum, fuerint lucida an non, pro parte negativa, quando probata fuit amentia ante et post, praesumendum est, iuxta doctrinam communem, ita a SanChésio expositam (1. c, n. 17): « Dicendum tamen est praesumi temporis furoris « gestum esse » (matrimonium). Et ratio est, quia, cum furoris morbus, « suapte natura, perpetuus, insanabilis ac desperatus sit, praesumitur « durare omni tempore, et illa dilucida intervalla sunt per accidens, « ideoque minime praesumuntur ». Et Rota (Dec. 276, num. 7, p. 8 ; Dec. 8, num. 12, part. 13, recentior). « Dementia praesumitur medio tem- « pore durasse, stante probatione extremorum ». Item Gasparri, vol. 2, n. 884, ed. 1904; D'Annibale, tom. I, n. 150, not. 39, ed. 3.

Quoad amentiae probationem, id praesertim animadvertendum est, quod cum sit morbus, ex peritia medicorum praecipue diiudicanda est, quibus in arte plena fides est adhibenda, dummodo constet eos rite facta cognoscere, sanaque scientia pollere morumque honestate. Ait Zacchias {*Quaestiones Medicos-legales*, lib. 2, tit. I, *De Dementia):* « Quam « multa sint, quae circa hanc materiam de dementia a medicis requi- « rere Iuris-Consulti consuescant, notius ipsis est, quam ut a me lon- « gioribus demonstrari possit. Cum enim has passiones soli medici « cognoscant . . . .nec praeter rem sancitum est in 1. *Semel*, c. *de re « indit.*, morbum probari per medicos curae inservientes, unde ipsis « solis creditur, cum dubitatur an testator furiosus vel demens fuerit « necne ».

Ad factum quod attinet. - Undecim sunt medici in iudicium inducti, quorum septem post matrimonium, et quatuor ante, Ioannam inviseserunt. Ex hisce quatuor, vero, Dr Van Kekem et Dr Moll e numero peritorum excludendi sunt, cum primus mulierem non curaverit, sed tanquam amicus familiae solummodo eam cognoverit, et in morbis insaniae haud peritum>se esse fatetur; alter vero medicus nonnisi quatuor annos ante matrimonium aegrotam puellam visitaverit, quo tempore iam aegritudine nervosae indolis laborabat.

Magni quidem momenti est testimonium doctoris Anhalt, qui infirmam puellam triginta quatuor dies in suo sanatorio apud Nassoviam tenebat paullo ante matrimonium. Ingressa est enim Ioanna sanatorium die 6 iunii 1910 et inde domum rediit die 10 iulii, die 30 augusti nuptura. Interrogatus medicus: « Può Ella ricordarsi come è stata la « condizione della di lei mente in quel tempo? », respondit: « Sì, posso

« ricordarmi in quale stato mentale era in quel tempo ». Quaesitus iterum : « Ella è convinto ch'essa allora soffriva della malattia di mente « come adesso le attribuiscono i medici?», respondit: « Sì . . ... Sono « convinto che in quel tempo non poteva rendersi conto completo del « suo fare e dire. Non era capace di agire con libera volontà (fare atti « di libera volontà) ». Quaesitus: « Ella ha la ferma convinzione che essa « non è stata atta a dare con chiara intelligenza e libera volontà il « consenso chiesto per il matrimonio cristiano? », respondit: « Sì ».

Integratur eius testimonium per quamdam epistolam actori missam die maii 1912, in qua facta ab ipso observata et narrata iuramento firmare se paratum esse dixit. Ita scribit : « Le communico le mie osser- « vazioni fatte *suo tempore* a Nassau. Sua moglie all' osservatore non « pratico non doveva apparire come affetta di malattia mentale, perchè « in seguito a ciò che si sentiva abbastanza intensivamente male di « salute, non manifestava la sua anormale operazione mentale, piuttosto « si sforzava di mostrare esternamente una condotta corretta (essa dis- « simulava). Così accadde che gli altri la consideravano come strana, « ma non gravemente ammalata. Quando feci la sua conoscenza mi « venne subito il sospetto che poteva trattarsi di una malattia seria. « Questo sospetto purtroppo nel primo esame più accurato doveva diven- « tare certezza. In quella occasione mostrò di avere una quantità di « idee folli e pazze. Principalmente credeva di essere perseguitata e « danneggiata; così per esempio diceva che il suo padre la faceva osser- « vare per mezzo della Chiesa e dei Gesuiti. Poi faceva allusione a ciò « che sarebbe di alta nascita, che insomma era una creatura del tutto « speciale. Già nella scuola aveva avuto sempre il sentimento che era « del tutto differente dalle altre figlie della stessa età. Ora si sentiva « sempre osservata e sapeva che anche prima era stata sempre osser- « vata. Gli uomini per la strada avrebbero riso di lei. Una volta, quando « dalla strada abbastanza lontana e coperta dagli alberi si sentivano « ridere i bambini, disse che questi bambini si ridevano di lei. Si cre- « deva riconosciuta e osservata dalla gente che passava per la strada, « il che era impossibile a causa della distanza della strada.

« Come già dissi sopra, aveva sempre il sentimento chiaro di essere « malata, il che la faceva essere riservata anche verso di me, mentre « d'altra parte spesso diceva che era pazza, che non potrebbe sposarsi, « che aveva paura del matrimonio e cose simili. Concordemente alle « sue molteplici immaginazioni ed espressioni folli, delle quali oggi sol- « tanto alcune mi rammento, la diagnosi della malattia mentale fu sta- « bilita come certa, anche esternamente dal suo ridere sciocco, e dalla

« indifferenza del suo sentimento. È sicuro e senza alcun dubbio, che « già allora era affetta di malattia mentale, e che era in una con- « dizione tale, dalla quale va escluso ogni atto di volontà libera. È «naturale, ma voglio dire ancora espressamente- che questa mia opi- « nione la vorrei affermare ad ogni modo, dunque anche sotto giura- « mento ».

Facta a medico Anhalt narrata, quae ipse expertus est in sanatorio cura mulieris infirmae durante, utpote ad curam ipsam pertinentia et materiam constituentia iudicii intellectus in morbo dignoscendo, quod praecipuum munus periti est (De Luca, *De Iudic,* disc. 33, n. 20, seq.), peculiariter ipsi observanda erant, ac proinde peculiarem vim ejus testimonio adiungunt. Plenam mulieris amentiam, eo tempore existentem, affirmat: « Non era capace di agire con libera volontà ». Hoc periti iudicium, factis ab eo observatis innixum, confirmationem quamdam accipit ab iis quae exponit auctor L. Borri *(Nozioni elementari di medicina legale,* pag. 296): « L'importanza medico-forense. . . . è tanto mag- « giore, perchè *la più grande anomalia psichica* può celarsi sotto la « vernice del senno. Il raziocinio si mantiene inalterato, e questi indi- « vidui possono accudire ai loro affari, e continuare nei rapporti sociali « e familiari, senza che F occhio della commune delle persone possa « arrivare a scorgere in loro qualcosa di più che una qualche eccen- « tricità o bizzarria di carattere, ed anzi, non è difficile verificare come, « per un certo tempo, i paranoici astutamente dissimulano il delirio che « di loro si va a mano a mano impossessando. E tanto più, *anche a « periodo inoltrato della malattia, Y* apprezzamento dei profani può riu- « scire difficile, inquantochè sono caratteristici della paranoia i deliri « sistematizzati. La stabilità delle concezioni deliranti fa sì che, fissan- « dosi essa nella coscienza e concretandosi nella esperienza personale « del paranoico, ne avviino il lavorìo psichico in una data direzione, «variabile nei diversi casi; per modo che le associazioni, i rapporti, le « deduzioni, in una parola, la elaborazione della rappresentazione si « organizza in un sistema logico, specializzato, di comprensione illu- « soria dell'ambiente ». Deinde (pag. 306, 1. e): « Si tenga poi presente << che il paranoico può abilmente dissimulare, nell'intento di evitare la « interdizione, come anche *per essere dimesso dal manicomio ».*

Idem iudicium de amentia Ioannae protulit iste medicus mense maii 1912 in epistola quam doctori Wilhelmy, ipsum de statu mulieris ante matrimonium interroganti, misit : « La signora Jürgens nel suo « tempo a Nassovia (dunque prima dei matrimonio) ha mostrato eviadenti segni di demenza, e ch'essa era dominata in tale grado da fan-

« tasmi vaneggianti d'indole ebefreniea, e che si doveva ritenerla in « quel tempo come inetta di agire nel senso del par. 102, 2, Cod. Civ. « (tedesco) ».

Specie tenus sibi contradicere videtur peritus Anhalt, quum asserit mulierem dementia « indolis hebefrenicae » laborare, dum in interrogatorio eam dementia '«paranoide» affectam fuisse affirmat: iudici enim quaerenti: « Ella **è** convinta ch'essa allora già soffriva della malattia « di mente, come adesso le attribuiscono i medici ? », respondit : « Sì ». Dementia vero a medicis Ioannae nunc attributa est illa quae « **paranoia** » dicitur. Dr Corn. J. Hoogweld, in cuius sanatorio *Gondewater* tempore processus instructorii includebatur Ioanna, et adhuc inclusa est, de natura morbi ipsius interrogatus: « Ha essa (ioanna) da quel « tempo (26 dec. 1912) in poi sofferto di totale insania, e di quale « specie ? », respondit : « Affirmative, di demenza paranoide ». Iterum interrogatus: « Quali sono i particolari sintomi della malattia? », respondit: «Essa soffre di ogni specie di fantasia di immaginazione, che con« tinuamente variano; ora s'immagina essere una principessa d'Austria, « ora quella di Orange. Di più ha idee paurose di persecuzione, e di « avvelenamento. Inoltre, essa ha numerose allucinazioni, anzi di tutti « i sensi, con tutti i fenomeni che ne sono le conseguenze ».

Dr. Muthman, etiam, ac Dr. Anhalt, dicit eam « hebefrenia » laborasse: Dr. Hagen, vero, « dementia praecoce ». Nonnisi specie tenus inter peritos est contradictio; nam dementiae praecocis forma quaedam est « hebefrenia », altera « paranoia », ut docet Borri (1. c, p. 288): « Fa « parte a se in questo paragrafo la demenza precoce, ormai assunta ad « entità clinica indiscussa nelle sue forme di ebefrenia, di catatonia, di « psicosi paranoide ». Monet autem idem auctor (1. c, p. 294) huiusmodi formas in casu concreto saepe convenire tanquam manifestationes externas unius eiusdemque defectus organici: « Tutti questi diversi tipi di « anomalia - **è** bene ripeterlo - non hanno individualità clinica, trattan« dosi di differenze superficiali di forma - spesso concorrenti, - d'una « unica e sostanziale modalità psicopatologica, consistente nella labilità « di equilibrio o addirittura nello squilibrio funzionale di un cervello « costituzionalmente imperfetto. Fatta questa riserva verremo ora a tener « parola delle forme meglio definibili » etc., inter quas formam « paranoidem » enumerat.

Naturam et phaenomena dementiae paranoidis ita describit auctor citatus, Dr. Borri (p. 297 seq.): « La paranoia - lo dice il nome - **è** uno « stato psichico che offre la parvenza di confinare con lo stato normale « della mente, inquanto **che è** conservato, nei suoi termini qualitativi e

«quantitativi, il meccanismo della elaborazione del pensiero. Senonchè, «sotto questa parvenza di condizioni quasi normali, si cela una pro- « fonda alterazione fondamentale, costituzionale di tutto l'organismo « psichico e fisico, la quale falsa, denatura e pervertisce, nelle sue prime «origini, il lavoro del pensiero, per il fatto-, che le impressioni del « mondo esterno e dell'io organico sono falsamente comprese ed elabo- « rate dalla coscienza. La percezione sensoriale è normale: ma ne è « falsata l'interpretazione; d'onde, invece di una compressione oggettiva « del mondo esterno, se ne ha una eminentemente soggettiva... D'onde, « a lungo andare, la intuizione del mondo esterno risulta addirittura « erronea e mutano i rapporti che con esso aveva l'individuo; in una « parola, si cambia addirittura la di lui personalità da quella che prima « era, per modellarsi ed armonizzarsi con il delirio ».

Hoc sensu psycologico alteratami fuisse personalitatem Ioannae ante matrimonium affirmat Dr. Anhalt in epistola ad Victorem Jürgens diei 25 maii 1912: « Faceva allusione a ciò che sarebbe di alta nascita, che « insomma era una creatura del tutto speciale ». Eodem redit testimo- nium matris Ioannae et fratrum, nempe eam saepius exclamasse: « Non « sono una trovatella? ».

Morbus eius indolem praeseferebat paranoiae persecutoriae, ut notat peritus Anhalt in eadem epistola: « Principalmente credeva di essere « perseguitata e danneggiata; così, per esempio, diceva che il suo padre « la faceva osservare per mezzo della Chiesa e dei Gesuiti... Gli uomini « per la strada avrebbero parlato di lei, avrebbero riso di lei. Una volta « quando dalla strada abbastanza lontana e coperta dagli alberi si sen- « tivano ridere i bambini, disse che questi bambini si ridevano di lei ».. Notat frater Ioannae, Herrn annus: « Più volte prendendo qualche cosa « per bocca, domandava: " Non vi sarà veleno nella mia bevanda? „ ».

De indole persecutoria paranoiae descriptionem exhibet Dr. Borri (l. e, p. 298), quae omnino quadra t cum factis in casu Ioannae a doctore Anhalt observatis: « Un individuo trovato e,veduto in qualche posto non « gli risulta indifferente, come a colui che è normale, ma gli sembra che « lo guardi in modo strano, con sospetto, con diffidenza: se fa uh qualche « atto innocente, quest'atto è di scherno al di lui indirizzo : un annunzio* « di giornale, che parli di cose qualsiasi, viene ritenuto si riferisca a lui. « Insomma, il mondo esterno è obiettivamente, in senso assoluto, perce- « pito per quel che è, ma subiettivamente la appercezione ne è erronea o « falsata... Si hanno categorie ormai abituali di persecutori: gesuiti, ecc. ».

Haud obest valori testimonii doctoris Anhalt de plena Ioannae^ amentia ante matrimonium, quod in aegroto agnoscit potentiam dissi-

mutandi insaniam, quae, iuxta Vinculi Defensorem, cohaerere nequit cum impotentia insaniae corrigendi. Nam impotentia insaniae motus corrigendi significat aegrotum huiusmodi motus, vel alucinationes subiectivas pro obiectiva veritate tenere, dum potentia dissimulandi insaniam significat facultatem celahdi huiusmodi impotentiam corrigendi insaniae motus. Quo usque vero, haec facultas cohibendi insaniae manifestationes consistere possit cum gradu intensión amentiae, ad peritos spectat iudicium. Periti Anhalt et Thomsen affirmant, saltem implicite, facultatem dissimulandi insaniam cum plena amentia consistere posse. Id videtur confirmare auctor citatus, Dr. L. Borri (p. 296 et 306), ubi ait: « *La più grande anomalia psichica può celarsi* sotto la vernice del senno... « *Anche a periodo inoltrato* della malattia, l'apprezzamento dei profani può « riuscire difficile ... Il paranoico può abilmente dissimulare, neh" intento « di evitare la interdizione, come anche *per essere dimesso dal-manicomio* ».

Peritiam doctoris Anhalt confirmat Dr. Muthman, qui in eodem sanatorio ante matrimonium mulierem unico examini subiecit: « Il libero atto « della volontà era impedito anche alla conclusione nuziale (del matri« monio). La specie dell'insania della mente è la suddetta ebefrenia». Declarationem adiungit: « Il Dr. Muthman non può adesso ricordarsi « più se propriamente a questo primo esame già gli sia venuto il sospetto « che la signora Van Hoog era ammalata di mente », ex qua patet iudicium eius categoricum de existente insania mulieris ante matrimonium haud unice vel praecipue fundari in examine eo tempore ab ipsa peracto. Rationes iudicii non affert, cum de iis a iudice interrogatus non fuerit. At ex epistola doctoris Anhalt diei 9 maii 1912 ad doctorem Wilhelmy missa, sufficienter patet rationes in quibus iudicium suum fundavit easdem vel similes fuisse ac illas a doctore Anhalt allatas, licet facta ab eodem observata ex propria scientia non cognoverit. In illa «pistola enim notat Dr. Anhalt: « Che aveva parlato *più volte* di questo « affare al collega Muthman e che ha indicato che la signora de Hoog « proprio non poteva maritarsi e che di piena giustizia si doveva infor« mare lo sposo ».

Dr. J. Wiardus Beckman, qui Ioannam curavit a mense aprilis 1911 usque ad mensem augusti eiusdem anni, primi scilicet post matrimonium contractum, declarat eam amentem fuisse non solum eo tempore, sed etiam ante matrimonium, quod iudicium fundat in gradu valde evoluto morbi, et in factis anterioris vitae mulieris, sive ab ipsa auditis, sive ab aliis (ut in declaratione iurata iulii 1912), inter quos Dr. van Wayenburg, qui Ioannam ante matrimonium curavit. Quoad rationem ex intensione gradu evolutionis morbi petitam loquitur alius peritus

Dr. Ioannes van der Hagen, qui interrogatus a iudice: « Ella è d'opi-« nione che gli specialisti in questa sorte di malattia, quando hanno « trattato tali malati lungo tempo e con cura, possono sapere con cer-« tezza che una malattia come quella di cui soffre la signora Jürgens « de Hoog ha esistito già da parecchi anni prima che la persona malata « fosse confidata alla loro premurosa cura? », respondit: « Questo dipende « in quale stato di malattia è affidato al medico il malato. Se questo è «al principio non si può fare una simile conclusione; se la malattia « invece è già di molto avanzata, allora si può dire con certezza che « la malattia ha esistito da molto tempo, e bene tanto più lungo a « misura che lo stadio della malattia è più avanzato ».

Facta vero anterioris vitae Ioannae, conditionem eius mentalem respicientia, non ab ipsa sola didicit, sed etiam ab aliis, praesertim a doctore van Wayenburg, qui, utpote medicus mulierem ante matrimonium curans, opportune notare potuit omnia morbi indicia.

impotentiam mulieris liberum consensum in matrimonio praestandi ita exprimit peritus, interrogationi iudicis respondendo : « Crede Ella, « perciò, ch'essa al momento del suo matrimonio non era in istato di « dare il richiesto ragionevole consenso, conscia di quel che faceva? », respondit: « La considerava come non responsabile del suo fare ed agire, « e credo dunque perciò, che, benché fosse conscia, ha dato il richiesto « consenso, nondimeno non ha potuto sufficientemente capire F intiera » estensione (tutto il significato) del suo . consenso ». Ex responsione periti constat eum liberum consensum ex parte mulieris omnino excludere, quia eam declarat simpliciter amentem ante matrimonium (« Ella « è convinto che la signora Jürgens de Hoog aveva già la medesima « malattia prima del matrimonio ? - Affirmative »), quia affirmat eam fuisse « non responsabile del suo fare ed agire », et quamvis, directe a iudice interrogatus circa scientiam mulieris in matrimonio contrahendo (« conscia di quel che faceva? »), aliquam deliberationem in consensu praestando admittat (« benché fosse conscia, ha dato il richiesto con-« senso »), recolendum est non quamcumque deliberationem ad consensum validum in matrimonio sufficere, iuxta doctrinam iuristarum, sed requiri illam deliberationem quae requiritur et sufficit ad lethaliter delinquendum. Ubi deest talis deliberatio, amentia perfecta et absoluta dicitur sensu iuridico ecclesiastico, ita ut huiusmodi amens matrimonium valide contrahere nequeat, licet forte morbus amentiae qua laborat ad alios intensiores gradus adhuc progredi possit.

Dr. Wilhelmy, qui curas Ioannae ministravit in sanatorio doctoris Thomsen a 1 augusti ad nov. 1911, et a 29 febr. ad 20 aug. 1912, opi-

natur eam amentem fuisse ante matrimonium et incapacem liberum consensum in matrimonio praestandi. Testatur: « Ho la persuasione «intima che l'insania non si è formata dopo del matrimonio, ma ha « esistito già da parecchio tempo prima del matrimonio. Ho la persua- « sione che essa all'atto del matrimonio non era più in istato di pre- « stare un simile consenso quale deve essere richiesto per la valida « conclusione del matrimonio cristiano. Come causa posso allegare tanto «il fatto che di solito-simili malattie si sviluppano lentamente, quanto « l'asserzione degna di fede di un altro medico che ha curato la signora «•Jürgens prima del matrimonio, e di cui io stesso ho in mano una « lettera. Quel Signore mi scrive a mia richiesta il 9 maggio 1912 che « la signora Jürgens nel suo tempo a Nassovia (dunque prima del matri- « monio) ha mostrato evidenti segni di demenza, e ch'essa era dominata « in tale grado da fantasmi vaneggianti, d'indole ebefrenica, che si « doveva ritenerla in quel tempo come inetta di agire nel senso del « par. 102, 2, Cod. Civ. (tedesco). Nota ancora che aveva parlato più « volte di quest' affare al collega Muthman e che ha indicato che la « signora de Hoog proprio non poteva maritarsi, e che di piena giustizia « si doveva informare lo sposo, il nome del medico è Dr. Anhalt ». Huiusmodi informationes circa statum anteriorem mulieris a medico Anhalt petiit cura durante quam ipse Wilhelmy Ioannae peragebat, quod sollicitudinem ipsius ostendit in recto conceptu efformando infirmitatis mulieris aegrotae.

Cum doctore Wilhelmy consensit Dr. Wassermeyer, qui simul cum illo in sanatorio curae Ioannae incumbebat; ait: « Secondo le notizie « partecipatemi d'altra parte medica e dalle mie proprie osservazioni, « ho la convinzione che la signora Jürgens al tempo della celebrazione « del matrimonio non poteva prestare un valido consenso ».

Quartus medicus, ex septem qui curas Ioannae post matrimonium administrarunt, J. van der Hagen, categorice affirmat eam etiam ante matrimonium simpliciter amentem fuisse, ac proinde liberi consensus incapacem. « Opino » ait, « che la Chiesa cattolica per un valido matri- « monio esige un consenso ragionevole, risultante da una libera volontà « ed ispirato da sana mente. Basandomi su ciò, ho la convinzione, che « la malattia della Signora esisteva già prima del suo matrimonio in « tale misura, che essa era incapace alla celebrazione del suo matri- « monio di dare un simile consentimento ragionevole. ... Da ciò che ho « sentito dai medici e da altri testimoni degni di fede, in relazione con « ciò che mi risulta dalla mia ricerca (inquisitione nempe aestate «anni 1912 in sanatorio apud Bonn facta), ho la convinzione che la

« Signora già prima del suo matrimonio era sofferente di " dementia « praecox „, la quale considero come una forma di pazzia ».

Haud opponi potest testimonio huius periti, sicut nec aliorum in causa testantium, quod conceptum erroneum probabiliter habeat illius quod ad validum consensum in iure ecclesiastico requiritur, nam huiusmodi conceptus est facilis intellectu et peritus praesumendus est illum recte intelligere, donec contrarium probetur, quod in causa praesenti non est probatum. -

Neque diminuito testimonii auctoritas ex eo quod iudicium de anteriore mulieris conditione partim innititur factis ab aliis narratis, qui forsan in iudicio non sint vocati, nam huiusmodi facta, ut periti implicite admittunt, non erant alterius speciei ac illa quae a testibus iuratis circa statum mulieris matrimonio anteriorem referuntur, quae nimirum, ex sese indicia amentiae indubia pro imperitis in arte haud ferunt, sed tantummodo conditionis mentalis abnormis: quorum autem vera significatio peritis medicis ex ulteriore morbi evolutione innotescit, uti notavimus ex peritia testis van der Hagen. Unde interrogationi iudicis: « Come spiega, ella, che i profani, tanto prima che dopo il matri- « monio, l'hanno tenuta bensì per strana ed isterica, ma non pazza? « Accade questo sovente per tale malattia? ». Peritus J. van der Hagen non opponit facta ipsa narrata alterius fuisse rationis, sed respondit: «Spiego ciò in questo modo, che la Signora era effettivamente strana, «e non raramente faceva F impressione di essere sofferente dell'isteria; « e che, se non la riguardavano come demente, è un fenomeno occorrente « assai comune in queste e simili malattie, perchè i profani per il solito « non giudicano che secondo il comportarsi e le azioni in tanto che « sono pericolose per gli altri, e ciò non era qui il caso ». Simili interrogationi in eodem sensu responderunt periti, DD. W. ßeckman, G. Anhalt, Thpmsen, Wilhelmy, notata etiam a tribus ultimis potestate aegroti dissimulandi insaniam.

Huiusmodi explicationes conveniunt cum doctrina auctorum de hac re tractantium: ita Kraepelin *(Trattato di psichiatria,* vol. % pag. 157): « Molti di questi malati non vengono affatto sotto la cura dell' alie- « nista, perchè il cambiamento viene considerato dai parenti non come « assolutamente morboso, ma solo come il risultato di uno sviluppo « infelice, e anzi forse anche come un colpevole difetto di carattere ». Et E. Tanzi *(Psichiatria forense,* p. 405): « Non di rado i sintomi ìni- « ziali della demenza precoce vengono interpretati dai parenti degli «ammalati e da chi ha rapporti meno intimi con essi in modo del «tutto erroneo. L'arresto dei poteri psichici, l'incapacità di attenzione

« attiva vengono scambiati per indizi di svogliatezza, di pigrizia, di « spensieratezza ».

Ex tribus peritis remanentibus, nemo positive dissentit a iudicio priorum, quo constare dicunt de amentia sponsae ante matrimonium, sed Dr. G. J. Hoogweld a iudicio de anteriore statu infirmae proferendo abstinet. Dr. Stigler ait: « Non posso dare sentenza che solamente « secondo le notizie datemi ; ma visto lo stato nel quale mi avvedevo, « non voglio negare che fosse possibile che già prima del matrimonio « essa era sofferente di mente ». Dr. Thomsen probabilissimam asserit insaniam mulieris ante matrimonium: « Secondo la mia persuasione «scientifica, la signora Jürgens alla celebrazione del matrimonio si è « fatta guidare molto più da certe insane immaginazioni, sentimenti ed « impetuosità di volontà morbosa, che da motivi mentali normali. Se « alla celebrazione del matrimonio la facoltà della libera volontà fosse « completamente esclusa, non può essere asserito, in base della propria « osservazione, con certezza infallibile, ma può essere ammesso come « probabilissimo ».

Quod ad alios testes spectat praeter peritos, deponunt quae sequuntur circa conditionem mentalem Ioannae de Hoog ante matrimonium. Mater eius testatur : « Essa restava nelle ore serali con grinzo apiglioso « e fastidioso, aveva lo sguardo stucchevole, irrequieto, e per me brutto « a vedersi; al passeggio della sera era dello stesso umore ... se ne era « fatta prima del matrimonio un'abitudine ... Tali espressioni sono state « usate dalla mia figlia prima del matrimonio », nimirum : " Non sarei «una trovatelia? - Mamma si sarebbe comportata male? - Mi sento « diventare pazza „. - Mia figlia negli anni prima del matrimonio ha « più volte fatto capire la sua paura di diventare pazza un giorno. Spesso « si lagnava di pensieri orribili, ma non angosciosi ... Era ogni tanto « melanconica, tanto sola con me, che presso gli estranei, ma ñon di « continuo. Era bensì talvolta stordita e stanca nella testa, ma questa « non era la sua condizione di mente continua e persistente ... Ripeteva « di continuo le stesse parole ».

Frater Ioannae, Hermannus de Hoog ait: « Era spesso noiosa, tal- « volta anche senza diretta ragione. Trapassava tanto i limiti del sop- « portabile che talvolta trovai il miglior partito di lasciare la sua « compagnia ... Quella specie di tristezza e di disanimazione, quel ghiri- « bizzare, oppure, come li chiamavano, *quei capricci*, ritornavano subita- « mente ogni tanto, ma la maggior parte ritornavano dopo brevi o « lunghi intervalli. Era assai difficile di cavarla da quella condizione «mentale, e spesso non si riusciva affatto. Ogni tanto era di umore

« stizzoso senza ragione. Allora quegli accessi di cattivo umore erano « violenti in parole sì, ma non in fatti ... Si lagnava per altro molto di « storditezza e stanchezza di testa. Tali e simili espressioni, uscivano « talvolta dalle sue labbra : " Fossi pure morta. - Un bel giorno diventerò pazza. - Non sono una trovatella? „. Stava talvolta per lungo « tempo a ripetere una medesima parola insignificante ». Testis etiam iuramento confirmat ea quae tempore autumnali anni 1910 circa conditionem eius sororis ante matrimonium Victori Jürgens declaravit, nempe : « Si lagnava sempre di essere stanca e stordita in testa. Più volte pren- « dendo qualche cosa per bocca, domandava: " Non vi sarà del veleno « nella mia bevanda? „. Quei di casa la consideravano come simulando, « che era stanca, ecc.... in sostanza, era in uno stato di continua indo- « lenza, di storditezza di cervello, di far niente, di sognare. Era capace « di stare lungo tempo mormorando la medesima parola. Si considerava « che, maritata, guarirebbe di ruminare tristamente e del far niente ».

Pater J. Mohrmann, O. P., deponit: « Durante tutto il tempo fino « al suo matrimonio la trovavo una fanciulla molto strana: spesso pas- « sava da briosa allegria subitamente alla più svagata distrazione « ovvero alla sfrenatezza, senza cagione esterna; stava del tutto fuori « la linea di una ordinata fanciulla della sua posizione. Ho parlato in « quel senso di lei, più volte con il Dr. van Kekem, certamente poco « tempo dopo il matrimonio ma verosimilmente anche più volte prima « del matrimonio. Le cose di fatto che avevo osservato allora prima « del matrimonio erano il soggetto di colloquio dopo il matrimonio con « diversi dottori, che mi assicuravano che tutti s'accordavano nella dia- « gnosi, più tardi stabilita. Quando i dottori accusano che i fatti osser- « vati allora da me, cadono nella linea di dementia praecox „, debbo « ammettere che essa allora era sofferente di quella malattia ». -

Testis Ioanna Maria Oudeyans, quae ancilla fuit familiae de Hoog a mense octobris 1909 usque ad mensem maii 1911, rogata: « Può ricor- « darsi che la signora figlia talvolta stava ripetendo lungo tempo conti- « nuamente delle parole insignificanti?», respondit: « Sì, spessissimo, «ed io trovavo questo una puerilità della signorina». Iterum rogata: «E quando qualcheduno cercava d'inibirle o d'impedirle, che faceva « allora? », respondit: «Generalmente non ne prendeva nota, ovvero « diceva di non potere farne a meno, non poteva smettere ... Ricordo « che talvolta poteva essere meno decente, ma non indecente.... che la « signorina non stava bene di testa, non l'ho mai pensato, ma ho « sempre creduto strano in lei che potesse così spesso ripetere delle « parolacce ».

Sponsus, Victor Jürgens, testimonio suo abnormem mulieris indolem ante matrimonium exhibet: « Il suo modo di agire indolente, melan« conico e pauroso faceva spesso una poco gradita impressione su di « me ... Ben presto mi accorsi che era d'indole stranissima ... si fece «vedere generalmente fredda ed apatica senza alcuna svegliatezza ed « energia. Si lagnava spesso di uno strano dolore di testa », etc.

Phaenomena a testibus relata indicia sunt amentiae, at quaestionem: «An mulier perfecte amens fuerit ante matrimonium?», non solvunt, quia signa sunt aequivoca, quae ad stadium quoddam initiale morbi referre possunt: eorum interpretatio ad peritos in arte spectat. Uti vidimus in supra expositis, duo medici, qui Ioannam de Hoog ante matrimonium, et a quatuor qui eamdem in primo vel secundo anno post matrimonium curabant, categorice affirmant eam perfecte amentem fuisse ante matrimonium, ita ut liberum consensum nuptialem praestare nequiverit. Alii tres medici ab hoc iudicio haud positive dissentiunt, quorum unus id probabilissimum declarat. Stante auctoritate huius iudicii, a peritis e missi, quorum fere omnes aegrotam mulierem per menses integros in Sanatorio observarunt, dicendum est constare de perfecta amentia Ioannae de Hoog ante matrimonium.

Probata vero amentia matrimonium antecedenti et subsequenti, amentia concomitans, seu tempore matrimoniali celebrati, iuxta superius in expositis de iure tradita, recte deducitur. Durationem morbi tempore intermedio repetit Sanchesius ex facto quod « furoris morbus, suapte « natura perpetuus, insanabilis, ac disperatus sit » (lib. I, disp. 9, n. 17), quod peculiari ratione verificatur in iis morbis qui, ut aiunt moderni, radicem habent in « fondo degenerativo » (Borri, 1. c, p. 289), inter quos annumeranda est dementia praecox, sive hebefrenica, sive paranoica, qua, iuxta peritorum sententiam, laborabat Ioanna de Hoog. Ad rem ait Borri (1. c, p. 255): « Dal punto di vista della capacità civile, « va pure tenuto conto della costituzione fondamentale morbosa di questi « soggetti, più che dei criteri superficiali cronologici derivabili dalla « decorrenza di un così detto " lucido intervallo „. Invece, se nel caso di «una forma semplice di mania o melanconia, la privazione della capa« cita civile, assoluta o relativa, è giusto sia estesa a quel periodo di « tempo pel quale la malattia acuta e - diciamo così per intenderci - lo « stato di convalescenza sarà per perdurare, tale criterio non reggerà «più quando la forma clinica non stia a sè e per se sola non abbia « valore, ma in tanto valga, in quanto sia espressione episodica ricor« rente di uno stato morboso costituzionale, cioè a dire, connaturato con «l'organismo, persistentere progressivamente aggravantesi ».

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno, pro tribunaii sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus, et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative, seu constare de nullitate matrimonii in casu:* expensas vero iudiciales omnes ab actore, Victore Jürgens, esse solvendas.

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 15 maii 1915.

Ioannes Prior, *Ponens.*

Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di assegnare ai nuovi Emi e Rmi signori Cardinali che al Concistoro pubblico del **9** dicembre **1915** ricevettero il cappello cardinalizio, le seguenti SS. Congregazioni:

Al signor cardinale Giulio Tonti, le sacre Congregazioni : dei *Sacramenti,* dei *Piti,* degli *Affari Ecclesiastici Straordinarii* e della *Reverenda Fabbrica di San Pietro.*

Al signor cardinale Alfonso Maria Mistrangelo, le sacre Congregazioni: *Concistoriale,* dei *Religiosi, Cerimoniale* e dei *Seminari ed Università degli Studi.*

Al signor cardinale Giovanni Cagliero, le sacre Congregazioni: dei *Religiosi,* di *Propaganda Fide,* di *Propaganda Fide per gli Affari di Rito Orientale* e dei *Riti.*

Al signor cardinale Giorgio Gusmini, le sacre Congregazioni: dei *Sacramenti,* del *Concilio, àeìYIndice* e della *Reverenda Fabbrica di San Pietro.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

10 dicembre 1915. — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore delVIstituto delle Suore della Provvidenza di Corenc, nella diocesi di Grenoble.*

11 dicembre. — L'Emo signor cardinale Raffaele Merry del Val, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Dottrina cristiana di Nancy.*

14 dicembre. — L'Emo signor cardinale Raffaele Merry del Val, *Membro della S. Congregazione di Propaganda Fide.*

16 dicembre. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Membro della S. Congregazione dei Riti.*

— Mons. Giacomo Sinibaldi, vescovo titolare di Tiberiade, *Segretario della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

— Mons. Giulio Serafini, vescovo titolare di Lampsaco - Mons. Ascenso Dandini, canonico vaticano - il Rmo P. Francesco Saverio Hertzog, procuratore generale dei Sulpiziani - il Rmo P. Emmanuele Bailly, superiore generale degli Agostiniani dell'Assunzione - il Rmo P. Pietro Benedetti, procuratore generale dei Missionari del Sacro Cuore di Gesù - il Rmo sig. Raffaele Ricciardelli, procuratore generale dei Sacerdoti della Missione, *Consultori della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

NECROLOGIO

9 dicembre 1915. — Mons. Luigi Raimondo da Silva Britto, arcivescovo di Olinda nel Brasile.

13 dicembre. — Mons. Lorenzo Passerini, patriarca di Antiochia di rito latino, vice-camerlengo di S. Romana Chiesa.

15 dicembre. — Mons. Teodoro Kohn, vescovo titolare di Pelusio.

— Mons. Giovanni Stariha, vescovo titolare di Antipatride.

18 dicembre. — Mons. Giacinto Anaya, vescovo di Cochabamba in Bolivia.

Annus Til - Vol.. VII Die 81 Decembris 1915 Num. 21

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. IOSEPHUM TORRAS Y BAGES, VICENSIUM EPISCOPUM, DE LIBELLO « EL INTERNACIONALISMO PAPAL » GRATULATUR.

Venerabiiis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Perspecta iam diu quidem Nobis tua in Apostolicam Sedem et studia et officia, novis et haud obscuris documentis testata agnovimus vixdum, divina miseratione, ad hanc vocati fuimus potestatis plenitudinem. Tuae opinionem virtutis mire nunc in Nobis auget editus a te nuper libellus, inscriptus *El Internacionalismo Papal;* idemque significandae tibi voluntatis Nostrae, cupientibus sane atque exoptantibus, peropportunam Nobis praebet occasionem. Vix quicquam legimus libentius: adeo ea omnia, quae in *Exhortatione* Nostra ad populos bellum gerentes eorumque rectores persequuti scribendo sumus, acri iudicio complexus es, ut Nostri animi mentem et perspexeris penitus, et ita retuleris, ut qui tua scripta legat, is plane videat et ad quas rationes, in tota hac re bellica, acta Nostra exegerimus et quo Nostra spectarint ad pacem hortamenta. Est igitur cur et gratulemur tibi uberem ingenii studiique fructum, et vota etiam addamus ut, quae scripsisti ad tuorum eruditionem fidelium, late manent, ut quisque possit cogitationum consiliorum que Nostrorum et vim assequi et aestimare, uti par est, utilitates.

Quod optatissimum, non tibi tantum, sec! etiam Nobis, laborum praemium ut consequi divino beneficio detur, caelestium auspicem

munerum Nostraeque testem benevolentiae, Apostolicam Benedictionem tibi ipsi, venerabilis Frater, universoque tuo Clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae* apud S. Petrum, die xxv novembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo. .

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. E. VILLETTE, MODERATOREM ARCHISODALITATIS AB AGONIA D. N. I. C. AD GETHSEMANI NUNCUPATAE, DE LITTERIS VENERATIONIS ET OBSEQUII PLENIS GRATIAS PERSOLVENS.

Dilecte Fili, religiose vir, salutem et apostolicam benedictionem. — Epistola tua et incrementa nunciat archisodalitatis quam moderaris, et Nostram eidem studet conciliare gratiam. At vero opus tam salutare gratiam scito non exiguam apud Nos iniisse simul ac cognovimus propositum sanctum, quo spectat, et pias preces, ad quas ingeminandas sodales suos tam studiose hortatur. Cotidianae hae preces, quas commentatio passionis Christi efficit ferventiores et ipsa eius vulnera - immensi amoris pignora - enixe apud Patrem commendant, quanta, dilecte Fili, Ecclesiae et Nobis pollicentur! Utrumque enim, ut vides, urgent sollicitudinum caussae multiplices et graves ob hunc armorum aestum tam diuturnum, tam calamitosum: iisdemque commonitos te tuosque sodales velimus, ut et *sine intermissione oretis,* et exemplo hortatuque vestro imitatores quamplurimos nanciscamini, ut nimirum, multiplicatis ad Deum precibus, Ecclesiae, per tot aspera gradienti, largiora pateant divina subsidia.

Auspex interea caelestium munerum Nostraeque testis caritatis Apostolica sit Benedictio, quam tibi, dilecte Fili, ceterisque Archisodalitatis moderatoribus ac sodalibus universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo*

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. D. HIERONYMUM THOMÉ DA SILVA, ARCHIEPISCOPUM S. SALVATORIS IN BRASILIA, CETEROSQUE EPISCOPOS DE OFFICIOSISSIMIS LITTERIS GRATIAS AGENS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communis vestra epistola episcopos vos praestat non solum amantissimos gregum, quorum caussa congregati estis, sed etiam vehementer sollicitos de Ecclesia universa, quam probe intelligitis quantus nunc opprimât dolor ob has cotidianas tot filiorum caedes, et quam gravia quamque multiplicia urgeant incommoda ac discrimina. Dulcis, venerabiles Fratres, est hic christianae fraternitatis fructus, absentes amore complecti eorumdemque curis aerumnisque angi ut propriis: idemque argumento Nobis est diu quidem expetitam pacem vos non solum desiderare, sed consociata Nobiscum prece instantius in dies a Deo misericordiarum Patre postulare.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae Apostolica sit Benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero populoque unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die ix decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS GALLICIAE, DE COMMUNI OBSEQUENTISSIMA EPISTOLA GRATES PERSOLVIT.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communem vestram epistolam ea apud Nos commendat pietatis observantiaeque significatio, qua catholicae Poloniae non solum Episcopos, sed et Clerum ac populum praestare in exemplum novimus. In amore vero ne putetis, venerabiles Fratres, Nos velle vobis concedere. Gentis enim vestrae insidet Nobis in animo caritas vetus ac plane singularis; eamque mirum quantum nunc augent vel hae multiplices gravesque cala-

mitâtes, quibus, eaussa huius belli, pene obrui vos cernimus. Paternum ad eas, ut nostis, adiecimus animum hoc unum dolentes, non eo pertinuisse beneficia Nostra, quo amantissimi cordis desideria pertinuerunt. At vero divitem in misericordia Deum numquam precari omittimus ut vobis, venerabiles Fratres, ac Poloniae universae ita adsit propitius, ut et amara horum dierum temperet, et omnia impleat legitima desideria.

Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae Apostolica sit Benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero populoque unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. P. D. RINALDUM 0. ROUSSET, RHEOINENSIUM ARCHIEPISCOPUM, CETEROSQUE CALABRIAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS, ANNUI COETUS GRATIA SIMUL CONGREGATOS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Affari vos, venerabiles Fratres, vix licet Nobis quin id praesertim occurrat animo, quod maxime vos gloriari in communi vestra epistola intelleximus : constantem dicimus inter Apostolicam Sedem et Calabriae Episcopos hinc observantiae, inde benevolentiae vicissitudinem. Non vanam laudis ostentationem visa Nobis sunt afferre verba vestra, sed desiderium vehemens egregia maiorum exempla pietate sollertiaque vestra sectandi fideliter. Macte virtute estote: desiderium enim eiusmodi, Deo gratum et Nobis, non utilitatum tantum maximarum copiam, sed gloriam vobismetipsis allaturum est non exiguam.

Auspex interim caelestium munerum Nostraeque testis benevolentiae, Apostolica sit Benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xi decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV.

VI

AD IOANNEM CARD. GSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, CETEROSQUE HUNGARIAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS, DE COMMUNIBUS LITTERIS OBSEQUII PLENIS GRATIAS AGIT.

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Et hórrida doletis huius belli, et ea studiose recolitis, quae ad eius calamitates minuendas mitigandasque, suadente Christi caritate, egimus; et communia pacis desideria piis ad Deum precibus enixius in dies commendare spondetis. In litteris atque officiis vestris nihil plane deest ex iis quae fratrum amantissimorum pietas desideret ! eaque Nos et grato complectimur animo et pari rependimus pietatis vice Apostolicam Benedictionem, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, et gregibus, in quos curae studiaque vestra pervigilant, peramanter in Domino impertiendo.

Datum Romae apud S. Petrum, die xii decembris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

CIRCA VULGO DICTUM « SECRET DE LA SALETTE »

Ad Supremae huius Congregationis notitiam pervenit quosdam non deesse, etiam ex ecclesiastico coetu, qui, posthabitis responsionibus ac decisionibus ipsius S. Congregationis, per libros, opuscula atque articulos in foliis periodicis editos, sive subscriptos sive sine nomine, de sic dicto *Secret de la Salette,* de diversis ipsius formis, nec non de eius praesentibus aut futuris temporibus accommodatione disserere ac pertractare pergunt; idque non modo absque Ordinariorum licentia, verum etiam contra ipsorum vetitum. Ut hi abusus qui verae pietati officiunt, et ecclesiasticam auctoritatem magnopere laedunt, cohibeantur, eadem Sacra Congregatio mandat omnibus fidelibus cuiuscumque regionis ne sub quovis praetextu vel quavis forma, nempe per libros, opuscula aut articulos sive subscriptos sive sine nomine, vel alio quovis modo, de memorato subiecto disserant aut pertractent. Quicumque vero hoc Sancti Officii praeceptum violaverint, si sint sacerdotes, priventur omni, quam forte habeant, dignitate et per Ordinarium loci ab audiendis sacramentalibus confessionibus et a missa celebranda suspendantur: et si sint laici ad Sacramenta non admittantur donec resipiscant. Utrique insuper subiaceant sanctionibus latis tum a Leone PP. XIII per Constitutionem *Officiorum ac munerum* contra eos qui libros de rebus religiosis tractantes sine legitima Superiorum licentia publicant, cum ab Urbano VIII per decretum *Sanctissimus Dominus Noster* datum die 13 martii 1625 contra eos qui assertas revelationes sine Ordinariorum licentia vulgant. Hoc autem decretum devotionem non vetat erga Beatissimam Virginem sub titulo *Beconciliatricis* vulgo *de la Salette* nuncupatam.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 21 decembris 1915.

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. PENITENZIERIA APOSTOLICA

NOMINA

Con Biglietto dell'Emo Sig. Cardinale Penitenziere Maggiore, il Santo Padre si è degnato di nominare:

21 dicembre 1915. — Mons. Giulio Serafini, Vescovo titolare di Lampsaco, *Canonista della Sacra Penitenzieria Apostolica.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

20 dicembre 1915. — Gli Eminentissimi signori cardinali Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, e Giulio Tonti, *Membri della Commissione Cardinalizia per l'Opera della Preservazione della Fede in Poma.*

— Mons. Roberto Vicentini, *Promotore di Giustizia presso il Tribunale della Sacra Bomana Bota.*

24 dicembre. — L'Emo signor cardinale Guglielmo Van Rossum, *Protettore dell'Istituto delle Povere Suore Scolare di Nostra Signora.*

27 dicembre. — Il Rev. D. Giuseppe Rossino, *Sostituto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi per la Sezione dei Seminari.*

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

7 ottobre 1915. — Mons. Michele F. Fitz Simmons, dell'archidiocesi di Chicago.

3 dicembre. — Mons. Giovanni Pio dos Santos, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.

Prelati Domestici di S. S.:

7 ottobre 1915. — Mons. Luigi F. Thiele, dell'archidiocesi di Chicago.

2 dicembre. — Mons. Isauro de Aranjo Medeiros, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.

4 dicembre. — Mons. Giuseppe Delaney, della diocesi di Albany.

14 dicembre. — Mons. Daniele Giacomo Gercke, della diocesi di Cáceres.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 novembre 1915. — Al sig. principe D. Giuseppe Aldobrandini.

16 dicembre. — Al sig. principe di Solofra, D. Domenico Orsini.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 dicembre 1915. — Al sig. Antonio Gomez Restrepo, sottosegretario del Ministero degli affari esteri di Colombia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 dicembre 1915. — Al sig. Vincenzo De Giovanni, duca di S. Severina, dell'archidiocesi di Napoli.

— Al sig. Manuel Coicoya y Vigil Escalera, della diocesi di Oviedo.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 dicembre 1915. — Al sig. Ernesto Lécuyer, della diocesi di Coutances.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 dicembre 1915. — Al sig. Augusto Florio, di Roma.

17 dicembre. — Al sig. Antonio Tornaus, di Roma.

NECROLOGIO

20 dicembre 1915. — Mons. Federico Edmondo Fuzet, arcivescovo di Rouen.

INDEX GENERALIS RERUM

(ANN. VII — VOL. VII)

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

ANNO	MENSE	DIE	
			eunte anno vicesimoquinto a suscepto collegii eiusdem regimine . . . .
1915	Oct.		*Nihil Nobis.* - Ad Iulium card. Boschi, archiep. Ferrariensem, aliosque episcopos regionis Flaminiae: eorum litteris, occasione annui conventus ad ipsum datis, rescribit . . . .
			Plane videmus. - Ad R. P. D. Adulphum episcopum Vratislaviensem, ut eidem gratuletur sollertiam in regenda dioecesi . . . .
		17	*Laeta, tristia.* - Ad Augustinum card. Richelmy, archiepiscopum Taurinensem, et ad episcopos Pedemontis, ut eisdem gratuletur annuum conventum feliciter celebratum . . . .
		20	*Feretrana Synodo.* - Ad R. P. D. Raphaelem Santi, episcopum Feretranum, cui gratulatur de dioecesana Synodo feliciter absoluta . . . .
	Nov.	10	*Communis vestra.* - Ad RR. PP. DD. Ludovicum Gavotti, archiep. Genuensem, ceterosque Liguriae episcopos, ob litteras B. P. exhibitas occasione annui conventus . . . .
		25	*Perspecta iam diu.* - Ad R. P'. D. Iosephum Torras y Bages, Vicensium episcopum, de libello « El internacionalismo papal » "gratulatur . . . . . .
		30	*Libenter abs te.* - Ad Ioannem «Baptistam Menghini, caeremoniarum pontificalium magistrum: gratulationes ob volumina de rebus liturgicis B. P. oblata
	Dec.		*Epistola tua.* - Ad R. D. E. Villette, moderatorem archisodalitatis ab Agonia D. N. I. C. ad Gethsemani nuncupatae, de litteris venerationis et obsequii plenis gratias persolvens . . . .
			Communis vestra. - Ad R. P. D. Hieronymum Thomé da Silva, archiepiscopum S. Salvatoris in Brasilia, ceterosque episcopos de offi.ciosissim.is litteris gratias agens . . . .
		10	*Communem vestram.* - Ad RR. PP. DD. Archiepiscopos et Episcopos Galliciae, de communi obsequentissima epistola grates persolvit . . . .
		11	*Affari vos.* - Ad R. P. D. Rinaldum C. Rousset, Rheginensem archiepiscopum, ceterosque Calabriae archiepiscopos atque episcopos, annui coetus gratia simul congregatos . . . .
		12	*Et hórrida.* - Ad Ioannem card. Csernoch, archiepiscopum Strigoniensem, ceterosque Hungariae archiepiscopos atque episcopos, de communibus litteris obsequii plenis gratias agit . . . .

IX. - S. CONGREGATIO PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS.

X, - S. CONGREGATIO STUDIORUM.

III. - TRIBUNALIA

I. - SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

APPENDIX.

II. - SACRA ROMANA ROTA.

V. - COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

INDEX ANALYTICUS BERUM NOTABILEM

A

B

E

E

L

O

R

S

IV

INDEX PERSONARUM

C

E

G

H

I-J

N

O

P

B

S

T

U

V

W

Z

SEPTIMUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis*
ABSOLVITUR DIE 31 DEC. 1915 - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

CARD. LUDOVICUS BILLOT S. J.

O R A T I O

HABITA DIE 11 MARTII

IN AULA MAXIMA CANCELLARIAE APOSTOLICAE

PRO INSTAURATIONE ACADEMIAE S. THOMAE

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

1915

ORATIO

HABITA DIE 11 MARTII IN AULA MAXIMA CANCELLARIAE APOSTOLICAE PRO INSTAURATIONE ACADEMIAE S. THOMAE

Inter alia multa quae me ad reverentiam Doctoris angelici movent, unum est, Eminentissimi Patres, auditoresque ornatissimi, quod momento et pondere caeteris praestat, quodque in ipso initio dicendi de obiecto et causa huius nobilissimi consessus, silentio praeterire non possum. Et est perpetua, continuata, repetita de aevo in aevum ad hanc usque diem, singulari prorsus instantia, eximioque studio, Sedis apostolicae commendatio. Res vere omni observatione digna ! In apostolica cathedra sibi invicem succedunt pontifices, alii post alios, origine, genere, cultura, educatione varii; omnium tamen in commendando Aquinate una invariata sententia est: a Ioanne XXII qui Thomam ad altarium honores evexit, usque ad gloriose nunc regnantem Benedictum XV, qui vixdum universalis Ecclesiae tractanda gubernacula suscepisset, nihil antiquius habuit quam testificari se, hac in re, a Decessorum suorum mente minime dissentire, imo non verbis modo, sed et factis declarare. Porro, si annales ecclesiasticos percurro, si bullarium Romanorum Pontificum lustro, si dicta, si acta, si gesta evolvo, nullum simile exemplum invenio quoad unum in individuo signatum, seu praeceptorem, seu magistrum, seu doctorem. Quae quidem singularitas vel sola me admonet, non ibi rem esse quae ad humana arbitria, ad studia partium, ad scholae contentiones, ad privatas ipsorum Pontificum seu opiniones seu aestimationes pertineat, referendaque sit, sed ad iudicium eius qui in cathedra ad consummationem usque saeculi divinitus fundata, unus semper sedet et praesidet et vivit, unus idemque loquitur ac docet, Petrus. Petrus, inquam, nulli parti, nulli factioni, nulli ordini, nulli scholae addictus, praecise quia in summitate apostolatus constitutus, longe longeque eminet supra

omnes partium, ordinum, ac scholarum contentiones et lites: Petrus cui non caro revelat, nec sanguis, sed Pater: Petrus, filius ille columbae (hoc enim sonat, inquit Hieronymus, in nostra lingua Bar-Ionae vocabulum), et ideo filius columbae, quia mystica ei columba, extensis alis, sicut videre est in abside basilicae Vaticanae, insidet, vel ad auriculam advolans, suggerit quae ad regimen universalis Ecclesiae, et praesertim ad custodiam depositi fidei (quae maxima omnium res est), convenientia media sunt: Petrus denique, qui cum munere pascendi oves et agnos, donum accepit salubria pascua internoscendi, eaque ab insalubribus discernendi: Petrus est, a quo singularem illam habet Aquinas commendationem.

Hic quippe est doctor tantopere a Pontificibus laudatus, in quo certatim agnoverunt angelum Ecclesiae illuminatorem; magistrum cuius doctrina veridica est et catholica, habens prae caeteris, excepta canonica, proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum; ducem quem omnes sequi possunt sine aberrandi periculo, et nemo unquam, quin de errore suspectus fieret, oppugnavit; athletam fortissimum fidei catholicae, per cuius scripta tamquam per scutum infrangibile venenata haereticorum tela hebetantur; cuius vi et veritate doctrinae, multae quae deinceps exortae sunt haereses, confusae et convictae dissipatae sunt, quod et ante saepe, et liquido nuper in sacris Tridentini concilii decretis apparuit; principem theologiae methodicae seu scholasticae, comparandum cum quatuor ecclesiae latinae doctoribus qui principes fuerunt positivae; cuius dogmata tutissima sunt, et nomen superat omnem laudem. His et similibus elogiis testimonium ferunt, praeter alios, Ioannes XXII, Innocentius VI, Urbanus V, Pius V, Clemens VIII, Paulus V, Alexander VII, Clemens XII, Benedictus XIII, Benedictus XIV, a medio aevo labente ad prima usque limina aevi moderni.

At vero, dicet statim aliquis: ad anteactas aetates ista utique pertinere, atque idcirco, singularem hanc Aquinatis commendationem, pro temporum quidem illorum conditionibus opportunam, imo opportunissimam, esse nunc caducam, antiquatam et obsoletam; alia nunc tempora currere, alias necessitates urgere, alios fiare ventos, alios consurgere adversarios; non eadem methodo, non iisdem artibus, non iisdem armis semper utendum; scribam doctum in regno caelorum similem dici in evangelio homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera, et quid putas, nova et vetera? id est, optimum quodque cibariorum genus, quorum meliora alia utique sunt, cum inveteraverunt, sed meliora alia, et longe meliora, cum nova et recentia sunt (sicut

aiebat poeta: nova hymetta, vetera falerna); denique, esse dictamen vel solius vulgaris communisque prudentiae, quod attemperanda est explicatio et defensio fidei catholicae indoli temporum, scientiarumque progressui, qui talis hodie ac tantus est, ut renovatam de integro terrae faciem, vere dicere debeamus. Et est verissimum; ego quidem non abnuo, non contradicam. Interim vero, hoc unum quaeram: Utrum pater ille familias, ille scriba doctus in regno caelorum, aliis verbis, summus ille a Deo institutus fidei magister, attentis novis istis rerum conditionibus, totque ac tantis quae in mundo, et consequenter in statu christianitatis, acciderunt mutationibus, alium nobis praeceptorem, alium antesignanum, alium moderatorem et belli ducem contra fidei adversarios, duxerit esse praestituendum. Hoc, inquam, hoc unum interim quaero. Sed huic quaestioni vos ipsi respondistis, auditores lectissimi; perspicua siquidem facta loquuntur. Non. Non alium nobis commendant moderni pontifices, imo unum semper et eumdem: tametsi (et res est multa consideratione digna), ratione mutationis temporum procul dubio ducti, nonnullo utique discrimine: dum scilicet philosophiam in Aquinate nunc praecipue commendant, in philosophia imprimis sequendum Aquinatem edicunt, quod certe in ea forma et sub tam expressa specificatione antecessores non fecerant.

Punctum hic tangimus, auditores, quod scio plurimorum offendere, ideasne dicam, an praeiudicia? Sed quid tandem iuvat rem manifestam infitiari? Iterum dico, facta loquuntur, et contra facta, ut fert proverbium, non est illatio. Prior prodit f. r. Leo XIII, qui instaurationem philosophiae S. Thomae cum celeberrimis litteris encyclicis *Aeterni Patris* initiavit. Cuius etiam in hoc negotio indefessa opera notior sane est, quam ut in memoriam indigeat revocari, et mens compendio elucet in his quae ut breviario Romano in officio angelici doctoris apponi iussit: ubi, post laudatam uberrimam atque incorruptam Aquinatis doctrinam, ut quae cum revelatis veritatibus mire consentiens, aptissima sit omnium temporum erroribus pervincendis: ad tot praecipue philosophorum systematum a veritate aberrantium luem propulsandam, idem ipse Aquinas caelestis patronus scholarum omnium catholicarum declaratus legitur et institutus.

Secundus succedit s. m. Pius X in maxime solemni sui pontificatus actu, hoc est in Encyclica *Pascendi dominici gregis*, ubi causas modernismi enumerans, et nec minimam nec ultimam, ignorantiam philosophiae scholasticae assignans, idoneaque remedia praescribens: « Quod « rei caput est, inquit, philosophiam scholasticam quam sequendam « praescribimus, eam praecipue intelligimus, quae a S. Thoma Aquinate

« est tradita, de qua quidquid a Decessore nostro sancitum est, id omne « vigere volumus, et qua sit opus, instauramus et confirmamus, stricteque « ab universis servari iubemus ... Magistros autem monemus ut rite hoc « teneant, Aquinatem deserere, praesertim in re metaphysica, non sine « magno detrimento esse ». Et nondum satis. Persentiebat enim se surdas aliquantulum aures pulsare. Unde in Motu proprio *Sacrorum antistitum* «amdem repetit, uno iam addito verbo, sententiam : Ut rite hoc teneant, non sine magno detrimento esse, praesertim in re metaphysica, Aquinatem « vel parum » deserere. Vel parum, ait, quia ut statim ipsemet explicat, parvus error in principio evadit maximus in fine. Haec Pius.

Et tertio tandem loco venit gloriose nunc regnans Benedictus XV, quem nobis Deus diu sospitem incolumemque servet: Qui in Motu proprio diei 31 decembris *Non multo post,* commemoratis prius duorum suorum Decessorum actis, et speciali quidem modo litteris quibus Pius X professus fuerat magnopere interesse ad christianam sapientiam ^contra Neorationalismum seu Modernismum defendendam, ducem religiose sequi Thomam, haec nunquam satis meditanda de suo subiungit: « Nos « vero, cum aeque ac Decessores nostri persuasissimum habeamus, de « illa tantum philosophia nobis esse laborandum quae sit secundum- « Christum, ac propterea, ipsius philosophiae studium ad principia et « rationem Aquinatis omnino exigendum esse, ut plena sit, quantum per « humanam rationem licet, explicatio, invictaque defensio traditae divi- « nitus veritatis, hanc S. Thomae academiam non minus quam illis, « nobis esse curae volumus appareat ».

Profecto, si consensionem quaerimus, habemus. Si directionem firmam, minime fluctuantem, minimeque ancipitem, tenemus. Si perseverans in eodem semper sensu, eademque semper sententia Sedis apostolicae praescriptum, ecce nobis luce meridiana clarius innotescit.

*

* *

Sed nunquam satis meditanda mox dixi ea quae ultimo loco citata sunt Pontificis verba: idque non ea tantum ratione quod invariatum propositum firmumque praescriptum de studio philosophiae ad principia Aquinatis exigendo, magis semper ac magis demonstrant, sed eo potissimum ex capite, quod simul et semel huius rei causas altissimosque fines aperiunt. *Ut plena sit,* inquit, *quantum per humanam rationem licet, explicatio, invictaque defensio traditae divinitus veritatis.* Duo ibi diserte signantur. Primo, plena quoad eius fieri potest, veritatis revelatae explicatio. Secundo, invicta eiusdem defensio. Et circa utrumque, pene

infinita notanda occurrerent. Liceat saltem vel pauca summis veluti labiis delibare.

Primum est, inquam, veritatis revelatae *explicatio.* Apprime necessariam eam esse, nullus sane infitiabitur. Sed quid ad hoc philosophia? Iam enim audio reclamantes quosdam, et dicentes, nil minus hac postulatione importari quam accommodationem theologiae ad philosophiam, id est, verbi Dei ad humanae cogitationis regulam, et, quod pessimum omnium piaculum ac sacrilegii genus est, oraculorum increatae Sapientiae ad placita Aristotelis! Porro, ad huius veteris calumniae plenam destructionem, auditores lectissimo, iam, ut arbitror, sufficeret vel sola a qua disserendi sumpsimus exordium, auctoritas. Quis est enim qui dixit necessariam et per omnem modum promovendam sanam solidamque philosophiam, ut plena sit, quantum per humanam rationem licet, traditae divinitus veritatis explicatio? Ego dixi? Nos dicimus? Non. Dicit ille positus a Deo divinae revelationis magister, cuius, rogante Christo, nec deficit fides, nec deficere potest, quique, eodem Christo iubente, munus habet confirmandi fratres. Ipse est qui dicit. Iam igitur id satis, nec aliud quidquam praeterea requireretur. Verumtamen, quia magnopere interest ut argumento ab auctoritate, illud quoque accedat quod ab intrinsecis rerum conditionibus sumitur, paulisper attendamus principio ex quo ad nihilum deducitur adeo decantata et recantata ratio, sicut comparente sole, disiicitur nebulae caligo.

Principium hoc unicum est, simplex est, clarum est, et vel lippientium oculis expositum, videlicet: Veritates fidei fuisse a Deo revelante, in idiomate seu dialecto, si dicere fas est, naturalium nostrorum conceptuum enuntiatas et expressas. Non enim revelatio novos nobis attulit conceptus, non novas ideas elementares, non altioris generis suppeditavit species intelligibiles, non elevavit nos ad superiorem illum intelligendi modum quo in statu tantum termini donabimur. Denique, id demum, si quid unquam, evidens manifestumque dici debet: constare doctrinam relevatam iis ipsissimis notionibus quas aliunde a natura comparavimus, quae etiam iuxta communes logicae leges, in subiectum et praedicatum per copulam connexa disponuntur. Et hic, hic praecise modernistae tamquam in scopulum offendunt. Inde sibi et aliis persuadere volunt quod ea quae tamquam dogmata revelata proponit Ecclesia, non sunt revera veritates e caelo delapsae, sed nec plus nec minus, conceptiones oriundae e communi fundo conscientiae humanae, et paulatim modificatae communi pariter evolutionis lege. Imbecilli sane et tenues logici, qui non capiunt quomodo conceptus seorsum et separatim sumpti se habent ad doctrinas, sicut se habent litterae alph abeti ad

vocabula, vel etiam vocabula ad sermones, et quomodo iidem omnino conceptus ingrediuntur diversissimas diversissimae[1] originis doctrinas, quemadmodum eaedem litterae alphabeti ingrediuntur diversissima diversissimae significationis vocabula. « Litterae, inquit apposite Augustinus,[1] «in tot millibus verborum atque sermonum ipsae repetuntur, non « augentur; verba infinita sunt, finitae sunt tamen litterae; verba numerare nemo potest, litteras quivis potest, unde multitudo verborum est. « Cum una littera variis in locis ponitur, et pro loco valet, non unam « rem valet. Quae tam diversae res quam Deus et diabolus? Tamen in « capite D littera est, cum dicimus, Deus, et cum dicimus, Diabolus. « Ergo littera pro loco valet. Errat autem, et nimis absurdus est, et « gestat puerile cor, qui cum legerit, verbi gratia, D litteram in nomine « Dei, timet illam ponere in nomine diaboli, ne quasi Deo faciat iniu- « riam ». Ergo caveant et isti a corde puerili, et transferant comparationem ad propositum, ut perspiciant usque ad evidentiam, quod possunt ex nobis esse verba, ex nobis esse elementares conceptus et notiones, ex nobis esse structura et modus enuntiationum, et simul e caelo esse, a divina revelatione esse veritates et dogmata quae ex his conceptibus formantur, quae his verbis significantur, quae hac sermonis structura exprimuntur. Sententiae siquidem et doctrinae nusquam in elementis conceptualibus resident, sed solum in compositione qua elementa illa associantur in iudicia, et formantur in propositiones. Eiusmodi porro compositio in dogmatibus nostris, procul dubio a Deo relevante, a Deo dictante est, tametsi conceptus, ideae, verba, lingua quibus Deus revelans et dictans usus est, deprompta sint e communi thesauro conceptuum, idearum, et verborum quae aliunde erant et sunt in usu nostro.

Hoc igitur principium est, uti mox dicebam, simplex, clarum, evidens, in facto obvio repositum, unde usus philosophiae pro plena explicatione traditae divinitus veritatis, non modo legitimus, verum etiam perquam necessarius statim apparebit. Ex quo enim Deus usus est conceptibus nostris, notionibus nostris, vocabulis nostris, per quae nobis sua mysteria revelaret et exprimeret (prout scilicet et in quantum sermo iste noster humanus capere potest, adeoque modo in infinitum elongato ä proprio modo divinorum ut in se sunt, adhuc tamen, servata proportionalitate analogiae, cum omnimoda veritate, nisi forte quis adeo desipi at ut deneget Deo potestatem exprimendi veritatem suorum mysteriorum in lingua quantumvis inope et deficiente quae apud nos est) : ex hoc ipso, inquam, quidquid facit ad accuratam horummet naturalium

[1] Serm. 32, n. 6.

conceptuum analysim, faciet quoque ad expositionem et explicationem revelatae veritatis, eodem fere pacto quo ad intelligentiam et explicationem auctoris cuiuspiam iuvat vocabularium seu lexicon in quo rationes eorum quae adhibuit nominum, dilucide, enucleate, et exacte proponuntur. Et ideo, si ad philosophiam pertinet classificare, definire, illustrare, epurare, et in prima elementa resolvere naturales nostros conceptus seu ideas seu notiones, usus philosophiae in theologia proportionaliter se habebit sicut usus lexici in re exegetica. Et sicut exegeta non accommodât explicationem suam léxico, ex hoc quod in léxico quaerit unde sensum sui auctoris magis penetret, magisque declaret: ita quoque nec accommodamus doctrinam sacram ad philosophiam, ex hoc quod philosophia utimur ad exponendum distincte, ordinate, et scientifice dogmata nobis a Deo revelata.

Quid, quaeso, ut unum aut aliud exemplum adhibeam, de altissimo Trinitatis mysterio, quantum per humanam rationem licet, poteris explicare, nisi difficilem admodum conceptum *relationis,* per ipsa nomina divinarum personarum (Patris, Filii, Spiritus Sancti) importatum, probe perspectum habeas ? nisi penetres differentias quibus ab omnibus absolutorum generibus relatio discriminatur? nisi per duplicem remotionis et excellentiae viam, e conceptu relationis inhaerentis seu accidentalis quae in nostro praedicamento est, ad rectum, quamquam utique mere analogicum conceptum subsistentis relationis assurgas? Quomodo te ab evidenti absurdo expédies, eorum puta qui dicunt principium identitatis comparatae (quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se), nihil plus esse quam principium empiricum, verum in creatis, falsum in divinis: quo semel admisso quid adhuc superest nisi ut aperte et sine ambage proclametur in Deo identitas contradictoriorum ?

Quid iterum de mysterio incarnationis enarrabis, si e philosophiae léxico non depromas accurate enucleatas notiones *naturae* et *personae,* adeo arcte connexas cum primis et altissimis ontologiae principiis? Verbane profères omni sensu vacua, aut forte abibis tu, in delirium modernistarum, qui notionem personae in phaenomeno psychologico reponentes, unionem hypostaticam consistere volunt in nescio qua mentalitate, seu verius amentia, qua incepisset Christus acquirere conscientiam de sua cum Deo identitate?

Quae rursus mysterii eucharistiae explicatio, salva semper impenetrabilitate tanti arcani, quamdiu non plene assecutus es distinctionem illam quam vel sola consecrationis verba produnt, inter *accidens* et *substantiam,* imo inter quantitatem dimensivam et caeteras accidentium categorias? Quamdiu non perpexisti, substantiam etiam corpoream esse

ratione sui extra totum genus extensionis et continui, et non esse visibilem oculo corporali, neque subiacere aliqui sensui, nec etiam imaginationi, sed soli intellectui? Quamdiu nescis quid sit locus, quid praesentia in loco, et quomodo praeter quantitativum seu localem modum adessendi loco, sunt et alii modi manuducentes nos ad cogitandum mirabilem hanc praesentiam unius individui et immultiplicati corporis Christi in omnibus simul altaribus mundi?

Exempla possem sine fine producere, in idem semper collineantia, hoc est, in scopum declarandi qualiter usus philosophiae in theologia, proportione quadam se habet sicut usus vocábulariorum in interpretatione et explicatione auctorum: pro quanto scilicet, philosophiae est enucleare naturales illos conceptus qui elementa sunt ipsius yerbi revelati, rectificare illos, epurare illos, praesertim vero, distinguere in eis rationem formalem semper retinendam, a modo quo ratio haec invenitur verificata in creaturis, ne forte modus iste tribuatur Deo, cum tamen in Deo sit modus alius, supereminens, nobisque penitus ineffabilis, nullum relinquens locum univocitati, sed soli analogiae proportionalitatis.

At vero, exhinc etiam perspicue statim apparebit, summopere interesse, qua utamur philosophia, sicut in proposita hucusque similitudine, quibus lexicis. Certe, quaedam philosophiae sunt quae nulli alii usui esse possunt, quam depravando, imo penitus corrumpendo dogmati, nedum ad eius explicationem conferant. Unde ait Pius X in encyclica *Pascendi:* « Ex connubio falsae philosophiae cum fide, illorum systema « (modernistarum nempe), tot tantisque erroribus abundans, ortum « habuit ». Et apostolus nos admonet: *Videte ne quis vos seducat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, et non secundum Christum.*[1] Non ergo omnis philosophia iii eodem censu venit, sed aliae sunt se habentes sicut idola Aegypti quae populus Israel debuit detestari prorsus ac fugere, alia vero est se habens sicut ornamenta et vasa de argento et auro, quae idem ille populus de Aegypto exiens, sibi potius, tamquam ad usum meliorem, Deo praecipiente, vindicavit, quemadmodum elegantissime tradit Augustinus in suis libris de doctrina christiana.[2] Et ratio huius est, clara iterum et evidens, quod non omnes philosophiae vere sibi philosophiae nomen vindicant. Imo multae sunt quae nonnisi delirantis rationis dictata continent, quibus *phobosophiae* potius quam *philosophiae* et nomen convenit et ratio. Nobis autem in explicatione traditae divinitus veritatis, sola

[1] *Coloss.,* II, 8.
[2] L. % **e.** 40.

procul dubio philosophia loco exici seu glossarii esse poterit, quae de puro iilibatoque naturalis luminis fonte promanat, cum idem sit Deus, non alius, qui et revelationis est auctor, et animo humano intelligentiae lumen indidit.

Haec, puto, manifesta per se sunt. Quamquam non omnibus adhuc satisfactum fuisse nonnulla suspicio sit. Audio enim dicentem quempiam : Egregie quidem, et perbelle, sed quis mihi tandem bonam hanc, genuinamque ac sinceram philosophiam ostendet? Ad studentes siquidem loquor, quibus congrueret quod ponit Chrysostomus in ore pagani sui temporis, qui volens fieri christianus, multiplicitate sectarum tunc pullulantium impediebatur. « Volo fieri christianus, aiebat ille, sed nescio « cui adhaeream. Multae sunt apud vos pugnae, seditiones, et tumultus. « Quod dogma eligam ? Quod praeferam ? Singuli dicunt : ego veritatem « dico. Cui credam, qui nihil Scripturarum sciam?... Discipulus esse volo' « tu vero me iam doctorem facis ».[1] Et simili quoque modo impeditum te fortasse senties in eligenda una philosophia ex multis, sed sine causa. Nequaquam; non ego te iam doctorem facio. Discipulus esse vis, discipulus esto, sed memento quod addiscentem oportet per prius credere, quia in omni disciplina, cuiuscumque generis vel nominis, fides via est ad agnitionem. Porro habes tu in hac re, cui credas, et tuto credas. Magister illesa Deo constitutus tibi dicit, philosophiam illam veram quae est *secundum Christum,* esse eam quae ad principia et rationem Aquinatis exigitur. Fidenter itaque ingredere viam, et post superatas primas difficultates (utique, sicut ipsa rei natura fert, nec leves nec paucas), forte et tu dices idem quod olim Samaritani ad Samaritanam : *Quia iam non propter ,$uam loquelam credimus, ipsi enim audivimus et scimus.*

*

* *

Quidquid autem hactenus dixi, auditores, de *explicatione* traditae divinitus veritatis ope illius philosophiae quae sit secundum Christum, ad eiusdem invictam *defensionem* eodem plane iure applicantur. Idem enim profecto est, dogmata fidei recte, rite, apte explicare, et ea ad mentem Ecclesiae exponere. Idem quoque, genuina naturalis rationis pronuntiata per philosophiam assequi, et eadem a falsis opinionum commentis diiudicare. Atqui in his duobus praecise reponitur fidei nostrae defensio, dicente Vaticano quod inanis species contradictionis fidem

[1] In act. apost. Homil. 33.

inter et rationem inde potissimum oritur, quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesiae intellecta et exposita non fuerint, vel opinionum commenta pro rationis enatis habeantur.[1] Et haec quidem longius prosequi nunc non vacat.

Nisi quod piaculum reputarem, non aliquo saltem exemplo, eoque ab hodierna illa haeresi desumpto, quae non tam haeresis, quam omnium haereseon coniectus vere est appellata, rem istam, priusquam ^dicendi finem faciam, paucis illustrare. Iam supra audivimus Pium X profitentem, magnopere interesse ad christianam sapientiam contra Modernismum defendendam, ducem religiose sequi Thomam. Verene ita est, auditores ornatissimi ? Revera puto, non multa vobis ad persuasionem opus fore consideratione. Certe, quale sit modernismi fundamentum, probe nostis. Nostis esse totum quantum in doctrina illa repositum, quam vulgo agnosticismum vocant: Vi cuius humana ratio phaenomenis omnino includitur, rebus videlicet quae apparent, eaque specie qua apparent, earumdem terminos nec ius nec potestatem habens; quare nec ad Deum se erigere potis est, nec illius exsistentiam, etiam per ea quae videntur, agnoscere.* Undique nos circumdat, nos opprimit, nos terret formidolosum illud ***incognitum*** sub phaenomenis latens, de quo quid sit nemo scit, nec scire potest: materia, spiritus, aut nec unum nec alterum? Maleficum quid, vel beneficum? Intelligentia et libertate praeditum, vel caecus et inexorabilis orcus, monstrum enorme, immane, ingens? Inutile: nemo scit, nemo scire poterit unquam. Quo semel posito, prorsus liquet remittendum esse nuntium revelationi sensu catholico intellectae, quae utpote a Deo nobis loquente, adeoque a nobis cognito, uti ferunt, accepta, chini aerae loco iam haberi debet; nihilque esse reliquum, nisi ut accipiatur revelatio vel fides pro nescio quo sensu religioso, ex intimo hominis ipsius exoriente, qui per indigentiam divini et occursum incognoscibilis stimulatus, semper ultra progreditur, per tempora et aetates pro eventuum et phaenon^enorum contingentia phantastice sese evolvens. Liquet proinde, christianam religionem, imo omnem religionem in fumum abire, et usque ad primas bases radicitus destrui. En fundamentum modernismi agnosticismus cum superstructo monstruosi systematis aedificio.

Nunc autem, si huiusmet mortiferi agnosticismi causas, si origines, si genesim volumus explorare, quid inveniemus, auditores, nisi plenam confirmationem verborum sapientissimi Pontificis dicentis, ***philosophiae studium ad principia et rationem Aquinatis omnino exigendum esse, ut non modo plena explicatio, sed et invicta defensio sit traditae divinitus***

[1] Sess. **3,** cap. **4.**

[2] Encycl. ***Pascendi.***

veritatis? Nullum, quod sciam, magis ad rem, magisque appropriatum exemplum. Relictis siquidem viis et principiis traditionalis sapientiae ab Angelico potissimum illustratis, ad quaslibet declinaverunt philosophias. Et in his philosophiis non potuerunt non deprehendere levitatem, insufficientiam, ne dicam omnimodam inanitatem argumentorum pro demonstrandis fidei fundamentis, et prae primis ipsa Dei existentia. Quae tamen Dei existentia, nisi nobis ex lumine naturalis rationis certo per prius innotescat, ecce statim necessarius, fatalis, praeceps in caecum absurdumque fideismum descensus: quandoquidem omnis fides, ut sit rationabilis, essentialiter supponit aliunde certo praecognitam existentiam et auctoritatem eius cui credendum est. Itaque isti, vacuis illis | philosophiis decepti, absolutam incognoscibilitatem exsistentiae Dei proclamaverunt, et probe perspicientes absurditatem credulitatis qua ei crederetur, de quo nequidem sciri potest, an sit, fide theologali penitus et pro semper abiecta, substituerunt fidem aliam prorsus aequivoce dictam, rationalisticam scilicet, quae id saltem com modi haberet, ut suam homini autonomiam, plenamque tamquam supremo deo servaret independentiam. Non solum autem, sed earumdem philosophiarum inanitate in desperationem acti, in tantum noctis et tenebrarum profundum inciderunt, ut ipsam mundi huius exterioris per sensus attestatam exsistentiam pro incognoscibili habeant, ac per hoc, omnem viam reditus, omnemque possibilitatem agnoscendi unquam veritatem, quantum in ipsis est, sibi ademerint. Nefandum scelus, et nunquam satis lugenda consequentia dereiictae ab initio sanae solidaeque philosophiae!

Sed non oportet in solis his extremis consistere. Sunt et aliae philosophiae non ita certe ab antiqua sapientia declinantes, habentes tamen certa principia, de quorum logicis consectariis quid non timeri possit, dicere vix audeo. Si enim, exempli causa, verum dicunt qui totius entis constitutionem ad univocitatem revocant, si revera omne ens in quantum ens, est per identitatem et quod est et quo est, si mundus iste eum omnibus quae in eo continentur, suum esse, suus essendi actus, sua essendi actualitas est: quid adhuc, dicet mox quispiam, et non sine magna saltem rectae ratiocinationis apparentia, quid adhuc creatione opus est? Eccur non esset iste mundus a se, ex se, vi suae essentiae exsistens? Undenam criminandi pantheistae, unum esse universale ponentes, quod sui evolutione fit omnia? Et alia quidem fuerunt tempora, auditores, in quibus vera christiana fides tam altas in animis egerat radices, ut a consequentiis logicis, si quae essent contra illam, prorsus abhorrèrent. Quo fiebat ut eamdem fidem integram inviolatamque retinerent, simul cum philosophiis quae obiective et in rei veritate

non erant secundum Christum : felici sane iliogicitate, feliciorique inadvertentia! At nunc tempora illa amplius non sunt, et implacabili atque inexorabili logica ad imum descendunt, *andremo al fondo!* Ita ut magis quam unquam alias, urgeat nos monitio apostoli: *Videte ne quis vos seducat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, et non secundum Christum ;* magis quam unquam alias, locus sit philosophiae studio ad principia et rationem Aquinatis rigorose exigendo.

Sed consulto dictum est: ad *principia* et *rationem* Aquinatis, quia possunt specie quidem tenus teneri Aquinatis viae, et non teneri Aquinatis principia et ratio: iidem termini, non idem sensus, cum tamen non in verbis, sed in sensibus philosophia consistat. Quamobrem philosophiae studium ad principia et rationem Aquinatis exactum, quod in Motu proprio *Non multo post* nobis commendatur, non illud esse tandem putandum est, in quo servantur verba, et nihil praeterea.

Adhuc magis ab eodem abhorreret quod dicunt quidam, Aquinatem pati diversas interpretationes, quantumcumque contradictorias et inter se irreductibiles, etiam in summis illis principiis, puta de potentia et actu, quae totam de integro philosophiam eius regunt, totiusque doctrinae medullam ac veluti succum et sanguinem continent: fingentes Aquinatem ipsum instar sphyngis aenigmata proponentis, aut ambigua dantis responsa, quale illud erat antiquae Sibyllae: Aio te, Eacide, Romanos vincere posse: quo ad libitum poterat intelligi, et vincere posse Romanos, et vincere posse Eacidem ! Non, absit. Nam praeterquam quod nihil magis ab omni veritatis specie abluderet in eo doctore qui claritate dictionis et expositionis limpiditate caeteros facile antecellit, nulla quoque maior iniuria ipsi Ecclesiae irrogari posset, quae in commendanda tam singulariter Aquinatis philosophia, in iis utique quae maxime Aquinati propria sunt, oleum perderet et operam, nosque adigeret ad contendendum verbis, cum tamen apostolus dicat, ad nihil hoc utile esse, nisi ad sub versione m audientium. Sed aliud profecto ambiguitas, aliud difficultas seu altitudo conceptuum: adeo est alta veritas, adeo elevata supra imagines sensuum et idola phantasiae!

*

* *

Eia ergo, agite nunc, auditores lectissimi. Ecce vobis beneficio Pontificis Optimi Maximi Benedicti XV, rediviva haec S. Thomae [academia* cuius post Leonem alter parens et patronus idem ipse merito habebitur, eadem qua Decessor sollicitudine ductus : ut scilicet in hac tempestate

nostra-, machinationibus et astu fallacis sapientiae adeo turbata, tot tantisque seductionis periculis referta, vos qui in Ecclesiae spem succrescitis, primo quidem sitis in vobismetipsis firmi, fundati, stabiles in fide, immobiles a spe evangelii (Coloss., I, 23) - nam qui sibi nequam est, ait Scriptura, cui bonus erit, et qui in seipso vacillat, cui tandem causa firmitatis erit? - deinde vero, et ex consequenti, copioso annorum apparatu instructi pro causa religionis fortiter et sapienter agenda, parati semper, secundum apostolica monita, ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quae in nobis est spe, et exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere.

Ad quem finem assequendum non modicae utilitati erunt lectiones, collationes, aliaque exercitia huius academiae, eximiis adiuvantibus magistris qui suam in hoc negotio operam gratiosissime pollicentur, sub ductu et regimine Eminentissimi Praefecti S. C. Studiorum, de philosophia quae est secundum Christum, ut totus novit catholicus orbis, adeo bene meriti; cuius etiam sollerti providentiae haec ipsa, quam nunc celebramus, debetur instauratio. Hoc vestrum opus est, Eminentia Reverendissima, hoc negotium, hoc a suscepta praefectura propositum, quod hodie ad felicem exitum perductum est, et ita quidem ut plane sperandum sit uberes inde fructus proventuros, favente Deo Dno nostro, et opitulante SSma Deipara cum Doctore angelico, ad salutem animarum, destructionem errorum, et incrementum doctrinae catholicae.